

~~U. U. 5.~~

U. U. 5.

D. IO. GEORGII ROSENMÜLLERI

SCHOLIA

IN


NOVVM TESTAMENTVM.

TOMVS III.


CONTINENS

ACTA APOSTOLORVM ET EPISTOLAM
PAVLI AD ROMANOS.


EDITIO TERTIA,
AVCTIOR ET EMENDATIO.



NORIMBERGAE,
IN OFFICINA FELSECKERIANA.
MDCCLXXXIX.



4561



4561



SCHOLIA

IN

ACTA APOSTOLORVM.

Πράξεις τῶν Ἀποστόλων, perinde est, siue *actiones*, siue *actus*, siue *acta Apostolorum* uertas. Quamuis enim receptius fit, ut *acta* dicantur documenta, quae in publicas tabulas relata sunt, idem tamen saepe significant *actus* et *acta*, ut effectus et effecta, euentus et euenta; et *Cicero* etiam, quicquid quisquam egit, id modo *acta*, modo *actus* uocat. Narrantur autem hoc libro *actiones*, siue res gestae Apostolorum, sed ex multis admodum paucae, et prae ceteris memorabiles. Refert *Chrysostomus* Homil. I. in *acta* Apostolorum, multis sua aetate hunc librum adeo ignotum fuisse, ut non solum ambigerent de auctore, uerum ne id quidem cognitum haberent, an omnino extet haec rerum ab Apostolis gestarum historia. Sed hoc non ita intelligendum est, quasi hic liber *Actorum* tum temporis non extiterit. Vituperat potius *Chrysostomus* foecordiam Christianorum, quod non legerent hunc librum, nec curarent a quo is esset scriptus. Ipse uero hunc librum ab utilitate grauitateque argumenti ualde commendat. Τοιαύτης, inquit, ἐμπέπλησαι Φιλοσοφίας καὶ δογμάτων ὀρθότητος, (καὶ θαυμάτων ἐπιδείξεως,) καὶ μάλιστα τῶν παρὰ τῷ πνεύματος ἐργασμένων — καὶ γὰρ τὰς προφήσεις, ἅς ἐν τοῖς Ἐυαγγελίοις ὁ Χριστὸς προαναφώνει, τὰυτας εἰς ἔργον ἐξεληθέσας ἐνταῦθά ἐστιν ἰδεῖν, καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων διαλάμπουσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ πολλὴν τῶν μαθητῶν τὴν ἐπὶ

τὸ βέλτιον μεταβολὴν τὴν ἀπὸ τοῦ πνεύματος αὐτοῖς ἐγγενομένην. Est utique in ipsa hac historia demonstratio simplicissima et firmissima ueritatis religionis christianae; nam ex ea discimus, hanc religionem non uī et armis, non dolo et piis fraudibus, sed unice ope diuina et salutarium ueritatum, quas complectitur, praestantia et efficacia esse propagatam. Sed aliis etiam ex causis hic liber est utilissimus. Continentur enim in eo uarii sermones Apostolorum, Petri potissimum et Pauli, unde discimus, quaenam partes religionis ab Apostolis pro maxime necessariis habitae sint. Vix enim dubitari potest, Apostolos Iudaeis et Paganis, quos ad christianam religionem adducere uellent, eas doctrinas ab initio tradidisse, quae maxime necessariae esse uiderentur. Discimus etiam ex his Actis methodum, qua usi sunt Apostoli in tradenda religione, temporibus et locis et personis plane accommodatam. Sic e. c. Iudaeos ex libris ueteris Testamenti edocebant, Iesum Nazarenum esse uerum Messiam; in instituendis autem Paganis omnem institutionem a naturali religione petebant, atque id agebant, ut eos primum ad agnitionem unius ueri Dei, deinde etiam ad cognitionem Iesu Christi et aliarum doctrinarum perducerent. Discimus denique ex hoc libro disciplinam Apostolorum, ex qua magna elucet indulgentia et humanitas, dum Iudaeis multa indulgebant, adeoque obseruationem quorundam rituum Mosaeicae legis permittebant, ne eos alienos redderent a religione christiana, erga Paganos autem ea utebantur moderatione, ut Mosaeicae legis iugum eis non imponerent.

Auctorem huius libri esse *Lucam*, statim initium eius nos docet, quod etiam antiquissimi Scriptores rerum christiana-

rianarum testantur. Iam enim Sec. II. *TERTULLIANUS* (adu. Marcionem V. 2.) et *IRENÆUS* (III, 12.) Acta haec tribuerunt Lucae. *EUSEBIUS* hist. eccles. Lib. III, c. 25. acta Apostolorum inter *ἠμολογέμενα* refert. Denique etiam hic liber quotannis a die Paschatis ad diem Pentecostes legebatur in Ecclesiis, ut nos docent *Chrysostomus*, *Augustinus*, *Ambrosius* et alii. Reiecerunt Acta Apostolorum *Valentiniani*, *Marcionitae*, *Seueriani*, et *Manichaei* quidam, ut constat ex *Irenaeo* c. haeres. III. 2. et 12. *Theodoreto*, Hist. eccl. I, 21. *Augustino* Epist. 251. c. Faustum XIX, 31. Sed hi omnes reiecerunt acta non ex rationibus historicis, sed quia ipsorum placitis erant contraria. *Gnostici* enim, quales erant *Valentiniani* et *Marcionitae*, Deum V. Testamenti alium esse dicebant, ac N. Testamenti Deum, et alium, non nostrum Christum per Prophetas V. T. promissum esse dicebant. Cum hac autem sententia multa Acto-
 rum loca pugnant. Alii, ut *Seueriani* et *Encratitae* uehementer urgebant abstinentiam a cibis quibusdam; sed in Actis traditur, ab Apostolis promiscuum ciborum usum permissum esse. *Manes* denique haberi uoluit pro paraclero illo, quem Iesus promiserat Apostolis. In his actis autem narratur, paraclerum a Christo promissum, Spiritum S. iam fuisse missum. Causae igitur, cur nonnulli hunc librum reii-
 cerent, non fuerunt historicae, sed dogmaticae, quia nempe haec historia cum placitis eorum non congruebat. Ceterum maior pars eorum, quae hic narrantur, sunt acta Pauli; cuius rei causa est, (ut recte *Chrysostomus* obseruat,) quod Lucas discipulus et cultor Pauli fuit, quem in multis itineribus comitatus est.

CAPUT I.

I. **T**ὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιήσαμην) *Primum librum scripsi, uel, in priori libro enarraui.* Nam λόγος h. l. denotat *librum, enarrationem, historiam*, simili inflexione a λέγω dico, qua רפד a rad. רפד *enarrauit*, deducitur. Simili fere modo Philo librum, *quod omnis probus liber*, his inchoat uerbis: ὁ μὲν πρότερος λόγος ἦν ἡμῖν ὡς Θεώδοτε, περὶ τοῦ πάντα δῦλον φαῦλον. *Prior noster liber egit, Theodote, de eo quod omnis peccator fit seruus.* Πρῶτον, pro πρότερον. Vocula μὲν eleganter a Scriptoribus Graecis ponitur, si in libris posterioribus ad libros priores a se scriptos prouocant, eorumque summa capita breuiter repetunt. Fit hoc ab Herodiano initio singulorum librorum excepto secundo, et a Philone de *uita Moysi* initio libri secundī et tertii. *Prior* Lucae liber fuit eius Euangelium. Actorum liber secunda pars totius operis est. De *Theophilo* uide dicta ad Euang. Luc. I, 4. Περὶ πάντων, i. e. *de praecipuis*, ut Io. IV, 29. ὡς ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν) i. e. *εποίησα καὶ ἐδίδαξα.* Sic. Gen. II, 3. ὡς ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι.

2. ἄχρι ἧς ἡμέρας — ἀνελήθη) Quocumque modo haec uerba explices, transpositio quaedam admittenda est. Facillima uidetur constructio, si unicam uoculam ες transpositam dicas, ut constructio ordinaria sit: ἀποστόλοις, ες διὰ πνεύματος ἁγίου ἐξελέξατο, ut sensus sit: *Quum mandata dedisset Apostolis, quos per Spiritum sanctum, i. e. instinctu Spiritus S. elegerat.* Similis constructio est infra c. III, 24. et Io. IX, 40. Sed commode etiam uerba διὰ Πνεύματος ἁγίου constructui possunt cum ἐντειλάμενος, *postquam Apostolis mandata per*

per Spiritum sanctum dederat. Mandata dedit Iesus Apostolis suis, post reditum in uitam, ut nempe Hierosolymis expectarent dona Spiritus sancti, ut postea irent per orbem terrarum docendi baptizandique caussa etc. Quid sit per Spiritum S. aliquid dicere aut facere, docuimus ad Matth. III, 16. Generalis notio est, facere aut dicere aliquid uolente, adiuuante et operante Deo, ut si Iesus saepe dicitur miracula patrassse et daemonia eiecisse ἐν πνεύματι ἁγίῳ, i. e. adiuuante et operante Deo. Cf. infra X, 38. Sic etiam Prophetæ per πνεῦμα ἁγίου, i. e. operante Deo locuti sunt. Hoc loco Iesus spectatur ut Propheta a Deo missus, et mandata dedisse Apostolis per Spiritum sanctum ideo dicitur, quia auctoritate diuina et operante Deo praedixit, Apostolos accepturos esse dona Spiritus sancti, eademque auctoritate diuina eos constituit ministros religionis suae. Eodem sensu Iesus saepissime in Euangelio Ioannis dicit, se auctoritate Patris docere et miracula patrare.

3. ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις) cum multis miraculis, uel multis argumentis, signis certis et indubitatis, ut sensus sit: declarauit, siue coram probauit se uiuere, multis argumentis. Huiusmodi documenta uitae uerae erant, quod cum iis edit et bibit, quod modo in Galilaea modo in Iudaea cum iis uersatus est; quod se tangendum praebuit, eosque de multis rebus ad religionem pertinentibus edocuit. Cf. infra c. X, 41. τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ) sc. γνωστέα, quae de regno Dei, uel doctrina euangelica ipsis scitu necessaria essent, haecenus ipsis uel plane ignota, uel obscura. Io. XVI, 12. ἴσα.

4. καὶ συναλιζόμενος) sc. αὐτὸς, quum eos congregasset. Haec lectio, quippe unice uera, omnino retinenda est, re-

iectis aliis, συναλιζόμενος, et συναυλιζόμενος, a librariorum aut incuria aut ignorantia profectis. Est autem ἀλλίσειν et ἀλλίσεισθαι uoce med. colligere. Ioseph. Ant. VIII, 4. 1. τὰ δὲ λοιπὰ σκέυη πάντα συναλίσας, quum ceteram supellestem omnem collegisset: inde pro congregare, XIX, 7. 4. πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν συναλίσαας, quum populum in concionem conuocasset. Sensus igitur huius loci est: Quum eos congregasset, praecepit etc. subintellecto τῶ αὐτῶς, ex αὐτοῖς repetendo. Vulgata latina cum aliis habet conuescens. Sic Chryso-stomus etiam intellexit uerbum συναλιζόμενος. Hom. I. ἀλλὰ περιμένειν — ἦν ἠκέσαστέ με) Oratio obliqua mutata in rectam, more, optimo cuique Scriptori recepto, quod exemplis ex Iosepho (Ant I, 19. 4. ut et §. 6. 10.) ostendit Kriebfius. Sensus est: et expectarent promissum a Patre beneficium, de quo ipsis dixisset. Quale hoc beneficium esset, statim u. 5. dicitur. Ἐπαγγελία, ipsa res promissa, ut saepe. Ἀκῆειν τινας ex aliquo audire apud optimos Scriptores occurrit, e. g. Theophrast. charact. eth. c. 9. εἰ φησὶν ἀκηνοῖναι, e quo se audiuisse dicit. Demosthenes Olynth. I. ἤκουον δ' ἔγωγέ τινας, audiui uero ego a nonnullis. Subaudire potes ἐκ siue ἀπὸ, ut infra Act. IX, 13. Hierosolymis autem haec tanta miracula fieri par erat ut iidem, qui ignominiosae mortis Iesu spectatores fuissent, nunc certissimis argumentis de eiusdem uita gloriosa et maiestate conuincerentur; ut taceamus multitudinem hominum, ex diffitis locis ad festum celebrandum aduentantium.

5. ὑμῶς δὲ βαπτισθήσεσθε) Metaphorice. Theophylactus ita: τὴν ἐπίχυσιν καὶ τὸν πλῆτον τῆς χορηγίας σημαίνει, affusam abundantiam et diuitias liberalis muneris significat, ut

ut intelligatur copia illa efficacitatis sancti Spiritus Apostolis tunc collata, quum antea quoque afflatu Iesu participes facti essent Spiritus sancti. Quod Ioannes praedixerat, Matth. III, 11. id nunc, inquit Christus, per me uobis praestabitur. Vid. infra c. II, 1. 199. ε' μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας) *Haud multo post hos dies.* Singularis his uerbis inest constructionis mutatio. Posita enim sunt, pro: ε' πολὺ μετὰ ταύτας ἡμέρας, uel pro: ε' πολλὰς ἡμέραις μετὰ ταῦτα.

6. εἰ ἐν τῷ χρόνῳ — τῷ Ἰσραήλ;) *An hoc tempore Israeliti regnum restituis?* 'Ei pro Hebr. **אָן** saepe denotat *an.* Ἀποκαθιστάειν h. l. non est *instaurare, rem in pristinum ac meliorem statum restituere*, quae notio locum haberet, si τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ dictum esset. Iam nero cum Datio constructum notat, *reddere, pristino Domino restituere.* Nondum intelligebant tum Apostoli, *quale* futurum esset regnum Messiae. Expectabant autem restitutionem regni Israelitici collapsi, et per Romanos paene erepti Iudaeis, *κυτονομίαν* et imperium in alias gentes, quale Davidis et Salomonis fuerat temporibus. Putabant fortassis coniunctum iri regnum Christi spirituale cum singulari Iudaeorum praerogativa, ita ut republica eorum in statum pristinum restituta, et perdurante legis Leuiticae obseruatione, gentiles, qui Christo regi nomen dare uellent, Iudaismum antea amplecti cogerentur.

7. εἰ ὑμῶν — ἐξουσία) *Non est uestrum scire, quae tempora uel opportunitates Pater his rebus gerendis ex sua ipsiusmet potestate (suo arbitrio) destinauerit.* Καίρης *occasionem, opportunitatem* denotat, quae moram plerumque non

patitur, quam adeoque ut *spatium breuius* ut *articulum temporis* Graeci considerant. Definit uoces Hippocrates initio *praeceptionum* Sect. I. *τίθεσθαι* h. l. est *constituere, determinare*. Demosth. adu. *Phaenip.* *Quum saepe legibus trigesima dies praefinita sit, ἐτέραν ἡμῶν αὐτοῖς συγχωρήσαντες ἐθέμεθα, aliam inter nos ipsos paciscentes constituimus.* Ἐν τῇ 18ῃ ἐξουσίᾳ, *ex propria potestate*. Sic Matth. XXI, 23. et saepe in locis parallelis. Sensus igitur est: *Deum ex propria potestate certa rerum omnium constituisse tempora, et in iis decernendis nemine adiutore et consiliario usum esse; non decere igitur, ut homines nimis sollicite et curiose illa rimentur, quae reuelare illis diuinae nondum placeret sapientiae.* Non respondet Christus ad propositam quaestionem; nam, (inquit Chrysostomus,) *διδασκάλῳ τὸ ἐς, μὴ ἂν βέλεται ὁ μαθητὴς, ἀλλ' ἂν συμφέροι μαθεῖν, διδάσκειν.* Spiritum, inquit, accipietis. Tunc uidebitis quid sit euenturum; euanescent uestra spes.

8. δύναμιν ἐπελθόντος τῆ ἀγίας πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς) *Dona miraculosa Spiritus S. (die pentecostes.) Ἔσοσθ' ἐμε μάρτυρες, doctrinam, religionem meam propagabitis.* Nam μαρτυρεῖν saepe esse *docere*, notum est. ὅως ἐσχάτῃ (πέρατος) τῆς γῆς, *per totum orbem, inter omnes gentes.*

9. καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὑφθαλμῶν αὐτῶν) Ἐπολαμβάνειν alias est *suscipere*; hoc loco uero notat *abripere, subducere. ὑφαρπάζειν.* Adhibetur haec uox de rebus, quas uenti fluctusue abripiunt. Eusebius, scriptor Ionicus, apud Stobaeum Serm. 6. ὡς περ ἡμᾶ ἀνεμοὶ ὑπολαβόντες, τῇ καὶ τῇ φορέοντες συγκλονέουσι, *quemadmodum uenti nauem abreptam huc illuc ferentes conquassant.* Christus nube abreptus est,

ut symbolo quodam diuina eius maiestas designaretur. Deus enim in V. T. hominibus cum maiestate quadam apprens, nube indutus esse solebat. Hinc Christus cum eodem maiestatis signo, nube sc. redibit ad iudicium, Matth. XXVI, 64. ad quod angeli u. II. respiciunt.

10. ἄνδρες δύο) Angelos hos fuisse, non dubitatur. Metonymice igitur dicuntur ἄνδρες δύο, duobus uiris candidatis siue albatis similes. Quoniam oculi discipulorum non poterant assequi celsitudinem, ut uiderent utrum Iesus in summum coelum ascenderet, an in aëra in aliam regionem orbis terrarum abriperetur, opus erat ut per angelos de rei ueritate edocerentur.

11. ἔτιως ἐλεύσεται) Sic, ut oculis conspici possit, ueniet, ad iudicium uniuersale. Vt hoc certum est, eum abiisse, sic certum est, eum reuersurum esse.

12. σαββάτις ἔχον ὄδον) ἔχον pro ἀπέχον, ut adeo oliuetum, et in specie locus, ubi Christus in coelum sublatus est, Sabbati itinere ab urbe remotum fuisse dicatur. Iter Sabbati plerique Iudaei definiunt bis mille ulnis, i. e. mille passibus: nam passus duplex ulna. Syr. septem circiter stadjis.

13. εἰς τὸ ὑπερώϊον) ὑπερώϊα, intellectu δεικνύματα, superiores aedium denotant partes, superiora coenacula cum Plauto diceres Amphitr. Act. III. Sc. I, u. 3. Opponuntur ἐπίπεδα. Attici, ut Auctor est Moeris, διῆρες dicunt. B. Krebsius, quem S. V. Mosche aliique sequuntur, per τὸ ὑπερώϊον intelligit cellam superiorem in templo Hierosolymitano, quae κατ' ἔξοχον appellata sit ὑπερώϊον. Haec fuit etiam sententia Ludouici

duici de Dieu, a qua Campegi. Vitringa (de Synagoga uetere p. 152. f.) non alienus fuit. Hoc ὑπερφῶν *Iosephus* Ant. XI, 5, 4. ita describit, ut locum subdiualem fuisse, ibique homines congregari solitos, ostendat. Cf. A. VIII, 3, 2. Hanc sententiam confirmare uidetur, quod infra dicitur, Apostolos una cum fidelibus semper fuisse in templo; et dilucide locus Luc. XXIV, 53. ubi Apostoli, Iesu in coelum sublato, Hierosolymas reuersi, semper in templo fuisse dicantur. Nihil tamen obstat communi sententiae, quae hoc ὑπερφῶν in domo priuata aliqua fuisse contendit; nec locus c. II, 41. repugnat, ut infra docebimus. Erat consuetudo Iudaeorum, ut, si uacare uellent religioni, precari, seriis meditationibus rerum diuinarum incumbere, aut cum aliis de lege diuina colloqui, et de eius sensibus disputare, in summum conclaue se conferrent. De hoc Iudaeorum more uid. *Campegi. Vitringa* de Synag. uet. p. 145. sq. Igitur in summo illo conclauis Apostoli conuenire solebant pietatis exercendae causa.

14. τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δέήσει) *In ueneratione Dei et precatione.* προσεύχασθαι enim est uenerari Deum implorando, quod adorare dixerunt, et δεῖσθαι, unde δέησις, precari. Desunt uerba καὶ τῇ δέήσει in Codd. nonnullis, Verff. et Patr. οὐν γυναιξί, fortassis uxoribus Apostolorum quorundam, et illis mulieribus quae Christum erant secutae, eique ministrauerant.

15. ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις) *Per eosdem hos dies,* nimirum interiectos inter diem, quo in coelum Christus ascenderat, et Pentecostes habentem nomen. Ἐν αἰσῶ τῶν μαθητῶν) *Discipuli Christi uocantur:* 1) Duodecim Apostoli.

2) Qui

2) Qui Iesu adhaeserant eumque comitati erant. 3) Omnes cultores Iesu, posthac Christiani uocati. H. I. generalis significatus obtinet. ὄχλος ὀνομάτων) Nomina dicere pro hominibus, receptum fuisse inter Iudaeos loquendi genus, ex Apocal. III, 4. XI, 13. aliisque locis apparet. Sed et Latini ita loquuntur. Ouidius A. II. 1. 35. *Heroum clara ualete nomina.* Statius Theb. VI. 373. *Quisnam iste duos, fidissima Phoebos nomina commisit Deus in discrimina reges?* ἐπὶ τὸ αὐτὸ) in uno eodemque loco, intellecta uoce χωρίον, Vid Lamb. Bosius in Elips. Gr.

16. ἄνδρες — τὸν Ἰησοῦν) *Carissimi, debebat euentu comprobari quod scriptum est, et quod praedixit Spiritus S. per Dauidem de Iuda, qui fuit dux eorum, qui Iesum comprehenderunt.* Loca Psalmorum, ad quae respicit Petrus, infra u. 20. afferuntur.

17. ὅτι — διακονίας ταύτης) *Scilicet annumeratus fuerat ille nobis, et acceperat ministerium hoc.* Incipit nunc Petrus uberius mentem explicare. *Sors ministerii, i. e. ministerium.* Κλήρος, sors, transfertur quoque ad ea, quae cuique obtingunt, et in sacris litteris diuini muneris participationem indicat; ut hoc loco: Sortitum fuisse Iudam, Petrus ait, idem ministerii munus, quum Apostoli electi fuerint a Iesu. Vid. Io. Ern. Imman. Walchii dissert. de munere Apostolico, κλήρω τῆς διακονίας, in dissertatt. in Acta Apostolorum, quibus multa antiquitatis sacrae et profanae capita explicantur atque illustrantur. Vol I. diss. I.

18. Videntur comm. 18. et 19. continere in parenthesis non Petri, sed Lucae uerba, narrantis, quid tandem efferit Lucas. Non opus erat, ut Petrus ipse haec enarraret;

ret; nam iis ad quos uerba faciebat, haec omnia iam nota erant et perspecta. Saltim uersio uocabuli ἀκελδαμὰ in sermonem graecum est a Luca in gratiam lectorum facta. ἕτος μὲν — τῆς ἀδικίας) Sensus est, *mercede iniusti illius facinoris, quod Iudas commisit, comparatum esse agrum illum.* Iudas enim sibi non emit agrum; abiecit potius pecuniam in templum. Iudaei autem pro illa pecunia emerunt agrum. Ergo non inhaerendum est uerbis, sed ex ipsa historia explicandus est locus. Vid Matth. XXVII, 6. 7. πρηνῆς γενόμενος) *Praeceptus factus.* Sic Iosephus de B. I. L. VII. c. 5. de Sabino quodam milite Romano, qui culmen murorum Hierosolymae iam conscenderat, dicit, καὶ πταίσας πρὸς τινα πέτραν πρηνῆς ἐπ' αὐτῆς μετὰ μεγίστης φόβου κατέπεσεν, *ad lapidem quendam allisus praecipit super illo cum maximo crepitu decidit,* Cf. Sap. IV, 19. 3. Maccab. VI, 23. ἐλάκησε μέσος) *Ruptus est medius,* disruptus est, cum crepitu quodam diffiliit. Glossarium: *diffiliit, ἐλάκησεν, ἐβράγη.* Cf. annotata ad Matth. XXVII, 5. Tota haec res sic cogitanda esse uidetur: Finit Iudas uitam suspendio. Postquam uero aliquamdiu pependerit, rupto laqueo, praecipitatus est humum, et ruptus uenter sic ut intestina effunderentur.

19. καὶ γνωσθὲν ἐγένετο) Id, quod Iudae euenerat. ἀκελδαμὰ) נדב לרה, quomodo hic scribit Syrus. Hierosolymitana eius temporis lingua prope ad Syriacam accedebat. *Ager sanguinis, uel ager caedis, Mordacker,* quia pecunia pro proditione Iesu soluta emtus erat.

20. Γέγραπται — λάβοι ἕτερος) Haec duo loca extant Pf. LXIX, 26. CIX, 8. Mala imprecatum Dauides inimicis suis et regni Israelitici, atque adeo Messiae. Prioris loci sensus

sensus est: *Fiat illius palatium (domicilium) desertum, neque sit qui in eo habitet.* Ἡ ἐπαυλιε, uilla, aut casa rustica. Sed hebraicus textus habet שׂרָה, quod potius palatium uel quoduis domicilium significat. Alterius loci sensus est: *Munus eius accipiat alius.* Nam ἐπισκοπή, hebr. פְּקֻדָּה est praefectura, munus. Si haec de Dauidis inimicis intelliguntur, omnia sumi possunt ad uerbum. Multa nempe mala imprecatur Dauides hostibus suis, et inter alia etiam haec, ut palatia uel domicilia eorum defolentur, et munera eorum alii accipiant. Vtrumque locum Petrus a Dauide et hostibus eius, ad Messiam et inimicos Messiae, nominatim ad Iudam transfert, propter manifestam similitudinem. Sed de Iuda hi loci ad uerbum intelligi non possunt. Vnde enim constat, domicilium Iudae mortui desertum et incultum fuisse? Est igitur deserta domus effigies interitus, aut si dialectice dicas pars aut species interitus, et in his uerbis ad Iudam relatis, in uniuersum hoc inest: *Vtinam intereat!* Petrus nempe ex longo carmine dirarum unam decerpit imprecationem, non quo haec una potissimum syllabatim spectanda sit, sed ut doceatur, ad quem illae omnes dirae referri possint aut debeant. Nec inest in uerbis Psalmorum proprie uaticinium, quod ad Iudam solum pertineat; sed hoc tantum uult Petrus: *Quod in libro Psalmorum scriptum est, fore ut impii, inprimis inimici Messiae male pereant, id etiam euenit Iudae.* Hic sensus consilio Petrinae orationis congruit. Nam (id quod Petrus uoluit docere) si Iudas interiit, opus est eius successore. Sed si locus ad uerbum capiatur, non ualet conclusio: Quia domus Iudae deserta est, opus est eius successore. Simili modo Paulus illud dirarum carmen omnino ad Iudaeos pertinere dicit.

dicit. Rom. XI, 9. Vid. D. SAM. FR. MATH. MORI differt. *de discrimine sensus et significationis*, p. 91. sqq. dissertationum Theologicar. et Philologicarum.

21. 22. Construe: δεῖ εἶναι τῶν ἀνδρῶν — γενέσθαι οὖν ἡμῖν. Τῶν συναθρόντων ἡμῖν ἀνδρῶν, Supple ἐκ. Ex iis, qui nobiscum uersati sunt, siue qui fuerunt in nostro coetu, toto eo tempore, quo εἰσῆλθε ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐξῆλθεν ἀφ' ἡμῶν, *coram nobis uixit*. Eit enim haec periphrasis, significans usum familiaris consuetudinis. ἀρχάμενος — ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν, i. e. *ab initio usque ad finem muneris eius*. ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, ex quo ab Ioanne fuit baptizatus. Id enim initium ei fuit auspicandi muneris. Uersati autem erant cum Iesu non tantum duodecim Apostoli, sed et 70. discipuli.

24. καρδιογνώσα) Cui sunt omnium corda nota. Qui Deus est solus. Homines autem saepenumero externa specie falluntur.

25. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς) *Vt accipiat munus hoc Apostolicum*. Κλῆρον τῆς διακονίας habuimus supra u. 17. hic additur ἀποστολῆς, nimirum εἰς διὰ δυοῖν, pro ἀποστολικῆς. ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας) *Vnde decessit, uel excidit Iudas*. Cuius officii defertor fuit Iudas. ὡς πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον) Variarum sunt interpretum sententiarum de loci huius sensu. *Petrus Keuchenius* explicat de habitu Iudae in domum suam ad mercaturam faciendam, uel ad alia negotia suscipienda. Sic I Macc. XI, 38. *Demetrius* dicitur permisisse militibus suis, ut quisque rediret εἰς τὸν ἴδιον τόπον. Huic affinis est *Krebsii* sententia, qui putat haec uerba explicanda esse ex notissima illa loquendi ratione,

tione, qua homines ad suum quisque locum, h. e. domum, abiisse dicuntur; adeo ut idem sit, quod ex loco aliquo recedere, s. ab hominibus, quibuscum fueris, secedere. Sensus igitur esset: *Iudas secessit a nobis, munere Apostolatus relicto.* Communior interpretatio est, *Iudam ad inferos abiisse.* In locum proprium i. e. qui ipsi melius conueniebat, quam Apostolica functio. *Ignatius ad Magnes. 5. ἐπὶ τὸν τέλος τὰ πράγματα ἔχει, ἐπίκειται τὰ δύο, ὁμῶς δὲ τε θάνατος, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν.* *Baal turim* in Num. XXIV, 25. *Balaam iuit in locum suum,* i. e. in gehennam. De mortuorum sede ὁ τόπος usurpatur Eccl. III. 20. c. VI, 6. Quicquid sit, sensus omnino esse uidetur: *Iudas eo uenit, ubi iustam accipiet mercedem.* Alii hanc phrasin de successore Iudae explicant, ita ut infindeat a uerbo λαβεῖν, et uertendum sit, *ut abeat ad locum suum, s. ut locum suum occupet.*

26. ἔδωκαν κλήρας αὐτῶν) *Iecerunt sortes:* Modus nobis ignotus est. *Moshemius* per κλήρας intellexit *suffragia.* Cui sententiae repugnat, quod statim sequitur ἔπεσεν, ὁ κληρος, quod non potest uerti: *suffragium cecidit.* συγκατεψηφίσθημετὰ τῶν ἑνδεκα ἀποστόλων) *Communi sententia adiunctus est ad undecim Apostolos,* i. e. cooptratus. Verbum ductum est a nomine ψηφος, seu ψηφός, quo calculus seu lapillus significatur. Nam calculis coniectis sententiae olim siue suffragia declarabantur.

CAPUT II.

1. Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς) *Quante aduenisset dies pentecostes.* Verba haec ita esse uertenda,



res ipsa et loci paralleli Luc. I, 57. II, 21. cet. satis do-
cent. Τῆς πεντηκοστῆς, sc. ἡμέρας post festum Paschatos.
Quod apud Hebraeos dicebatur *festum hebdomadum*, id a
Iudaeis inter Graecos uersantibus appellatum est Festum
πεντηκοστῆς, diei quinquagesimi a Paschate. Iosephus Antiq.
XIII. 16. Πεντηκοστὴ ἡμέρα μετὰ τὴν τῆ πάσχατος, ἑορτὴ ἦν
μία τῶν πρώτων παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις. Die pentecostis primo
lex data fuit Iudaeis in deserto; nunc uero doctrina Christi
Hierosolymis in maxima omnium nationum frequentia solen-
niter promulgata fuit. Praeterea festi tempore haec fieri
oportebat ideo, ut, qui cruci Iesu adfuerant, iidem haec
quoque spectarent. ἑμοθυμαδὸν) Significat animorum stu-
diorumque coniunctionem. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, sc. δίκημα. Hesyl-
chius explicat: ἑμῶ, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον.

2. καὶ ἐγένετο — καθήμενοι) *Et repente ex aëre ortus
est sonus ueluti ruentis uenti, qui (sonus) totam domum,
ubi commorabantur, repleuit.* Verbum φέρεσθαι ad uiolen-
tum, quo uenti mouentur, impetum notandum adhiberi solet.
*Aelian. hist. anim. L. VII, c. 24. In Bosphoro Thracio, ἐπει-
δὲν τὸ πνεῦμα βίαιον ἐκφέρηται, quum uentus ingruit uiolentus.*
ἤχος, infra comm. 6. φωνή, qua uoce LXX. saepe utuntur pro
hebr. שִׁׁן, quum de tonitru sermo est. Vid. Exod. IX, 25. 28.
c. XX, 18, Apoc. XI, 19. Sonitus ille, tonitruu similitudo, signum
fuit praesentiae diuinae, aduentumque Spiritus S. in Aposto-
los illabentis portendit. Tale quid narratur Iosepho Antiq.
VII, 4. 1. καὶ ἐπλήρωσεν ὄλον τὸν οἶκον, ἃ ἦσαν καθήμενοι)
*Krebsius τὸν οἶκον h. l. non de domo aliqua priuata, sed de
oeco s. conclauis, quod in templo fuerit, intelligendum esse
existimat. Nec sine ratione. Constat enim, festo Pente-
costes,*

costes, illa diei parte, hora nempe tertia (u. 15.) solemnissima nempe omnium hora precandi, unumquemque sacris publicis interesse debuisse, nec sine impietatis nota abesse potuisse, ut ex Thalmudistis docet *Capellus* in Spicil. obseruatt. ad h. l. ut alia taleam. Οἶκος autem, s. latine *oecus*, nihil aliud est, quam quod nos dicimus *ein Saal*. Tales autem *oecos* in templo Hierosolymitano triginta fuisse, testis est *Iosephus* Ant. VIII, 3, 2. Huic sententiae autem obstare videtur hoc, quod Apostoli sine concessione peculiari magistratus Iudaici *oecum templi* uix occupare potuissent. Tale quid autem concessisse Iudaeos discipulis Christi, sibi exosis non est credibile. Videtur igitur intelligi *domus*, ubi commorabantur tum Apostoli. Verbum καθῆσθαι h. l. *commorari* significat. Demosthenes de corona: *Boni isti legati, καθῆντο ἐν Μακεδονία τρεῖς ἔλας μῆνας, per tres integros menses in Macedonia commorati sunt.*

3. καὶ ὠφθῆσαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλώσσαι ὡσεὶ πυρὸς) *Et uisae sunt illis diuisae quasi flammulae ignis.* Nam γλώσσαι haud dubie ex usu Hebraismi, ignis flammulae dicuntur, *Iesai*ae exemplo, qui c. V, 24. talem ignis particulam *שן השן*, γλώσσαν πυρὸς dixit. *Linguae* igitur, sunt partes illis similes, ut occulte simul ad miraculum sic alludatur. Flammulae igneae quae illis apparuerunt, dicuntur διαμεριζόμεναι, (in Medio) discursitantes in illo conclauī modo huc, modo illuc. ἐκάθισέ τις ἐφ' ἓνα ἑκάστων αὐτῶν) Referendum est hoc ad τὸ πῦρ, ac si dicat: καὶ ὠφθῆσαν αὐτοῖς ὡσεὶ διαμεριζόμεναι γλώσσαι πυρὸς, ἐφ' ἑκάστω αὐτῶν καθήμεναι. Res cogitari potest sic, ut dicamus, flammulas illas ab initio discursitasse in conclauī, postea uero super Apostolis tremulo motu haesisse,



haesisse, non discursitasse in domo. Describit Lucas u. 2. 3. phaenomenon adspectabile, sed non definit, an fuerit simpliciter procella cum tonitribus, an uero peculiaris Dei operatio s. miraculum? Hoc autem facile intelligitur, simile fuisse hoc phaenomenon procellae et fulminibus.

4. καὶ ἐκλήσθησαν — ἀποφθέγγεσθαι) *Et omnes impetu quodam diuino aēti coeperunt linguis exteris loqui, prouti facultas ipsis Deo aperante concessa erat.* De uaria significatione uocis πνεύματος ἁγίου uide notata ad Matth. III, 16. IV, 1. Sed quaeritur: quo sensu hic accipienda sit phrasis ἐκλήσθησαν πνεύματος ἁγίου; De persona Spiritus sancti nemo facile cogitauerit. Quomodo enim Spiritus sanctus, omnipraesens, modo locali animos hominum occupare dici poterit? Igitur *repleri Spiritu sancto* erit, operante et adiuuante Deo aliquid agere, animo magno et forti aggredi et facere, quod consuetas hominum uires superat. *Sie geriethen in Begeisterung, fühlten sich ausserordentlich gestärkt zu reden in fremden Sprachen.* λαλεῖν ἐτέραις γλώσσαις, *loqui peregrinis linguis.* *Alia lingua* est, quae mihi non est uernacula. Apostolorum igitur quisque locutus est lingua, quae ipsi non erat uernacula. Hoc per se clarum est. Addunt omnes interpretes, Apostolos nunquam antea didicisse has linguas. Sequeretur igitur infutum esse iis habitum nouas ipsisque antea inauditas uoces proferendi, iisque cogitationes animique sensus exprimendi. Quam hoc sit difficile cogitatu, nemo non uidet. Nec uspiam relatum legimus, linguas istas peregrinas Apostolis antea plane ignotas fuisse. Lucas enim inter linguas peregrinas, quibus locutos esse Apostolos dicit, refert etiam dialectum chaldaico-

Syriacam,

Syriacam, quae in *Iudaea* usitata erat, ut et linguam graecam et latinam, (u. 9 10.) Constat autem, dialectum Galilaeam, quae erat uernacula Apostolis, non multum diuersam fuisse a dialecto Iudaeorum Iudaeam inhabitantium, (Matth. XXVI, 73.) usos esse Apostolos uersione graeca Alexandrina, adeoque huius linguae non fuisse ignaros, nec linguam latinam plane ignotam esse potuisse Iudaeis Palaestinenfibus, audientibus Romanos, non tantum Hierosolymis sed in aliis etiam urbibus sua utentes lingua. Quod ad alias, e. c. Persarum et Aegyptiorum linguas attinet, inusitatae quidem illae erant in Palaestina, non tamen prorsus ignotae. Constat enim magnam Iudaeorum multitudinem ex omnibus fere prouinciis orbis terrarum non tantum festorum causa ad breue tempus uenisse Hierosolyma, sed multos etiam studiorum causa adisse hanc urbem, adeoque suas sibi habuisse synagogas, (infra c. VI, 9.) Ergo non omnino defuit occasio unius uel alterius peregrinae linguae notitiam aliquam sibi comparandi Iudaeis Palaestinenfibus. Iam non dicit Lucas, unumquemque Apostolorum omnibus illis peregrinis linguis esse locutos, sed res ipsa docet, uni hac, alteri illa lingua loqui contigisse. Quodsi hoc sumimus, non adeo difficile fuisse uidetur Apostolis ex usu et consuetudine cum exteris Iudaeis sibi familiarem reddere unam uel alteram linguam peregrinam. Saltem propriis etiam studiis eorum, qui peregrinis linguis utebantur, aliquid tribuendum esse, uerosimile fit ex locis 1 Cor. XII. et XIV. ubi Paulus Christianos iubet *studere* donis illis, *ζηλέω τὰ χαρίσματα*, 1 Cor. XII, 31. XIV, 1. 12. Diuini aliquid, et consuetas humanas uires superans in hac re fuisse, equidem nullus dubito. Scribit enim Lucas, Apostolos *plenos Spiritu*, i. e. magna fiducia a Deo excitata

(infra c. IV, 31.) *locutos esse καθώς τὸ πνεῦμα ἔδιδε αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι, prouti Deus pro sua potentia singulis uim huius uel alius linguae loquendae tribuerit.* Sed operatio et auxilium Dei usum uirium naturalium non excludit. Ergo loquendi usui Sacrae scripturae et sanae rationis principiis conuenientissimum esse uidetur, si dicamus, unumquemque Apostolorum usu et consuetudine cum Iudaeis exteris, Hierosolymis et in aliis locis Palaestinae uersantibus comparasse sibi aliquam, licet ualde imperfectam unius uel alius linguae cognitionem, die Pentecostes autem eos primum esse ausos uti facultate ista, adeo ut peregrinis linguis laudes Dei celebrarent. et de rebus diuinis promte differerent, (nam λαλεῖν saepissime esse *docere, de religione differere*, omnibus constat,) (u. II.) quod antea nunquam ausi fuerant. Hoc omnino erat opus Dei, animos eorum excitantis et corroborantis ad ea praestanda quae uires eorum naturales excedere uiderentur. Huic sententiae non repugnat, quod Act. X, 46. XIX, 6. narratur. Non enim dicitur, istos homines linguarum peregrinarum, quibus utebantur antea prorsus ignaros fuisse; nec uis miraculi in eo tantum erat, quod linguis peregrinis loquerentur, sed etiam et quidem maxime in eo, quod laudes Dei celebrarent, et de diuinis rebus egregie differerent, (ἐμεγάλουν τὸν Θεόν, c. X, 46. καὶ προσφύτησον, c. XIX, 6.) Singularis est Ill. EICHHORNII sententia γλωσσαν interpretantis membrum illud corporis quod uocatur lingua, et phrasin *lingua loqui* explicantis de solius linguae agitatione, sonos inanes et cassos fundente. Vid. eius narrationem criticam de cl. M. BARDILI libro, cui titulus: *De significato primitiuo uocis προφήτης ex Platone eruto, cum nouo tentamine interpretandi 1 Cor. XIV.*

in der *allgemeinen Bibliothek der bibl. Litteratur*, Tom. I. p. 91 sqq. Sed contra hanc sententiam erudite disputavit Ven. *STORRIUS*, in commentatione, quae inscribitur: *Notitiae historicae epistolarum Pauli ad Corinthios interpret. seruiantes*, (Tub. 1789. 4.) p. 43. sqq. Quod attinet ad finem et utilitatem huius doni, quod uocant, linguarum, equidem eorum sententiam probo, qui praecipuum eius usum fuisse statuunt in docendo euangelio apud exterarum gentes, si qua opportunitas docendi coram eiusmodi hominibus esset oblata, qui linguae graecae aut uernaculae Palaestinae usum non habuissent. Quod enim aliter sentientes de usu graecae et latinae linguae in omnibus uniuersi Romani imperii prouinciis dicunt, id quidem est uerum, sed restringendum tamen uidetur ad lautioris conditionis homines, et alios qui negotiorum causa saepe itinera faciebant, non extendendum ad omnes plebeios. Et fac, uernaculas fuisse linguam graecam et latinam in plerisque Romani imperii prouinciis, uernaculae tamen non fuerunt in Palaestina, nec uernaculae fuerunt Apostolis. Graecae quidem linguae peritiam sibi comparauerant lectione uersionis graecae Alexandrinae. Sed aliud est *intelligere* linguam exteram, ita ut libros in illa lingua scriptos legere et intelligere possis, aliud est in eadem loqui et scribere. Iste Apostolorum habitus animi sensus graece et latine proferendi, omnino ad *πνευμα* referendus est, quo operante ausi sunt linguis peregrinis laudes Dei celebrare, et promte de rebus diuinis differere. Ceterum de fine et utilitate huius doni differuit Ven. *STORR* l. c. p. 61. Eos qui charisma hoc instar *habitus* fuisse, ut quis posset omnes linguas, quandocunque uellet, docendi causa loqui sibi

persuadent, aliaque affumunt, quae nullis nituntur argumentis, bene refutauit b. ERNESTI in Progr. de *doni linguarum natura*, Lipsiae, 1765.

5. κατοικῶντες Ἰσραῆλ) Verbum κατοικεῖν hic respondet Hebraeo **יָגַד**, quod **ἐκκατοικεῖν** et **παροικεῖν** uerti solet interdum et **διατρίβειν**: itaque dicitur non tantum de iis, qui sedem fixerant, sed et de iis, qui ad pascha aut ad pentecosten celebrandam in urbem uenerant, ad tempus aliquod ibi substituri; id quod ostendunt sequentia. **ἄνδρες ἑυλαβεῖς**) Est haec saepe denominatio Profelytorum; h. l. autem Iudaei etiam intelliguntur. Verte igitur: *Viri religiosi: ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν* i. e. *ex uariis nationibus orbis terrarum*. Eodem sensu ὑφ' ἡλίῳ siue ὑπὸ τὸν ἥλιον passim dicitur; qui loquendi modus exacte respondet Hebraico **שָׁמַע תְּהִלָּתוֹ** Eccles. I, 9. et alibi. Notauit autem huius loci ὑπερβολὴν Theophylactus, et ait, **παντὸς** accipiendum ἐπὶ πολλῶν, de multis.

6. γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης) φωνὴ hic idem quod ἦχος comm. 2. Matth. XXIV, 31. 1 Cor. XIV, 7. 8. Haec uox non aedes solum, in quibus erant Apostoli, sed urbem impleuit. **συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη**) i. e. **ἐταράχθη, ἐθαύμασον**, ut recte *Chrysostomus* explicat. Sic *Philo*, de Iacobo audita Iosephi morte p. 529. **Δ. συγχυθεὶς ὑπὸ τῆς περιπαθήσεως, dolore turbatus**. Hefychius: **συνεχύθη, συνεταράχθη. ὅτι ἦκον εἰς ἕκαστος τῆ ἰδία διαλέκτῳ λαλόντων αὐτῶν**) Vnusquisque audiebat eos loquentes sua lingua, ut **ἡ ἰδία διάλεκτος, τῶν ἀκρόντων** fit, non τῶν λαλόντων.

7. γαλιλαῖοι, i. e. *indocti*, qui ne ipsi quidem bona dilecto utuntur. Tum temporis ualde rarum erat, si quis praeter

praeter uernaculam alia peregrina lingua uteretur. Non igitur mirum, si obtupuit multitudo, quod audiret homines plebeios, quales erant Apostoli, exteris loqui linguis.

9. Non mirum, homines ex tam uariis regionibus tum fuisse Hierosolymis; nam tempus, quo festum Pentecostes celebrabatur, longinquis itineribus satis erat idoneum. Ἐλαμίται, *Persae*, ab *Elam* quae est prouincia Persiae ad finem Persicum. Vid. Ies. XI, 11. et XXI, 2. *Iudaea* nominatur, quia dialectus Galilaeorum diuersa erat a dialecto Iudaeam incolentium. Matth. XXVI, 73.

10. οἱ ἐπιδημῶντες ῥωμαῖοι) Ciues Romani, tam nati Iudaei, quam ascitii seu facti ex aliis gentibus. Ἐπιδημεῖν significat aliquo in populo praesentem, sicut contra ἀποδημεῖν, absentem esse. Προσήμετοι, οἱ ἐξ ἔθνῶν προσεληλυθότες (c. τῷ Θεῷ, ut *Suidas* explicat. Vid. not. ad Matth. XXIII, 15.

11. τὰ μεγαλεῖα τῆ Θεῷ) *Opera magna et illustria Dei*. Sic Ps. LXXI, 19. Dei τῶν ἰσχυρῶν laudantur. Ergo sensus est, Apostolos celebraffe laudibus illustria Dei opera, qualia erant resuscitatio Christi e mortuis, euectio eius in coelum etc.

12. ἐξίζαντο — τίς το εἶναι) *Obstupescabant omnes, et quae-rebant inter se, siue disputabant, quidnam illud sibi uellet? aut quonam euasurum esset.*

13. Ἄτεροι δὲ χλευάζοντες) Alii legunt διαχλευάζοντες. *Moto risu dixerunt*. Verbis χλευάζειν et γελοῦν promiscue et coniunctim quum alii Scriptores utuntur, tum etiam Philo. Sic de Sacrif. Ab. et Cai. γελοῦσι καὶ χλευάζουσιν ἐπιφωνῶντες, ταῦτα εἰς ἄυριον; *vident et cachinnantur, re-*

clamantes, in crastinum ista. ὅτι γλευκος μεμεστωμένος ἐῖσι) Γλευκος, *mustum.* Lucas uidetur illud musti genus intelligere, quod *Plinius* ἀειγλευκος, reliqui scriptores generis nomine γλευκος nuncuparunt. Veteres sic prae-
pararunt, ut contra suam naturam, qua, quum feruet, in uinum mutatur, per longum temporis spatium integrum et incorruptum se conseruaret, atque per totum annum mustum maneret huiusque iucundum saporem retineret. Vid. Io. Ern. Imman. Walchii diff. de natura et indole τῷ γλευκος.

14. τὰ θεία — ἕνδεκα) Aut Petrus⁴ solus locutus est, ceteris undecim Apostolis adstantibus, et sermonem eius comprobantibus; aut Petrus initium fecit dicendi et alii eum fecuti sunt. ἐπήρθε — αὐτοῖς) *Clara uoce eos allocutus est;* hanc orationem ad eos habuit. ἐνωπίσασθε τὰ ῥήματά μου) Phrasis hellenistica, Iob. XXXII, 11. *In aures uestras immit-
tite uerba mea.* In oratione quae sequitur Petrus remouet a se suisque collegis suspicionem ebrietatis, deinde uero ostendit, memorabile Ioelis uaticinium de donis spiritus sancti nunc impleri, et haec omnia Deo ita dirigente fieri ad demonstrandam ueritatem, Iesum Nazarenum, nuper crucifixum, esse Messiam.

15. ἐστὶ — ἡμέρας) Horam diei tertiam e nostra rati-
one esse circiter nonam antemeridianam, omnes sciunt. Non erat credibile illa diei hora homines ebrios esse. Accedit quod ante finitas preces et oblationes matutinas, i. e. ante horam diei quartam nec cibum nec potum gustare solebant religiosi inter Iudaeos.

16. τῆς ἐς — ἰωήλ) *Nunc euenit, quod praedixerat Ioel. c. III, 1. sqq.* Sequitur Lucas in huius loci et aliorum productione LXX. interpretes, non tamen ad amissim, uerbis interdum mutatis aut transpositis.

17. ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις) In Hebraeo est אָהֳרַיִם - כֵּן, quod significat *postea*; et sic in uersione Alexandrina exprimitur. Lucas autem ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις posuit, quae formula interdum in hebraico fermone *posthaec* significat, ueluti Genes. XLIX, 1. Petrus uaticinium Ioelis manifeste ad dies Messiae refert. ἐκχέω ἀπὸ τοῦ πνεύματος μου) In textu hebraico simpliciter est: *effundam Spiritum meum*. Ergo haec Syntaxis, *e Spiritu meo*, non est urgenda. Sensus est: *Cognitione mei uberrima imbuaui homines. Effundere, largiter dare. Spiritus diuinus, cogitandi ratio menti diuinae conformis, uberrima Dei cognitio. Ies. XI, 2. ἐπὶ πᾶσαν σάρκα) שֵׁרָפִים - כָּל - בָּשָׂר, super diuersae fortis homines; nam שֵׁרָפִים, σάρξ, saepe est homo. προφητεύουσιν) Afflatum diuinum sentient. προφητεύειν non semper est *futura praedicere*, sed interdum etiam *afflatu diuino loqui*, quo ampliore significato h. l. accipienda est haec uox. Nam cultores Dei tempore Apostolorum non praedixerunt futura, saltim raro hoc fecerunt, sed Deo operante et afflante docuerunt. Petrus refert hoc uaticinium ad rem, quae modo contigerat. Celebrauerant autem laudes Dei in omnibus linguis; et hoc etiam est προφητεύειν. Vid. Luc. I, 67. καὶ οἱ νεανίσκοι — ἐνυπνιασθήσονται) *Et iuuenes uestri uisa uidebunt, et senes uestri per somnia monebuntur*, id rursus est: Diuersae aetatis homines inspirante et afflante Deo loquentur. Nam uisa*

uisa uidere, somnia somniare, sunt species uel exempla diuinæ operationis in hominibus. Quando Deus in V. T. mouit homines per uisa et somnia, agnitum est inde, Deum cum huiusmodi hominibus esse, eosque inspirare. Haec uniuersa notio est huius loci.

18. καὶ γὰρ — προφητεύουσι) *Atque etiam in seruos meos seruasque effundam spiritum meum, ut afflatu diuino loquantur.* Serui et seruae Dei sunt cultores Dei cuiusuis sexus. Sic supra u. 17. filii, senes, iuuenes erant cultores Dei cuiuscunque sexus, aetatis et conditionis. Ergo non differunt hae phrasae. καὶ προφητεύουσι non est in Icele, sed additum a Luca.

19. 20. καὶ δώσω — ἐπιφανῆ) *Sed patrabo mira in coelo et in terra, sanguinem, ignem et fumum; sol in caliginem, luna in sanguinem uertetur, priusquam uenerit Domini dies ille illustris. Diem Domini esse ipsum tempus, quo Deus effusus sit Spiritum suum, facile apparet. Ante hoc tempus, inquit Propheta, multa erunt mira et prodigiosa. Lucas in his duobus commatibus rursus addidit quaedam, quae non sunt in hebr. textu, nempe ἄνω, σημεῖα, κάτω, quibus sensus non mutatur. Illud autem ex his leuibas mutationibus intelligitur, Lucam hunc locum memoriter allegasse. Δῶναι τέρατα, patrare mira et res prodigiosas. Merus Hebraismus. Nunc singulatim mira in coelo et in terra enumerantur. In terra erunt sanguis et ignis et uapor fumi. In promptu est intelligi bella, quibus ferro et flamma prouinciae uastantur. ἄτμις καπνός, uapor fumi, ut uersio graeca habet, hebr. columna fumi, quum fumus linea recta columinae instar sursum scandit,*

i. e. *densissimus fumus*. Inest igitur his tribus descriptio crudelium bellorum et cladum. Haec sunt mira in terra. Sequuntur mira in coelo: Ὁ ἥλιος μετασραφήσεται εἰς σκότος. Hac phrasi Hebraei describere solent uel eclipsin solis, uel spissas nebulas, quando nebulis spissis dies in noctem uidetur mutari. καὶ ἡ σελήν εἰς αἷμα, sc. μετασραφήσεται, *luna in sanguinem mutabitur*. Est descriptio eclipsios lunaris, ubi nobis apparet luna ueluti globus sanguineus. Ex his apparet τέρατα καὶ σημεῖα h. l. non esse miracula proprie sic dicta; nam bella non sunt miracula, sed mira, memorabilia, prodigia, portenta. Iam consulenda est historia, an ante hunc diem memorabilem, quo Spiritus sanctus effusus est, fuerint in coelo pariter ac in terra huiusmodi memorabilia euenta. Ac *de cladibus* quidem *et bellis* res satis est nota. Nam inter Ioelis et Apostolorum tempora Palaestina satis fuit uexata, ueluti tempore Maccabaeorum per Syros; tempore Caesaris, Pompeii et Augusti, in bellis inter Romanos et Parthos gestis, ubi Palaestina incursionibus Romanorum et Parthorum ualde est uexata. Illud autem quod *de eclipsibus solis et lunae dicitur* non intelligendum est proprie uel astronomice, sed poetice. Huiusmodi enim phrasibus Prophetæ describere solent tristissima tempora, quia ex opinione hominum pallore solis, spissis nebulis, procellis etc. tristissima euenta indicantur.

21. καὶ ἕσαι — σωθήσεται) *Sed omnis uerus Dei cultor felix et saluus erit*. Hebraica phrasis ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου significat *Deum colere*. Veri Dei cultores, inquit Propheta, felices sunt et salui, etiamsi omnia

omnia metu et miseris fuerint plena. Hoc uaticinium habuit euentum in omnibus ueris Dei cultoribus, quibuscunque temporibus et locis uixerint. Potuit igitur Petrus illud etiam suo tempori accommodare, hoc sensu: Qui nunc doctrinam Christi susceperit, illi bene erit; Deus ei fauebit.

22. 23. Ἄνδρες — ἀνείλετε) *Israelitae, audite, quaeso, me porro loquentem! Iesum Nazarenum, uirum a Deo comprobatum inter uos miraculis omnis generis, quae Deus per eum patrauit inter uos, uti uos ipsi nostis, hunc decreto et uoluntate Dei uobis traditum accepistis, manibusque flagitiosis affixum cruci sustulistis.* Ostendit Petrus, quomodo nunc acciderit, quod Ioel praedixerat. Iesus, inquit, quem uos sustulistis, effudit hodie acceptum a Patre Spiritum; et sic euenit, quod Propheta euenturum esse praedixerat.

Appellat autem Iesum ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον δυνάμει καὶ τέρασι καὶ σημείοις, *uirum a Deo comprobatum miraculis uarii generis.* Non esse insolens apud optimos quosque auctores ἀπὸ poni loco ὑπὸ, (ut Iac. I, 13.) uiri docti dudum probarunt.

Ἀποδεδειγμένον saepe dicitur id, de quo certa extant documenta; quae notio etiam hic locum habet. Nam miraculis a Deo per Iesum patris demonstratum et comprobatum est, Iesum esse legatum diuinum, filium Dei et Messiam. Cf. Rom. I, 4. Δυνάμεις, τέρατα καὶ σημεία esse uarii generis miracula, id facis constat.

τῆτον — ἀνείλετε) *Hunc certo ac definito consilio Dei uobis traditum interfecistis, cruci eum affigendo per impios, i. e. Romanos.* Πρόγνωσις h. l. est *consilium, decretum*, et idem quod βεβλή significat. Non enim solum

Hebraico

Hebraico uerbo **יָד** uerum etiam Graeco **γινῶναι**, loquendi usu ea significatio attributa est, ut per Metonymiam causae pro effectu denotaret *decernere, statuere*. Hac significatione nihil frequentius est apud Philonem, e. g. in Flacc. **ἐγνωκῶς ἀνθρώπου κατηγορεῖν**, *quum hominem accusare decreueris* de Leg. ad Cai. **διέγνωκε πλεῖν**, *decreuit nauigare*. Ergo non omnino abhorret a Graecae linguae ingenio, in hoc loco **πρόγνωσιν** denotare *confilium, decretum*. **Ἐκδοτον λαβόντες**, *quum uobis traditum uel proditum in potestatem recepissetis*. **Ἐκδῶναι** unde **ἔκδοτος** est, significat *tradere aliquem in alterius potestatem ut seruiat, uel ut in uinculis teneatur uel dedere hostibus*. Iosephus Ant. VI, 15. 9. **Σάβλον γνωρίσας τὴν Δαυίδος φωνὴν, καὶ μαθὼν ὅτι λαβὼν αὐτοῦ ἔκδοτον ὑπὸ τῷ ὕπνῳ καὶ τῆς τῶν Φυλαττόντων ἀμελείας ἐκ ἀπάκτεινεν**. *Saulus agnita uoce Dauidis, quod, quum eum a somno, et negligentia custodum proditum, in suam potestatem accepisset, non tamen occiderit*. **Διὰ χειρῶν ἀνόμων** coniungi potest uel cum **ἔκδοτον**, ut sensus sit *per manus impiorum uobis traditum*, uel cum **προσπῆξαντες**, ut sensus sit, *interfecistis eum cruci affigendo per impios*. Hoc praefero; nam Iudaei omnino per impios i. e. per Romanos Iesum interfecerunt. Vocantur autem Romani **ἀνομοί**, quod Dei legem nullam obseruarent. Pro **χειρῶν** nonnulli Coad. habent **χειρῶς**, non male: **בְּיַד רַשָׁעִים**. **Προσπῆξαντες** dictum breuiter, pro **προσπῆξαντες σαρφῶ**.

24. **Ὁ δὲ Θεὸς — ὑπ' αὐτοῦ**) *Sed Deus eum in uitam reuocauit, solutis mortis doloribus, quandoquidem fieri non poterat, ut ille in mortis potestate teneretur*. **λύσας τὰς ὀδύνας τῆ θανάτου**, *soluens dolores mortis, i. e. dum eum morte*

morte tristi liberavit, aut morti eripuit. De doloribus, morbisue dolorificis τὸ λύειν habent Libanius *epist.* 1080. τέτων ἕκαστον ἄνταν μὲν ἄν λύσειε, *horum quodlibet dolorem facile soluerit.* Lucianus de conscrib. hist. *Aliis copiosus sudor obortus ἔλυσε τὸν πυρετὸν, febrim sustulit.* *Alii uertunt: Quum eum a morte liberasset;* proprie, *solutis funibus mortis*, i. e. funibus, quibus mors eum constrictum tenebat. Nam uerba חבלי מות, חבלי שאול Ps. XVIII, 5. 6. LXX. reddunt ὀδῖνες θανάτου, ἄδυσ. Additur, fieri non potuisse, ut Iesus in mortis potestate teneretur. Hoc autem fieri non poterat ideo, quia praedictum erat, Messiam in uitam esse rediturum. Sequuntur uaticinia e Psalmo XVI, 8. sq.

25. Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς ἑαυτὸν) *De illo.* Voculam εἰς pro *de* etiam Graeci usurpant, si praepos. haec cum uerbis loquendi iungitur. Xenophon L. I. de fact. et dict. Socratis λέγων εἰς τοιαύτην τοιάδε, *sequentia de illa dicens.* Plutarch. in Cic. λέγειν ἅδι τι κινδὸν εἰς τὸν ἄνδρα. Desumptus autem est hic locus e Psal. XVI. in quo quidem Dauides sua fata describere uidetur, sed uerbis, quae sensu proprio sumta nonnisi de Messia ualent. Προωρούμην — παντὸς) *In Iehouam semper oculos defixos habeo*, i. e. semper auxilium ab eo exspecto. ἐκ δεξιῶν μου ἐστίν) i. e. *opitulatur mihi* tanquam παρασώτης. Qui nempe ad dextram nostram est, is nobis est propinquus, nobisque opitulari potest. Ἰνα μὴ σαλευθῶ, i. e. *ut stem firmus.* Firmus autem stare dicitur is, qui felix est, tutus ab omni miseria. Hoc igitur commate exprimitur fiducia in Dei auxilium.

26. Διὰ τῆτο — γλώσσά μου) Sensus in uniuersum est: *Propterea gaudeo, laetor mente et ore.* Pro ἡ γλώσσά μου, in hebr. textu est כְּבוֹדִי, *gloria mea.* Videntur igitur Alexandrini in suis codicibus legisse לשׁוֹנִי pro כְּבוֹדִי. *Gloria mea gaudet*, i. e. mens mea gaudet. Hunc loquendi usum Hebraeorum confirmat locus Genes. XLIX, 6. Cur Hebraei gloriam posuerint pro mente, obscurum est; fortassis autem sic locuti sunt, quia in mente est dignitas hominis. *Lingua mea gaudet*, i. e. lingua et uerbis exprimo meum gaudium. ἔτι δὲ — ἐπ' ἐλπίδι) *Insuper uero etiam corpus meum cubabit in spe*, i. e. secure, tranquille, tuto. Cf. Ps. VI, 9. Propter sequentia ἡ σάρξ explicandum est de corpore mortuo. Quia uero mortuum corpus proprie nihil sperat, sensus erit: *Nihil corpori meo (mortuo) metuo; spero potius illud in uitam iri restitutum.*

27. ἔτι ἐκ — ἧ ἄδης) *Non relinques me in statu mortis apud inferos.* Ἐκ pro ἐν, et post ἄδης supple δίκην uel τόπον. Vilitata figura quoque Latinis, ut: ad opis; in concordiae. Cf. hic annotata ad Luc. XVI, 23. εἰδὲ δώσεις) *Nec concedes, permittes*, significatu non Ebraeis magis, quam Graecis frequenti. Ioseph. Ant. IV, 4. 2. VI, 6. 4. τὸν θεῖον σε, *sanctum tuum.* In Psalmo nominantur *Sancti Dei*, numero plurali; ubi intelligendi sunt uel *Dei cultores*, uel *delecti a Deo*, Deo sacri, sensu non multum diuerso. Posterior significatio consilio Petri apta est. *Eum, quem delegisti, non patieris in putredinem abire.*

28. ἐγγνώρισάς μοι ὁδὸς ζωῆς) *Notas mihi facis uias uitae uel doces me uiam ad uitam.* Ambigua est haec phrasis,

cuius sensus esse potest: Instruis me, quomodo uitam conseruare, mortis periculum euadere queam; uel etiam, instruis me, quomodo felix fieri debeam. Hoc loco uia ad uitam est *ratio accipiendae uitae*, ut sensus sit: *ipse me ducis in uiam uitae, reddis me uiuum.* κληρώσεις — προσώπῃ σκ) *Replebis me laetitia tecum*, ut laetus apud te sim; proprie: *Replebis me laetitia cum facie tua.* Omisit Lucas nonnulla quae in textu hebraico extant, et sensum tantum expressit.

29. ἄνδρες — ἡμέρας ταύτης) Iam ostendit Petrus, Dauidem in illo Psalmi loco non de se locutum esse, sed de alio, i. e. de Messia. ἐξόν εἰπεῖν) ἐξόν, sc. ἔγω, *liceat, licitum sit.* Benigna est compellatio, concilians audientium animos, quod singularis esset et eximia de Dauide existimatio Iudaeorum, de quo tamen illa recitata accipi non posse, Petrus erat demonstraturus. τὸ μνημα αὐτοῦ ἐστὶν ἐν ἡμῖν) i. e. παρ' ἡμῶν *apud nos.* Quum alia sepulcra extra urbem essent, monumentum Dauidis et familiae eius in ipsa urbe est, et hodiernum monstratur, teste *Maundrello*, p. 75. 76. *Iosephus* sepulcri Dauidis haud semel meminit, e. g. Ant. XIII, 8, 4. Ἐγκανθεὶς τὸν Δαυίδου τάφον ἀνείξας, δεκλήτω τὴν πόλιν βασιλεῖς ὑπερέβαλλε, τρισχίλια μὲν ἀργυρία τάλαντα ἐξενόμισεν.

30. προφήτης — θρόνος αὐτοῦ) Desunt uerba τὸ κατὰ σάρκα ἀνακῆσαι τὸν χριστόν, in nonnullis Codd. Versf. et Patr. Si retineas, ita ordinanda sunt, ut coniungatur cum eis participium προειδώς, uel sicut alibi reperitur, προιδών ut sit sensus: *Quum Propheta esset Dauid, et meminisset, siue sciret, sibi abs Deo fidem iureiurando esse firmatam, fore ut in folio suo*

suo resideret ex sese natus, praeuisa sive praecognita humana Christi resurrectione, ita de Christi resurrectione est locutus. Si uerba supra memorata omittas, sensus est: — et sciret sibi iureiurando promississe se collocaturum quendam ex posteris eius in solio eius. Nimirum καθίζειν est collocare, et post uerba θεφύος αὐτοῦ supplendum est τινά, participium autem προΐδων nouam periodum inchoat. ἐκ καρτῆ τῆς θεφύος αὐτοῦ, est merus Hebraismus, qui significat e posteris eius. *Excitare* h. i. non est suscitare ex mortuis, sed facere ut aliquis nascatur. Cf. Matth. XXII, 24. καθίσαι ἐπὶ τῷ θρόνῳ αὐτοῦ, ut eum collocaret in throno eius, sc. Dauidis. Promiserat Deus Dauidi successorem, cuius regnum futurum esset aeternum, 2 Sam. VII, 14. Hunc Dauidis successorem esse Messiam, omnibus constat. Nunc igitur dicit Petrus, Dauidem, quum de hoc aeterno successore cogitasset, praedixisse de eo haec. Vt nempe Messias in aeternum regnare posset, resuscitatus est e mortuis, et euectus in coelum.

31. ἡ ψυχὴ αὐτοῦ) Defunt haec in nonnullis codicibus et uersionibus. Si retineas, per Hebraismum explicanda sunt, יהוה, ipse. ἡ σὰρξ αὐτοῦ, corpus eius.

33. τῇ δεξιᾷ ἐν τῷ θεῷ ὑψωθείς) *Dei igitur potentia exaltatus*, sc. in coelestem regiam sublatus. Io. XX, 17. τὴν τε ἐπαγγελίαν τ. ἀγ. πν. λαβῶν) Impetrato iure mittendi Spiritum sanctum, quod Pater ei promiserat. Vid. Io. XIV, 26. XV, 26. XVI, 13. 14. 15. Ἐξήχθη τῷτο, sc. δῶρον. *Largissimum hoc beneficium contulit.* Largum et munificum donum significatur sancti Spiritus. Generale autem est, in genere neutro, indicium totius actionis illius, i. e.

exorti flatus, et delapsi ignis, et linguis aliis loquentium Apostolorum.

34. εἰ γὰρ — ἐρανός) Supple: Ergo ibi non regnat et imperat. De alio potius, nempe de successore suo dixit illud, quod nunc sequitur: εἶπεν δὲ κύριος κ. τ. λ. Hunc locum Pf. CX. Iesus ipse de se interpretatus est. Vid. notata ad Matth. XXII, 42. sq.

36. ἀσφαλῶς ἔν γινωσκέτω) *Certo novit.* Ἀσφαλῆς est τὸ μὴ σφάλλον, et μὴ σφαλλόμενον, habetque significationem eius quod certum firmumque et stabile, et cautione tutum est. οἶκος Ἰσραὴλ) *Domus, i. e. familia,* uniuersus populus Israëliticus, distributus in tribus XII. ὅτι κύριον — ἐσαυρώσατε) *Metathesis est, et simplex ordo uerborum talis: ὅτι τῶτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσαυρώσατε, ὁ Θεὸς ἐποίησεν αὐτὸν κύριον καὶ χριστὸν.* Redundat αὐτὸν hebr. more. Illud autem ἐποίησεν est κατέταξε καὶ κατέστησε, i. e. *ordinauit et constituit,* ut Marc. III, 14. ἐποίησε δώδεκα, et *facere consulem,* latine dicitur. *Iustinus X, 1.* Darium — per indulgentiam pater *regem uiuus fecit.* *Herodianus VIII. 4. 25.* καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὃν πεποίηκε καίσαρα. Declaratus est autem Iesus Dominus et Messias per reditum in uitam. Hanc Messiae resurrectionem et dignitatem locis illis V. T. illustrare uoluit Petrus.

37. ἀκύναντες δὲ, ἴσ. τῆτο, non tantum uirum innocentem, sed ipsam adeo Messiam a se esse interfectum. κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ.) *Compuncti sunt corde, i. e. intima tristitia affecti sunt,* quo sensu uox καταλύσσειν apud LXX. interpr. occurrit. De sermonibus inprimis, qui animum ualde afficiunt, aut tristitiam animo incutiunt, Graeci dicunt, eos ani-

mum

num *compungere, mordere, transfigere*. Sic Plutarchus de auditione: *Morsum* inquit, *bonae indolis adolescentibus a philosophia inflitum* ἡυτὸς δὲ τρωΐσας λόγος ἰάται, *eadem quae sauciauit, sanat oratio*.

38. μετανοήσατε) *Mentem mutate*. Agnoscite, uos in errore uersatos esse, et ingens peccatum commisisse, dum Iesum hunc Nazarenum reiecistis, tantaque ignominia affecistis, eundemque nunc agnoscite Dominum et regem, a Deo ad salutem uestram missum. καὶ βαπτισθήτω — ἀμαρτιῶν) *Et singuli suscepto baptismo profitemini uos cultores esse uelle Iesu Messiae, ut peccata uobis remittantur*. Βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὕδατι Ἰησοῦ χριστοῦ, baptismo suscepto fieri sectatorem et cultorem Iesu, qui est Messias. Ἐἰς ἄφεσιν ἀμαρτιῶν, *ut uobis remittantur peccata*, non tantum illud peccatum, quod reiiciendo Messia commisisstis, sed et alia omnia peccata. Promittitur igitur remissio peccatorum et fauor diuinus iis, qui religionem christianam suscepturi et mutaturi essent mentem. καὶ λήψετε — πνεύματος) *Sic enim accipietis Spiritus sancti donum, uel dono accipietis Spiritum sanctum*. Intelliguntur non tantum extraordinaria, sed etiam, et praecipue ordinaria dona, utpote scientia religionis, uires ad meliorem uitam, quas accipiunt, qui religionem discunt, et doctrinam in animum admittunt etc. Haec imprimis dona intelligenda esse ex sequentibus apparet.

39. ὑμῖν γὰρ ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία) *Ad uos enim pertinet promissio*. Sic Demosth. adu. *Macartat*. *Aperte o iudices lex dicit, οὗς δεῖ τὴν κληρονομίαν εἶναι, ad quos haereditas pertinere debeat*. Ἡ ἐπαγγελία, nempe donorum Spiritus sancti, de qua Ioël uaticinatus est. Eodem beneficio affi-

ciemini, quo nos iam fruimur. τοῖς εἰς μακρὰν) Sc. ὄσι, siue ἀπῶσι, qui procul absunt, non solum regionibus et locis, sed animis quoque et sententiis. Intelligit aut Ethnicos, aut potius Iudaeos in aliis prouinciis uiuentes; nam ad Ethnicos etiam beneficia Messiae pertinere, tum temporis ignotum adhuc erat Petro. Infra c. X. προσκαλέσθαι) προσκαλέσασθαι est, *aduocare, ad societatem cum aliis ineundam inuitare*. Cf. Io. X, 16. XI, 52. Isti, qui susceperunt religionem christianam, Iudaei et Profelyti, non tantum extraordinaria, sed etiam, et quidem potissimum, ordinaria dona acceperunt, notitiam uberiolem religionis, uirtutem, pietatem etc.

40. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης) Deferite huius improbae gentis mores, nempe societatem peruersam Iudaeorum, qui Messiam crucifixerunt, eumque adhuc repudiant. Γενεὰ σκολιὰ dicitur ex Deuter. XXXII, 20. Significat σκολιὸν obliquum et contortum, transferturque ad omnem peruersitatem.

41. οἱ μὲν ἔν ἁσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ) *Libenter institutionem eius recipientes*. Ἄσμένως i. e. μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, προθύμως ut *Hesychius* explicat. Tota phrasis notat, eos cum gaudio sermonem approbasse. Sic Iosephus Ant. Lib. XII, c. 15. de Iudaeis obsessis oblatam pacem et libertatem ratam habentibus, dicit: οἱ δὲ ἁσμένως δεξάμενοι τὸς λόγους. Sed notat etiam Phrasis eos, *qui libenter sermoni morem gerunt*. Ioseph. Ant. IV. 4. de puellis Midianiticis ad stupra ab Ibraëlitis sollicitatis dicit, αἱ δὲ ἁσμένως δεξάμεναι τὸς λόγους συνήσαν αὐτοῖς. Καὶ προσετέθησαν — τρισχίλια) *Ter mille illo die adiunxerunt sese; nempe discipulis Iesu Christi;*

Christi; coetui illi CXX. hominum. Προστίθεσθαι τινι, ad partes alicuius accedere. Sic Scriptores graeci de urbibus uel nationibus ad Romanos deficientibus: προσετίθεντο τοῖς Ῥωμαῖοις. Qui incredibile esse putant, 3000. homines uno die Christianis se adiunxisse, quod una domus tot auditores capere haud potuerit, tanquam certum praesupponunt, omnes simul admissos esse ad audiendum Petrum et alios Apostolos; quod nec Lucas dicit, nec uerisimile est. Alii difficultatem ita tollunt, ut dicant haec euenisse in Oeco templi Hierosolymitani. De hac sententia uide notata supra ad u. 2. Quae sunt etiam, quomodo fieri potuerit, ut in una domo uel oeco baptizarentur tria millia hominum? Sed omnes homines illos eodem in loco, una eademque hora baptizatos esse, Lucas non dicit. Potuerunt undecim Apostoli homines illos baptizare pluribus locis urbis Hierosolymitanae.

42. ἦσαν — ἀποσβῶν) Perreixerunt uti institutione Apostolorum. Διδαχὴ saepe est res quae docetur; hoc autem loco ipsa institutio. τῇ κοινωνίᾳ) Κοινωνία h. l. nihil aliud significat, quam communicationem et societatem. Alii intelligunt sacram coenam; alii communionem bonorum. καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου) Frugalibus conuiujs, quae eucharistiae sumptione clauderentur; quare eucharistiae mentionem hic fecit Syrus. Hebraica phrasis, *frangere panem*, significat distributionem et usum cibi.

43. ἐγένετο δὲ πάση ψυχῇ φόβος) Hebraismus. *Timor omnes homines inuasit*, i. e. omnes admirati sunt; nam timoris et admirationis affines sunt affectus.

44. ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ) Conueniebant, siue coniungebantur. καὶ ἔειχον ἅπαντα κοινὰ) ἢ κτήσῃ ἀλλὰ χρήσῃ. Notissimum est Graecorum Prouerbum, *amicorum omnia esse communia*. Iustinus XLIII. 1. 5. Saturnus tantae iustitiae fuisse traditur, ut neque feruerit sub eo quisquam, neque quicquam priuatae rei habuerit, sed omnia communia et indiuisa omnibus fuerint, uelut unum cunctis patrimonium esset.

45. καὶ τὰ ἑκτὴματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον) Non omnia bona sua uendebant, sed quantum opus esset ad sustentandos egenos. Vide annotanda ad c. IV, 34. 35. καὶ διαμέριζον — εἶχε) Nempe aegrotis ad medicamenta, et alias res necessarias; item ad alimenta infantium. Non nouum erat hoc inter Iudaeos. De *Essenis* refert PHILO, Lib. *quod omnis probus liber*: ἐς τὰ ταμίειον ἐν πάντων καὶ δαπάναι, καὶ κοινὰ μὲν ἐσθῆτες, κοινὰ δὲ τροφὰ συσσίτια πεποιημένων. — ὄψε νοσηλεύοντες, ἔχ ὅτι πορίζειν ἀδυνατήσιν ἀμελεῦνται, πρὸς τὰς νοσηλείας ἐκ τῶν κοινῶν ἔχοντες ἐν ἐτοιμίῳ etc.

46. κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον) Significatur his uerbis *communio ciborum et panum diuisio in usum pauperum ad communes epulas conuocatorum*. Est igitur κλῶσιν ἄρτον idem, quod διαμερίζειν, quod patet ex usu phraseos Ies. LVIII, 7. Ierem. XVI, 7. Et libri sacri et historia ecclesiastica docent, pauperes e Christianis a diuitibus uel communibus cum illis epulis, uel peculiaribus mensis stipe sustentatos esse. Cf. c. VI, 2. Κατ' οἶκον, sc. ἕκαστον. i. e. singulis in domibus, modo in hac, modo in illa, ut recte monet Celeb. Io. Chry. Gottl. Ernesti in Gloss. sacr. Hesychii not. ad κατ' οἶκον. ἀφιλόγητος καρδίας) Corde puro, Rom.

Rom. XII, 8. uel *simplicitate animi*. Qui nempe dabant, libenter dabant, et qui alebantur, pio et grato animo accipiebant beneficia.

47. ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαόν) Erant gratiosi etiam apud τὸς ἔξωθεν, ob bonitatem, modestiam, patientiam, quarum uirtutum ea uis est, ut amorem etiam a disparis uitae hominibus extorqueat. ὁ δὲ κύριος — ἐκκλησία) Dominus adiungebat ad ecclesiam participes salutis quotidie alios. Cf. supra u. 40.

CAP. III.

1. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ) Notat haec phrasis h. l. idem quod hebraicum יחד, *una, simul*, cui et in uersione graeca illa respondere solet. Simillimus huic est locus Iosephi Ant. XVI, 8. 6. ubi de Herode et Archelao dicit: μέχρις Ἀντιοχείας ἐπὶ τὸ αὐτὸ παρήλθον, *una Antiochiam profecti sunt*. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, τὴν ἐνάτην) i. e. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, ἣτις ἦν ἡ ἐνάτη τῆς ἡμέρας, *circa precationis horam, quae erat nona diei*: hora nostra fere tertia pomeridiana, quae Iudaeis erat nona. Erat haec hora sacrificii uestertini.

2. πρὸς τὴν θύραν — ὡραίαν) *Ad ianuam templi, quae dicitur formosa*. *Westenius* intelligit portam orientalem, Corinthiam et Maximam, Nicanoris dictam, per quam introibant ex atrio mulierum, in atrium Iſraëliitarum. Vid. *Ioseph.* de B. I. V. 5. 3. Io. Ern. Imman. *Walcbius* (diff. de claudio a Petro sanato) cum aliis intelligit eam portam, quae alias *Susan* fuerit dicta, ab urbe eiusdem nominis, sede quondam Perfarum regia; nam urbs illa, teste

Athenaeo διὰ τὴν ὠραιότητα τῶ τόπῳ, a liliis nempe, quae ibi admodum frequentia erant, et urbis situm iucundissimum reddebant, *Susan* dicta fuit.

5. ὁ δὲ ἐπέειχεν αὐτοῖς) *Intuebatur eos*, ita ut subaudientium sit, τὰς ὀφθαλμοῖς. In aprico enim est respicere phrasin ad βλέψον εἰς ἡμᾶς u. 4. quibus uerbis postulabat Petrus *liberiores intuitum*, ut animi nihil male sibi conscientis, et spei cuiusdam ac fiduciae testem.

6. ὁ δὲ ἔχω.) Habebat autem Petrus facultatem miracula edendi ui et potestate a Iesu sibi concessa. τῷτὸ σοι δίδωμι) Te sanando auctoritate et ui mihi a Iesu concessa.

7. πιάσας) πιάζειν, siue πιάζειν est manu premere, quod fieri solet inter bene uolentes sibi mutuo. δι βάσεις) Βάσεις est *planta pedis*, ea pedis pars, quae infra talos est. Sic Iosephus Antiq. L. VII, c. 10. gigantem quendam Philistaeum *sex* dicit habuisse δακτύλους ἐν ἐκατέρῳ τῶν βάσεων, *digitos in utraque planta*. Hac parte praesertim claudi laborant. τὰ σφυρὰ) Σφυρὰ *malleolos* denotant, quibus etiam in iis, qui pedibus capti sunt, *infirmetas* tribuitur. Sic apud Lucianum *Tragopod*, podagricus lentum suum incessum describens dicit: διάλυτος δὲ με ἔσυρεν ὀπίσω πηλὸς ἀσθενῆ σφυρὰ, *solutum retrahit, malleolos male firmos illico coenum retro*.

8. ἐξαλλόμενος ἔστη) *Exsiliens*, nempe e fectorio uel *grabato*, in quo haectenus ab uno loco ad alterum portatus erat (u. 2.) *stetit firmus*. ἀλλόμενος, non tantum prae gaudio, sed et in signum, se perfecte esse sanatum.

11. κρατεῖντος δὲ τῆ λαθέντος χωλῷ τῶν π. κ. Ιω.) Pro τῆ λαθέντος χωλῷ nonnulli Codd. ut et Verff. αὐτῆ habent. Κρατεῖν est tenere. Retinebat nempe claudus sanatus Apostolos, eis adhaerebat, eorum societate diutius frui cupiens, ut iam Theophylactus ex Chrysofostomo explicauit. Sic Achilles Tattius L. V. ἡ μὲν ἐπεχίρει με κρατεῖν ἐκεῖ κοιμηθῆσόμενον, illa me retinere conabatur, ibi dormiturum. Hinc tenebat Apostolos idem est ac dimittere illos a se nolebat, illos socios habebat. ἐπὶ τῇ σοφ. τ. καλ. σολομῶντος) Vide de hac porticu not. ad Io. X, 23.

12. Ἰδὼν — περιπατεῖν αὐτὸν) Negat Petrus a se et Ioanne propria potestate sanatum esse claudum. Addit: nec pietate nostra. Nolite, inquit, existimare, esse hoc praemium aliquod pietatis nostrae aut uirtutis, quod Deus per nos huic homini restituit sanitatem.

13. ὁ Θεὸς — Ἰησοῦν) Sed Deus maiorum nostrorum filium suum Iesum glorificauit, i. e. dignitatem filii sui manifestauit et illustrauit. Ex eo, inquit Petrus, quod nunc Deo uolente, fit, apparet, Iesum non fuisse impostorem, sed Messiam; eum uiuere, potentem esse, atque promissa praestare. Sanatio claudi omnino documentum erat huius dignitatis Iesu. Nam ui et potestate a Iesu sibi concessa, patrauerant hoc miraculum, u. 16. Quomodo autem ille Apostolis potestatem hanc tribuere potuisset, nisi uiueret et potens esset? Τὸν παῖδα, i. e. υἱόν, Matth. III, 17. ἠρνήσατο αὐτὸν) Ἀρνεῖσθαι et ἀπαρνεῖσθαι est repudiare, auersari, renunciare, idem quod ἀπειτεῖν 2 Cor. IV, 2. Sic Callimachus hym. in Delum u. 100. de Latona dicit, ἀλλ' ἴτ' Ἀχαιιάδες μιν ἀκηρήσαντο πόλεις, ἐρχομένην, quum Achinae ciuitates

ciuitates illam respuissent uenientem, in Theffaliam illam rediisse. κρίναντος ἐκεῖνις ἀπολύειν) *Quum* (Pilatus) *eum dimittere decreuisset.* Κρίνειν apud optimum quemque scriptorem aeque ac γινώσκειν est *statuere, uelle, decernere.* Sic e. c. *Ioseph. Ant. I, 4.* ἀφανίσαι ἐκ παντός ἢ κ' ἐκρινεν, *omnes omnino perdere noluit.* Et II, 2. *Quum haec Deus de Sodomitis decreuisset.*

14. ὑμεῖς δὲ — ἠρνήσασθε) *Vos autem infontem* (illum Iesum) *repudiastis, eumque morti tradidistis.* Ἅγιος καὶ δίκαιος, i. e. *insons*; opponitur enim reo. Cf. I Petr. III, 18. ἠτήσασθε ἄνδρα φονεῖα χάρισθῆναι ὑμῖν) *Rogastis, ut homicida uobis donaretur, h. e. in gratiam uestram a morte liberaretur.* Hoc sensu χαρίζεσθαι utitur etiam Paulus ad *Philem. u. 22.* *Ioseph. Ant. II, 6. 9.* et aliis locis.

15. τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς) *Vitae et felicitatis auctorem.* Vox ζωῆς sensu latissimo accipi potest, ita ut includatur omnis hominum salus et beatitudo, ut sensus idem sit, quo Christus Hebr. II, 10. ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας uocatur. In utroque loco acumen latet atque emphasis. Hic *morti* datus dicitur *auctor uitae.* Ἀρχηγός, auctor; quo sensu reperitur in Isocratis *Orat. de permut.* τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἀπάντων αὐτοῖς ἀρχηγοί, *omnium bonorum praesentium ipsis auctores.* Heraclides Ponticus allegor. Hom. Homerum uocat, ἀρχηγὸν πάσης σοφίας.

16. καὶ ἐπὶ — ὄνομα αὐτοῦ) *Atque, ut in eum creditis, ipse restituit hunc, quem hic uidetis et nouistis.* Ὄνομα Ἰησοῦ h. l. est *Iesus ipse*, ut saepe in V. T. יהוה' שׁוּ Iehouah, uenerandum Numen. Ἐπὶ, *propter, ad*, finem indicat.

dicat. Eum in finem Iesus hoc miraculum per nos edidit, ut et uos conuinceremini eum esse uerum Messiam. Sed phariseos ἐπὶ τῆς πίστεως τῆ δν. α. potest etiam sensus esse hic: quoniam nos Apostoli in eum credimus; quoniam credimus illum praestare posse et uelle id quod nobis promiserat. Promiserat autem Iesus, se adfuturum esse Apostolis miracula patrantibus. Mera repetitio est in uerbis quae sequuntur: καὶ ἡ πίστις — ὑμῶν. Nam horum etiam uerborum sensus est: *Et fiducia in eum (Iesum) effecit, ut hunc claudum integrum restitueremus in conspectu omnium uestri.* Ἡ πίστις ἢ δι' αὐτῆ, fides uel fiducia Apostolorum in Iesu collocata. Alii intelligunt fidem a Christo productam in claudo. Ὁλοκληρία integritatem, incolumitatem corporis designat, quum nulla pars corporis aut deficit, aut uitio laborat. Iosephus de B. I. L. VI, c. 15. opponit Sacerdotes, ὅσοι διὰ πῆρωσιν ἐκ ἐλειτέρων, qui ob mutilationem sacra non obibant, τοῖς δλοκλήροις, integris.

17. κατὰ ἀγνοίαν) *Per ignorantiam, i. e. ignorantes.* Ignorarunt nimirum arcanum consilium Dei aeterni, siue mysterium redemptionis generis humani.

18. ἐπλήρωσεν ἔτω) *Hoc modo exsequutus est.* Vos quidem grauiter peccatis, reiiciendo et interficiendo adeo Messiam; sed Deus hoc uestro errore usus est ad optimos fines.

19. μετανοήσατε — ἀμαρτίας) *Mutate igitur mentem, et redite, ut peccata uestra deleantur.* Monet eos Petrus, ut Iesum spernere desinant, redeant potius ad eum, quem antea repudiauere, eumque pro Messia agnoscant. De hac mutatione

mutatione mentis, de hoc Iudaeorum ad Iesum reditu h. l. est sermo. *Vt peccata uestra deleantur*, i. e. uobis remittantur. Intelligitur inprimis illud peccatum, quo Messiam repudiarunt. ὅπως ἂν — τῆ κυρίῃ) *Vt tempora laetiora uobis mittat Dominus.* Ἀνάψυξις, proprie *respiratio, recreatio a laboribus et afflictionibus, consolatio.* Καιροὶ ἀναψύξεως sunt tempora felicia, non tantum tempus resurrectionis mortuorum, sed et omnis generis bona spiritualia, quibus et in hac et in futura uita fruuntur Christiani.

20. καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεχειρισμένον υἱὸν Ἰησοῦν Χριστόν) Sensus esse uidetur: *Et ad cognitionem doctrinae Iesu Christi, uobis destinatae, uos perducatur.* Nec de missione Iesu Christi in has terras, nec de missione eius ad iudicium extremum h. l. sermo esse potest. Illa enim iam facta erat; de hac autem in iis quae sequuntur, nihil dicitur. Erit igitur Ἰησοῦς Χριστός h. l. doctrina Iesu Christi. Venit nempe Iesus etiam tunc, quum doctrina eius hominibus innotescit. Cf. infra u. 26. c. X, 36. XIII, 26. Προκεχειρισμένον legendum esse pro προκηρυγμένον, probat prope modum omnium Codicum consensus. Hanc lectionem habent etiam multi Patres qui hunc locum allegant, et antiquissima uersio latina. Προχειρίζειν est *praeparare, decernere, destinare.* Ergo doctrina Iesu Christi Iudaeis destinata esse dicitur. Deus enim ab aeterno decreuerat, ut haec doctrina Iudaeis primum traderetur.

21. ὃν δεῖ — ἀπ' αἰῶνος) Sensus est: *Qui potentissime regnare debet, donec omnia euenerint, quae de eo (eiusque regno) praedicta sunt per sanctos Prophetas iam inde ab antiquissimis temporibus.* Ὁν δεῖ ὑραυὸν μὲν δέξασθαι, quem

quem potentissime regnare oportet. Nempe coelum occupare, in coelo esse, idem est ac supra omnes alios euectum, summum et excelsum esse. Sic Deus in coelo esse dicitur, i. e. summus, omnibus superior, potentissimus, Pf. CXV, 3. Simili modo, quum de Iesu dicitur, eum ascendisse in coelum, ibique sedere ad dextram Dei, uel, ut nostro loco, coelum occupare, sensus est, eum potentissime regnare, et omnibus excelsores esse. Ἀποκατάστασις h. l. non significat *restitutionem*; connectitur enim hoc uocabulum cum sequentibus: πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεός — ἀπ' αἰῶνος. Sed ea quae Deus locutus est per sanctos Prophetas, (sc. de Messia) sunt uaticinia de Messia. Iam uero, quid esset *restitutio* uaticiniorum de Messia? Est potius ἀποκατάστασις h. l. *perfectio, consummatio*, quum res uenit eo, quo uenire debuit, ut nihil desit ad eius rei perfectionem, i. e. impletio uaticiniorum plena ac perfecta. Nec repugnat usus loquendi. Nam *Hesychius* in Glossario ἀποκατάστασιν explicat τελείωσιν, *consummationem*. Sic *OECUMENIUS*: ἀποκαταστῆναι δεῖ, Φησὶ, καὶ εἰς πέρας ἐλθεῖν ἅπαντα. Conferri possunt etiam Matth. XVII, 11. et Hebr. VI, 10. Debet autem Christus potentissime regnare *donec omnia, quae praedicta sunt per Prophetas, euentu comprobata fuerint*. Hoc idem est quod dicitur I Cor. XV, 25. 26. et Hebr. X, 12. 13. Christum regnaturum esse, donec omnes hostes ei fuerint subiecti. Hostium Christi nomine comprehenditur, quicquid religioni, eiusque propagationi adueriatur. Praedictum autem erat, omnes nationes subiiciendas esse imperio Messiae. Christus igitur ad finem usque mundi regnabit, et imperium suum ita exercebit, ut sensim sensimque omnes, uel quamplurimas nationes ad regnum suum

suum perducatur. Cf. Rom. XI, 23 - 26. 'Απ' αἰῶνος, hebr. **וְיָד** esse iam olim, ab antiquissimis inde temporibus, fatis est notum. Vid. b. ERNESTI diff. qua hic locus explicatur, in opusc. theol. p. 477. sqq.

22. Μωσῆς μὲν — εἶπεν) Ostendit Petrus Prophetas de Messia esse uaticinatos, quod dixerat u. 21. Exorditur a Mose. Est nempe Christus propheta ille eximius, quem Moses praedixit. Deut. XVIII, 15. sqq. Videtur quidem Moses loqui de tota serie prophetarum, quos Deus sequentibus temporibus uoluntatis suae interpretes ad Israelitas fit missurus. Sed hoc non obstat, quominus de Messia explicari possit locus; quippe is fuit maximus omnium et uerissimus ille a Deo missus Propheta ex populo Iudaico, cuius contentum quoque Deus seuerè puniit. Vid. S. Ven. D. Io. Aug. Dathii scitam obseruationem ad hunc Deut. locum in *Pentateucho latine uerso* et doctissimis notis illustrato. Accedit, quod de nullo alio Propheta dici possit, eum Mose fuisse similem, eo sensu quo Iesus ei similis fuit. Sicuti nempe Moses populo suo nouam religionis formam instituit, et mediator fuit inter Deum et Iudaeos, ita et Christus nouam religionem instituit, et μεσσης fuit inter Deum et homines, hoc tantum discrimine, quod fit multo maior Mose. Vid. Hebr. III.

23. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ) i. e. Interibit, siue perimetur sublatus de populo contumax ille. Vox *Alexandrina* ἐξολοθρεύειν, quam apud τὰς ἕξω forte frustra quaesieris, occurrit illa quidem apud Iosephum, *Antiq.* VIII, 11, τῶν ἐξολοθρεύσω σε τὸ γένος, sed hoc, non dubium est, quin a LXX. Senioribus hauserit. Ceterum si hoc, quod de

de extirpatione e populo dicitur, ad Messiam transfertur, non cogitanda est extirpatione civilis; sed sensus est, huiusmodi hominem non agnosci pro ciue regni Dei, excludi beneficiis per Messiam promissis et partis.

24. καὶ πάντες — ἡμέρας ταύτας) Καὶ, h. l. exponi potest: *quin etiam, imo etiam.* Nempe non solus Moses uaticinatus est de Messia, sed et Samuel, cum omnibus eum secutis Prophetis. Ordo uerborum talis est: καὶ πάντες δὲ δι' προφητῶν, ὅσοι ἐλάλησαν ἀπὸ σαμεὴλ καὶ τῶν καθεξῆς, καὶ κατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας. Sensus est: *Quin etiam omnes Prophetæ, quicumque locuti sunt, a Samuele usque et deinceps secuti, illi etiam denuntiarunt dies istos.* τῶν καθεξῆς, i. e. τῶν γεγονότων καθεξῆς, qui illum continua quadam ferie sunt secuti. Δαλεῖν, *docere, uaticinari.* Τὰς ἡμέρας ταύτας, tempora haec laeta et felicia, quibus beneficia per Messiam parta uobis offeruntur. Quod Samuelem attinet, uid. 2 Sam. VII, 12. sqq.

25. ὑμεῖς ἐσθε δι' υἱοὶ τῶν προφητῶν) i. e. Vos estis ii, ad quos missi sunt prophetae illi a Samuele deinceps. In V. T. *filij prophetarum* sunt *discipuli* prophetarum. Hoc autem loco omnes Iudaei ita uocantur, quia Prophetae ad eos missi erant. καὶ τῆς διαθήκης,) sc. υἱοὶ, *ad quos promissio pertinet.* Gen. XII, 3. XVIII, 18. καὶ ἐν τῷ σπέρματι σου — τῆς γῆς) *Per posteros tuos* (unum ex posteris tuis) *felices erunt omnes nationes terrae.* τὸ σπέρμα, ὕψι et *posteror* num. plur. et unum posterum significat, ut Gen. IV, 25. ubi ὕψι de uno filio usurpatur. Si ille Abrahamo promissus benefaciet omnibus gentibus, quanto magis consanguineis suis, si modo hi impedimenta auferant.

26. ὑμῶν — ἀπέσειλεν αὐτὸν) *Vestro inprimis bono misit Deus quem excitauit, filium suum. Excitare hic non est e mortuis ad uitam reuocare, sed conspicuum facere, prophetia aliisque donis. Respiciuntur enim ea quae praecefferunt, προφήτην ὑμῶν ἀναστήσει. Sic et surgere tribuitur prophetis Deut. XIII, 1. XXXIV, 10. Sirac. XLVII, 1. Ἰμῶν, uestro commodo. Πρῶτον, inprimis. ἐυλογῶντα ὑμᾶς, ut uobis benefaciat, felices uos reddat. ἐν τῷ ἀποσρέφειν — ὑμῶν) Si quisque uestrum se auertat a malitia sua et uitam emendet. Potest etiam ἀποσρέφειν transitiue sumi, et ita coniungi cum antecedentibus, ut sensus sit: ut felices uos reddat, dum unumquemque uestrum abstrahit a sceleribus suis. Hoc fit per doctrinam Iesu Christi. Ergo uerba illa: ἀπέσειλεν αὐτὸν commode explicari possunt de doctrina Iesu Christi. Vobis Iudaeis primum misit doctrinam de Iesu.*

CAP. IV.

1. Ἐπέζησαν αὐτοῖς) *Superuenerunt ipsis, eo sensu quem apud Latinos habet, quo celeriter praeterque spem uenire denotat. Id enim eleganter Graecis ἐπιζηναί τιμι denotat. Nostri dicunt, einem unvermuthet ueber den Hals kommen. ὁ κρατηγός τῷ ἱερῷ) Praefectus templo. Erant κρατηγοὶ τῷ ἱερῷ praefecti excubiarum Leuiticarum, quorum erat munus cauere, ne quis tumultus in templo oriretur. Solebat nempe certus numerus Sacerdotum per singulas hebdomadas die noctuque excubias agere in templo, ut pararent ea, quae ad uictimas et ornatum templi paranda essent. His praeerat unus ex Sacerdotibus, qui ὁ κρατηγός τῷ ἱερῷ dicebatur, et cui id muneris incumbabat, ut ordini consuleret.*

2. διατονόμενοι) *aegre et grauitur ferentes.* καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν) Annunciare probatam exemplo Christi mortuorum resurrectionem. Ἐν τῷ Ἰησοῦ, *in persona, in exemplo Iesu.* Sadducaei igitur hoc tantum aegre ferebant, quod Apostoli profiterentur Iesum e mortuis reuixisse, quodque per hunc omnibus pollicerentur resurrectionem. Sacerdotes autem hoc male habuit, quod homines idiotae docerent populum in templo, in quo non oportebat loqui nisi Rabbinos, Pharisaeos ac Scribas. Resurrectionem mortuorum ipsi profitebantur; sed *Iesum Nazarenum* e mortuis reuixisse, id pernegabant.

3. εἰς τήρησιν) *In custodiam.* Thucydides VII. 86. ἀσφαλεσάτην τήρησιν. Schol. ἤγεν φυλακὴν.

4. πολλοὶ δὲ — πέντε) *Multi enim eorum, qui audierant doctrinam, susceperunt religionem christianam, et fuit numerus illorum hominum circiter quinque millium.* Δὲ pro γὰρ. Nam ratio redditur, cur tanto dolore affecti sint Sadducaei et Sacerdotes. Ὁ λόγος, *doctrina*, institutio Apostolorum. Πιστεύειν h. l. est *suscipere religionem christianam.* ὡσεὶ χιλιάδες πέντε) Vel uniuersorum, ut comprehendantur hoc numero etiam illa tria millia c. II. uel eorum, qui tunc audierant Petri concionem tantus numerus accessit ad priores. Quum autem uerisimile haud sit, 5000 homines simul Christo nomen dedisse, hoc potius dicit Lucas, numerum Christianorum tum accreuisse ad quinque hominum millia.

5. τῆς ἀρχοντίας) Ἄρχοντες, qui u. 8. disertius uocantur ἀρχοντες τῆ λαῶ, non alii sunt, quam *Synedrii Magni assessores,*

res, qui in hist. Maccab. Lib. I. c. 14. dicuntur ἄρχοντες τῆ Ἔθνης. Apud Iosephum XX, 1, 2. ἄρχοντες Ἱεροσολυμίτων. Hi autem ἄρχοντες α πρεσβυτέροις, qui ipsi quoque non exigua pars illius senatus erant, hic distinguuntur, quia illorum dignitas, auctoritasque haud dubie maior, quam πρεσβυτέρων erat. Ἐἰς Ἱερουσαλήμ, pro ἐν Ἱερ. ut codices nonnulli habent.

6. καὶ Ἄναν τὸν ἀρχιερέα, καὶ καϊάφαν) *Annas* fuit focer Caiphae, Io. XVIII, 13. Vocatur Pontifex M. sed ex Iosepho (Antiq. XVIII, 2, 2. et Lib. eod. 4, 3.) constat, *Caipham* tum temporis proprie fuisse summum Pontificem. *Annas* igitur, qui ipse hic ἀρχιερεὺς uocatur, fuisse uidetur Caiphae, Pontificis Maximi, uicarius. Neque quicquam dubitationis habet, quin Pontifex M. suum sibi interdum habuerit Vicarium, qui dicebatur כהן משנה ἀρχιερεὺς δ δεύτερος, quemadmodum ille כהן הראשון ἀρχιερεὺς δ πρῶτος. Vid. *Krebsii* obseruatt. ad h. l. Ἀλέξανδρον) *Alexandrum Lyfimachum*, fratrem Philonis Iudaei, cuius filius Alexander Tiberius duxit Berenicen, Agrippae maioris filiam (Ioseph. Ant. XIX, 5, 1.) intelligit *Mangaeus* in praefatione *Philoni* suo proposita. Memorat hos Lucas ad monendos lectores, quos aduersarios, (potentissimos nempe,) habuerint Apostoli.

7. καὶ σήσαντες — τὸτο ὑμεῖς;) *Et postquam eos in medio stare* (i. e. coram iudicio comparere) *iusserant, quaesuerunt: Quo iure aut cuius iussu fecistis uos illud?* ut nempe auderetis in templo docere. Ἐν πῶς δυνάμει; *quo iure?* Non uidetur quoad sensum differre ab eo quod sequitur: ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι) *Quo iubente, qua auctoritate?*

Non

Non enim licitum esse putabant publice docere in scio Synedrio.

9. ε. ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα) *Si hodie in nos inquiritur; si interrogamur.* Habet enim ἀνακρίνεσθαι significationem interrogandi et inquirendi, quum alibi apud auctores graecos, tum apud Platonem Lib. IX. de legibus, ubi ἀρχεσθαι ait, in iudicio, τῶν γεραίτατων ἀνακρίνεσθαι, ordiri maximum natu *inquisitionem*, quae ibidem ἀνάκρισις dicitur. ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενῆς) Pro εἰς ἀνθρώπου ἀσθενῆ. Est enim Genitiuus obiecti, non subiecti. Sic apud Philonem: ἐπὶ εὐεργεσίᾳ τῷ γένει ἡμῶν, *ad benefaciendum nostro generi.* Miratur Petrus, ob beneficia homines in carceres trahi, quum id ob malefacta tantum soleat ac debeat.

10. γινώσκον — ὑγιής) *Scitote uos omnes et uniuersus populus Israeliticus, per Iesum Nazarenum, quem uos in crucem egistis, et quem Deus e mortuis excitauit, per hunc, inquam, huic homini ualeitudinem esse restitutam.* Ex ultimis huius comm. uerbis patet, hominem sanatum simul in Synedrium ductum esse. Ceterum haec Petri uerba erant ut libera, ita plena grauitatis. Quid enim hoc erat aliud, quam summum senatum arguere summi parricidii? Παρέστηκεν, *adstat erectus*, ut infra u. 14.

11. ἕτερος ἐστίν) Vid. Matth. XXI, 42. et ibi notata.

12. καὶ ἐκ ἑστίν ἐν ἄλλῳ ἔδειξεν ἢ σωτηρία) *Et in alio nemine fita est salus; a nullo alio est expectanda salus.* Sic Iosephus *Ant.* L. III, c. I. Mosen pro subleuanda Israelitarum commeatus et aquae penuaria Deo ita supplicantem

fistit : ἐν αὐτῷ γὰρ εἶναι τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ καὶ ἔκ ἐν ἄλλῳ, *in illo enim* (Deo sc.) *fitam esse salutem eius populi et non in alio*. Quenam uero ea est σωτηρία, quam Petrus hic praedicat : Sequentia ostendunt non tantum de aegrotis corpore, eorumque sanatione sermonem esse. Significat potius ἡ σωτηρία, quamuis adiecto articulo, indeterminate, *quamlibet salutem*, quamlibet ex malis uel expertis uel formidatis liberationem, adeoque etiam liberationem a poenis peccatorum, et salutem aeternam. Idque h. l. probabile fit magis ex eo, quod *morbi* semper, id quod res est, pro *peccatorum poenis* habiti sint. Sensus igitur uerborum Petri est : *Christum unicum esse sospitatorem hominum; ab illo solo ut auctore hominibus obtingere liberationem ab omnibus uitae praesentis calamitatibus; inprimis uero in solo Iesu fitam esse salutem animarum*. ὄνομα) *Persona*, ut supra c. III, 16. ὑπὸ τῶν ἑραυδῶν) Eorum, qui in terris conspecti sunt; non patriarchae, non prophetae, non sacerdotis, non regis.

13. παβήσιαν) *Libertatem loquendi, confidentiam, constantiam*. Vid. Walchii diff. de παβήσια Apostolorum idiotarum. καταλαβόμενοι) *Scientes*. Verbum habet significationem comprehensionis, ut *Herodotus* ait se executurum nar-rando ea, quae alii ἔ κατελάβοντο, i. e. omiserunt. Quia autem, quae comprehensa tenemus, certa habemus, transfer-tur uerbum ad cognitionem et scientiam, et ea quae sunt comperta et explorata. ἀγράμματοι εἰσι καὶ ἰδιῶται) *Ho-mines imperiti litterarum et rerum*, i. e. indocti et priuati atque plebeii. Ἀγράμματος, qui γράμματα, litteras non didi-cit; indoctus. Est autem ἰδιώτης in mentione magistratuum, *priuatus*: in mentione artificiorum studiorumque, *imperitus*:

in mentione dignitatis et praestantiae, *humilis et inhonoratus*. Indocti et plebei homines, si ad iudicum subsellia protrahantur, sunt plerumque timidi, nullius animi atque consilii, ac saepe paene exanimati. Miratur igitur Synedrium mentis constantiam, fiduciam atque dicendi uim, qua legati diuini causam suam defendunt.

14. εἰδὲν εἶχον ἀντιπεῖν) *Nihil poterant respondere.* Nec refellere poterant quod factum erat, nec probare uolebant.

15. συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους) *Consultarunt inter sese, con-
tulerunt sententias;* subaudiri enim potest, βεβλῶς, aut βελεύ-
ματα, aut γνώμην. Sic Plutarchus in *conuiuio 7. sapient.*
*Itaque censeo debere uos denuo de reipublicae popularis
forma, γνώμην τινὰ συμβαλέσθαι, in commune consultare.*

17. διανεμηθῆ) *Disperetur,* fama scilicet facti illius.
Cod. Laud. et uersio Syra posterior in marg. addunt: τὰ
ῥήματα ταῦτα. ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ) *Mentione nominis
istius.* Ne quid uerborum postea facientes meminissent no-
minis istius, uel personae.

19. εἰ δίκαιον ἔστιν) *Vos statuite iudicio uestro, an iu-
stum sit coram Deo, uos potius audiri, quam Deum ipsum?*
Prouocant Apostoli simpliciter ad naturaliter omnibus infi-
tam cognitionem.

20. εἰ δυνάμεθα — λαλεῖν) *Verba: quae uidimus et
audiuimus,* non tantum ad reditum Christi in uitam, sed
etiam ad reliqua omnia, quae Apostoli per triennium Iesum
facere atque docere uiderant et audiuerant, referenda sunt.
Non possumus, inquit, tacere ea, quae uobis sunt cer-

tissima ex usu triennii, quod nos cum Iesu peregrimus.
Cf. 1 Io. I, 1.

21. διὰ τὸν λαόν) Subindicari uidetur metus iam orientis tumultus in populo.

22. ἐτῶν — ἰάσεως) Quum sic natus esset, et tot annis ostentasset mendicus suum malum, nemo calumniari poterat, uitium fuisse simulatum aut leue.

24. δέσποτα, σὺ δὲ Θεός) Est locutio hellenistica, per σὺ interpositum significans Vocatiuum. Sensus est: O tu Domine, opifex coeli, terrae et maris, et omnium quae in iis. Vniuersum hoc apud Hebraeos modo tribus nominibus, ut hic, modo duobus, ut coeli et terrae, exprimitur.

25. ὁ διὰ — ἐκῶν) Pí. II, 1. 2. Παῖδος σου, *serui, cultoris tui.* ἵνα τί ἐφράξαν ἔθνη) Verbum φράσσειν de equis proprie adhibetur, quum illi collo altius sublato, *hinniunt, fremunt et ferociunt.* Si uero ad homines uocabulum transfertur, optime uertas: *ferocire.* Notat enim 1) *inflatum esse, et altos sibi spiritus sumere.* 2) ob animi fastum, *uerbis uel factis insolenter agere.* Philo de *charitate* hominem superbum ita describit: *Incedit in summis pedum digitis, καὶ τὸν ἀυχίνα μετώρου ἐξάλρει φρυαττόμενος, et ceruicem in equi morem erigens ferocit.* καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενὰ;) *nationes meditantur inania?* capiunt inania rebellionis confilia? Aliis uerbis repetitur, quod in priori membro dictum erat. Ergo sensus huius uersiculi est: Quare nationes rebellant aduersus Deum? In quo fit haec rebellio, mox dicitur.

26. παρέστησαν — Χριστῷ αὐτῷ) *Consistunt reges terrae, et magistratus una conueniunt, aduersus Dominum (Iehouam) et Messiam eius, i. e. aduersus regem ab eo constitutum.* Παρέστησαν, *consistunt*, sc. deliberandi causa. Rebellio igitur in eo erat, quod reiicerent Regem a Deo ipso constitutum. Haec quae Dauides Ps. II. de suo tempore dicit, iam applicantur ad rem praesentem, u. 27. sqq. Sicuti olim rebellauerunt reges et magistratus aduersus Iehouam et reges a Deo constitutos: sic etiam nunc rebellant aduersus Messiam, maximum omnium Regem e familia Dauidica.

27. ἐπ' ἀληθείας) Addunt ἐν τῇ πβλει ταύτῃ codices haud pauci, Verff. et Patres. ὃν ἔχρισας) Quem tanta potestate ornaueras, sanandi morbos, expellendi daemones, mortuos resuscitandi. *Vngere* i. e. donis exornare, uel simpliciter, *muneri consecrare*, ut sensus sit: quem tu ipse Regem constituisti. *Conuenerunt autem*, i. e. communia consilia ceperunt aduersus Messiam, Herodes et Pontius Pilatus εὐν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραήλ, *cum paganis hominibus*, i. e. Romanis quos Pilatus secum habuit, *et populo Iudaico*, qui sub Herodis imperio erat. Non argutandum est in plurali numero λαοῖς. Vera lectio uidetur esse λαῶν, quam uersio antiqua latina exhibet. Error facile oriri potuit, quum praecedat εὐν ἔθνεσι.

28. ποιῆσαι — γενέσθαι) *Vt facerent, quae tua potentissima uoluntas decreuit, ut ita fierent.* Ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ, הַיָּד הַיְהוָה *potentia Dei. Potentia Dei et uoluntas*, i. e. potentissima uoluntas. Quod ad rem attinet, hoc dicitur: Interfecerunt quidem Iesum, Regem a Deo constitutum,

tutum, sed totum illud factum est uolente et moderante Deo. Cf. supra c. II, 23. Voluit quidem Deus permittere, ut Iesum morti traderent, sed uoluit etiam reddere irrita consilia eorum, quibus impedire uoluerunt, ne Iesus Rex agnosceretur, eiusque doctrina propagaretur.

29. 30. καὶ τὰ νῦν — παιδός σου Ἰησοῦ) *Et nunc, Deus, respice minas eorum, et concede ministris tuis, ut confidentissime tradant doctrinam tuam, eo ut illis adsis ad sanationem (aegrotorum) et ad miracula patranda per sanctum filium tuum Iesum.* Ἐπίδωκε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, respice minas eorum, ne id quod comminati sunt, exsequi possint. Precantur Apostoli Deum, ut ipsis concedere uelit μετὰ παύρησίας πάσης λαλεῖν τὸν λόγον, *confidentissime tradere doctrinam.* Ista παύρησία augebatur, quotiescunque Deus eos roborabat ad miracula patranda, quibus fidem faciebant se esse legatos diuinos. *Manum extendere*, i. e. potentia uti. Τὸ ὄνομα τῆ Ἰησοῦ, *persona Iesu*, i. e. Iesus ipse, qui hic et supra u. 27. uocatur ἄγιος, *uenerabilis*; nam hanc significationem habet ὤσις quum de Deo usurpatur. Fatentur Apostoli, se non sua ui, sed ui a Iesu concessa miracula patrare.

31. καὶ δευθέντων — συνηγμένοι) *Quum finiissent preces, commotus (tremefactus) est locus, ubi congregati erant.* Nempe tanquam fuisset terrae motus. Fuit hoc signum praesentiae diuinae, et significatio diuinae beneuolentiae ac singularis prouidentiae quam experturi essent. Cf. supra c. II, 2. καὶ ἐπλήσθησαν — ἀγίης) i. e. *magna et plane diuina fiducia repleti sunt.* De inspiratione proprie sic dicta h. l. non potest esse sermo; quomodo enim tremor terrae

terrae novas rerum ideas in animis Apostolorum producere potuisset? Ergo *repleri Spiritu sancto* h. l. est potius animi robore plane diuino roborari. Vid. Schol. ad Matth. III, 16. Fauet huic significationi contextus. Sequitur enim: *καὶ ἐλάλην — παρρησίας, tradiderunt doctrinam Dei cum animi fiducia et robore.* Haec animi fiducia inde erat, quod ex illo aedium tremore praesentiam et auxilium Dei experti fuerant.

32. ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία) Significatur intimus inter fideles animorum consensus et amicitia. Sic enim de Aristotele haec narrat *Diogenes Laërtius* L. V, c. 1. §. 11. ἐρωτηθεὶς τί ἐστὶ φίλος; ἔφη μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικῆσα.

33. χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτούς) *In gratia erant magna apud cunctos.*

34. κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν) *Qui possidebant fundos aut domos, uel, in quorum facultatibus erant fundi et domus.* τῶν πικρασκομένων) Nempe agrorum et domuum, ut praecedentia ostendunt.

35. καὶ ἐτίθειν παρὰ τὰς πόδας τῶν ἀποστόλων) Quod signum erat pecunias illas subiicientium Apostolorum arbitrio. Sic *Heliodorus* IV. πάντα τὰ ἑαυτῷ τιθέναι παρὰ τὰς πόδας τῷ βασιλέως. *Cic. Orat. pro Flacco, c. 28. ante pedes Praetoris in foro expensum est auri pondo centum.* Non omnia uendiderunt et contulerunt omnes, sed partem bonorum, qua sine magno incommodo carere peterant. Libertati cuiusque relictum erat, an aliquid contribuere uellet, nec ne. Quum autem inter Christianos Hierosolymitanos multi essent egeni,

egeni, et omnes Christi cultores popularibus tanquam Apostatae essent inuisi, sine diuitum liberalitate in maximum discrimen uenturae fuissent res Christianorum. Nec poterant melius existimationem suam tueri, quam singulari beneficentia, quae semper laudatur. Quumque praeuiderent, uexationes, exilia et mortem ipsis imminere, aut se in regiones peregrinas ad praedicandum Euangelium mittendos esse; denique bellum instare, quo praedia et domus essent uastandae, nihil consultius erat, quam in tempore ea, quae inutiliter alias peritura erant, uendere, atque ita amicos sibi parare, istisque uinculis sese expedire.

26. βαρνάβας — υἱὸς παρακλήσεως) בר נבִיאָה Graeco sermone contracte βαρνάβας, *filius prophetae, propheta*; nam Hellenistis mos, prophetiam uocare παράκλησιν. Apostoli ei hoc nomen dederant in omen doni prophetici. Vel etiam: *filius doctrinae*, i. e. docendo idoneus; *interpret uerbi diuini, doξων*. Nam παράκλησις saepe est *admonitio, doctrina*. λευίτης) Ex tribu seu familia Leuitica. κύριος τῶ γένει) Ortus parentibus, qui in Cypro habitauerant.

37. τὸ χρῆμα) i. e. τὴν τιμὴν, ut modo est locutus, rem partam ex agri uenditione, pretium agri. De pecunia quidem Graecis usitatum est uti plurali numero, χρήματα. Licuisse Leuitis agros emere in Iudaea, exemplo patet Prophetiae Ieremiae, qui et ipse ex tribu Leui fuit. Vid. Ierem. XXXII, 7.

CAPUT V.

1. Κτήμα) Κτήμα dicitur, quod in bonis est, i. e. partum seu quaesitum. Sed fuisse istum *fundum*, mox nomine χωρῆς indicatur.

2. καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς;) Verbum νοσφίσεσθαι proprie est *separare*, improprie, ut hoc loco est *interuertere*, et ita praecipue adhibetur de iis, qui de pecunia publica, communi plurium usui destinata, aliquid subripiunt, et sibi uindicant. Sic apud *Plutarch.* in *Lucullo*, Lucullus ex praeda πολλὰ νοσφισμένους, multa *interuertisse* dicitur. Παρὰ — ἔθηκεν) *Apostolis tradidit*, quasi hoc totum esset pretium uenditi agri. Qui omnia bona sua uendiderant, et pretia communitati Christianorum tradiderant, ii, ut par est credere, e publico aerario erant alendi. Magnam itaque fraudem admisit Ananias diminuta pretii numerati summa, qua indigentibus Christianorum consulendum erat; nec si plures hoc exemplum secuti fuissent, res Christianorum diu consistere potuissent.

3. διατί — τὸ καρτε;) *Quare Satanans animum tuum repleuit, ut fallere uelles mendacio Spiritum sanctum, et detrabere aliquid de pretio agri?* Quod Satanans repleuisse animum Ananiae dicitur, id proprie sumi non potest. Quomodo enim fieri possit, ut Spiritus qua substantiam suam in hominis animo aut corde sit, non apparet. Explicant igitur alii sic, ut dicant, Satanam excitasse in Anania eiusque uxore propositum fallendi; alii uolunt Satanam eos in proposito confirmasse. Sed u. 4. dicitur, ipsum Ananiam sibi hoc apud animum suum proposuisse. Videtur igitur describi tantum consilium Satanicum, ut sensus sit: Cur plenus est animus tuus Satánico isto sensu? Nempe tam foeda est cogitatio fallere uelle Deum, ut ab homine uix expectari posse uideatur. ψεύδεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, fraude fallere Spiritum sanctum.

Non

Non differt phrasis u. 4. ψεύδεσθαι τῷ θεῷ, nisi quod uerbum ψεύδεσθαι u. 3. ex usu graecae linguae cum Accusatiuo, commate 4 autem ex usu hebraizantis sermonis cum Datiuo construitur, ut Pf. LXXVIII, 36. Infra u. 9. eadem haec res exprimitur phrasi πειράζειν τὸ πνεῦμα κυρίου. *Tentare* dicitur homo *Deum*, quando sic agit, ut uideatur dubitare de omnipotentia, ueracitate, aut alio attributo Dei. Quum autem h. l. sermo sit de fraude, quam latere uoluerunt Ananias et uxor, *tentare Deum* h. l. erit, sic agere, quasi Deus non esset omnipotens et omniscius, quasi non posset detegere et punire hanc fraudem. Phrasis igitur ψεύδεσθαι τὸ πνεῦμα ἁγίου eundem habet sensum. Quoniam uero τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον u. 3. et ὁ Θεός u. 4. inuicem permutantur, *Spiritum sanctum fallere* idem est ac fallere Deum, qua est omnipotens et omniscius. Verba actiua saepe indicare *conatum*, adeoque de uoluntate et consilio fallendi h. l. sermonem esse, uix est cur moneamus. Iam uero non potuit Ananiae et uxori in mentem uenire fraude fallere ipsum Deum, noluerunt potius fallere Apostolos. Ergo per se intelligitur, Petrum hoc uoluisse: incidisti in Satanicam illam cogitationem, ut fraude fallere uelles nos Apostolos, Spiritu sancto repletos. Voluisti experiri, oan Deo omniscio et omnipotente reuelante fraudem detegere et punire ualeamus. Cf. u. 4.

4. ἔχει μόνον, σοὶ ἔμενε) Vel ἔμενε, si retinuisses, possessio tua fuisset. Licebat tibi per nos non uendere praedium et eius proprietatem retinere. Tum uero e publico communitatis christianae aerario nihil accepisset, quia ex propriis uitam potuisset sustentare.

καὶ παραθεὶν ἐν τῇ σῆ
ἐξουσία

ἐξουσία ὑπῆρχε;) Nempe ἡ τιμὴ. Etiam postquam uendideras fundum, pretium totum retinere tibi licebat, ac de eo nihil uouere. τί ἔτι — τῆτο;) *Quid est, quod reposuisti in corde tuo?* Quid causae fuit, cur hoc in animum tuum induceres? Indicatur consulta et deliberata fraus. ἐκ ἐφέσω — τῷ θεῷ) *Non tam homines, quam potius ipsum Deum fallere conatus es.* Putabas nos Apostolos facile falli posse tua fraude; sed cogitare debebas, nos frui auxilio Dei omniscii et omnipotentis, cuius Spiritu afflati detegere possumus ea, quae alios latent.

5. ἐξέψυξε) ἀπέψυξε, *animam exhalauit; subito expirauit*, uel obiurgatione tam seuera percussus, uel alio casu, Deo ita dirigente, extinctus. Magnum fuisse hoc crimen, ab Anania et Sapphira commissum, patet ex iis, quae ad comm. 2. monuimus. Peccarunt autem eo grauius, quod id fecerunt scientes ac uolentes, re deliberata, nullo periculo aut metu urgente. Iusta ergo et opportuna et necessaria erat eorum poena ne fraus suis autoribus esset utilis, et ut omnes intelligerent, hanc nouam societatem esse bonorum honestorumque hominum coetum. Alia, et multo grauior causa poenae erat, ut insigni hoc exemplo auctoritas Apostolorum confirmaretur. Quodsi enim fraus ista successisset Ananiae eiusque uxori, et fama huius rei sparsa esset, haud dubie orta esset suspicio, mentiri Apostolos, dum dicebant, se frui auxilio Dei, et afflari Spiritu sancto; qua re imminuta fuisset eorum auctoritas. Ceterum uolunt nonnulli, in eo quod hic narratur, esse exemplum eius promissionis, quam dederat Iesus Apostolis Io. XX, 23. Nimirum phrasin κρατεῖν τὰς ἀμαρτίας explicant: miraculosis modis

modis infligere poenas peccantibus. Hoc fecit Petrus, denunciando hominibus illis subitam mortem. Eo enim, quod euenit id quod praedixerat, demonstratum est, esse in eo τὸ πνεῦμα ἅγιον.

6. δι' νεώτεροι) *Iuuenes*, e coetu Christianorum, tum congregatorum. συνέσειλαν ἑαυτῶν) *Sepulturae praepararunt eum*, ut apud Iosephum Ant. XVII, 3, 3. θανάτῳ δὲ περισειλάσας, ἐπὶ Ἱεροσολύμων ἀγόμενος, ταφῆς ἡξίε, *mortuum quum sepulturae praeparatum Hierosolymas deportasset, sepultura dignatus est* Συσελλεῖν et περισελλεῖν, (nam utrumque promiscue uiurpatur) Graecis adhibentur ad denotandam omnem curam, quam pollinctores cadaueribus adhibent, ut, membra collocare, unguere, componere faciem, fasciis inuoluere, uestes induere, de qua re uid. *Cuper.* in obseruat. Lib. II. c. 9. Ἰθαψαν) Notum est, Iudaeis hodie in more esse positum, mortuos aut eodem die quo mortui sunt, aut quamprimum id fieri possit, terrae mandare. Id iam olim factum esse uidetur, fortassis ob Deut. XX, 23. ubi *pernoctationem* cadaueris in terra lex uetat. Si funera interdum aliquot demum post mortem diebus efferebantur, factum est id propter exsequiarum apparatus, quem Ananiae funus minime suadere uidebatur.

8. δι' τούτου) Tantine fundum uendidistis, commemorata scilicet pecuniae summa, quam uir ipsius attulisset.

9. τί (sc. γέγονεν) ὅτι) *Cur?* συνεφωνήθη ὑμῖν) In hoc conspirastis. δι' ἰδέας τῶν θαλάσσιων τῶν ἀνδράσας) *Ii qui sepelierunt maritum tuum.* Est mos Hebraeorum, quem et Scriptores N. T. secuti sunt, homines exprimere per partes corporis, quarum qualiscunque coniunctio sit cum ea re, quae

quae iis tribuitur, idque quum faciunt, totam personam continentur, non cogitantes de istis partibus. Vid. *Ernesti* Prolus. de uestigiis linguae ebraeae in lingua graeca.

12. διὰ δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων) 7'3 i. e. per Apostolos; Hebraismus frequens. De porticu Salomonis, cuius nunc fit mentio, uide annot. ad Io. X, 23. Sequentia uerba: καὶ ἦσαν — γυναικῶν parenthesi sunt includenda. Cohaeret enim hic uersus cum u. 15.

13. τῶν δὲ λοιπῶν — ὁ λαός) *Reliquorum quidem numero audebat eos affectari; sed populus eos magnificiebat.* Ὁ λοιπὸς opponuntur τῷ λαῷ, populo, plebi. Reliqui igitur uidentur esse proceres, uel etiam diuites moribus et ingenio similes Ananiae, ut Lucas dicat, neminem porro ausum esse lucri causa sese adiungere Christianis. Κολλᾶσθαι τινί, usu hebraico est *adhaerere alicui, affectari aliquem.*

14. μᾶλλον δὲ προστιθέντο) Multo etiam magis quam ante. Respicitur enim hic id, quod dictum est supra IV, 4.

15. ὡς — τινὶ αὐτῶν) *Vt adeo in plateas efferrent aegrotos, eosque ponerent in lectis et grabbatis, ut ueniente Petro saltem umbra eius unum et alterum eorum obumbraret.* Connectenda haec sunt cum λαῶ πολλὰ, comm. 12. Quod de umbra Petri dicitur, id non accipiendum est sic, quasi umbra Petri reuera habuerit uim salutiferam ad sanandos aegrotos. Petrus enim et reliqui Apostoli non sua uia sed potentia et facultate a Iesu sibi concessa se miracula patrare fassi sunt. Referenda igitur sunt haec ad meram hominum opinionem et superstitionem, nec ab Apostolis

nec a Luca probatam. Simile exemplum uid. Matth. IX, 20. 21.

17. ἀναστὰς — ἕλης) *Iam uero Pontifex Maximus, et quicumque cum illo erant, coeperunt uehementer indignari.* Ὁι σὺν αὐτῷ, (qui cum eo (Pontifice Maximo) erant,) non sunt afflores Synedrii, a quibus u. 21. clare distinguuntur, sed ii, qui in domum eius conuenerant eius salutandi caussa. Ἀναστὰς, hebraico more redundat, et omittendum est in uersione. Sensus est: Tum coepit Pontifex M. cum omni comitatu suo uehementer indignari.

18. καὶ ἔθετο — δημοσίᾳ) *Eosque in custodiam dederunt publice, i. e. publico iussu.*

20. πορεύεσθε — ζωῆς ταύτης) *Itote in templum et docete populum omnem doctrinam felicitatis huius, quam sc. ab ipso Christo iussi estis docere. Τὰ βήματα, doctrinae. Ζωὴ felicitas. Doctrinae felicitatis sunt doctrinae quibus monstratur uia ad ueram felicitatem.*

21. τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ) *Synedrium et totum Senatum Israëliticum.* Nam γερουσία significat *senatum* uel consilium, cui intererant quicumque aetate et prudentia ad iudicandum idonei uiderentur, nec sacerdotum, nec Leuitarum classi adscripti essent, uerbo presbyteri, ut monet Seldenus Vx. Hebr. I, 15. Sic Philo de Spec. Legg. ר'ע'ה נ'קי Deut. XXII, 15. explicat ἡ γερουσία πᾶσα. Supra c. IV, 8. πρεσβύτεροι τῷ Ἰσραὴλ.

24. ὡς δὲ — γένοιτο τῆτο;) Ὁ ἱερεὺς, *Pontifex Maximus*, qui h. l. κατ' ἐξοχὴν dicitur ὁ ἱερεὺς. Hoc quidem est ualde

ualde rarum; reperitur tamen sic I Maccab. XV, 1. 2. Ioseph. Ant. VI, 12. 1. Διπτόρευ — γένοιτο τῆτο; *dubitabant de iis (Apostolis) quidnam tandem hoc futurum esset?*

28. ἢ παραγγελία — ἀνθρώπου τῆτου) *Nonne seuerè iussimus uos, ne doceretis de persona hac? Ecce uero, repleuistis Hierosolyma doctrina uestra, et uultis nos onerare crimine interfecti hominis istius.* Ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆτου, *de persona hac, i. e. doctrinam de Iesu.* Vid. supra c. IV, 17. Βλέσθε — τῆτου,) *uultis inducere in nos sanguinem huius hominis, qui a nobis interfectus est. Sanguinem, caedem in aliquem inducere per notum Hebraismum est, poenam caedis factae alicui contrahere.* Quaerunt igitur Pontifex Maximus et assessores: *Vultisne nobis contrahere poenam interfecti huius hominis?* Hoc non intelligunt de poena a Deo infligenda; nam innocentem a se interfectum esse, non credebant; sed hoc dicunt: *Vultisne occasione hominis huius interemti turbas dare in populo, facere ut fiant hominum concursus, et res uergat in rebellionem, adeoque nos exponere furori plebis? Metuebant igitur, ne plebs concitata aduersus eos rebellaret, tanquam auctores caedis in Iesu perpetratae.*

30. ἢ θεός τῶν πατέρων ἡμῶν) *Prouide hoc addidit, ne quis alium Deum ab Iesu praedicatum crederet, quam eum, quem coluerant Patriarchae.* Ἔν ὑμεῖς διαχειρίσασθε) *Verbum διαχειρίσασθαι generatim notat, occidere, interimere, quocumque mortis genere, siue sua manu, siue alterius, et praesertim de iis ahibetur, qui necem aliorum uel iubent, uel promouent.*

De Herode, qui Hyrcanum *interfici iubebat*, Iosephus *Ant.* XV, 9. scribit, διεχειρίσατο τὸν ἄνδρα.

31. τῆτον — ἀμαρτιῶν) *Hunc Deus ut Dominum et auctorem salutis ad dextram suam exaltauit, ut Israelitico populo uiam emendationis monstraret et peccatorum ueniam* (largiretur.) Ἀρχηγός, *dux*, hinc Dominus, imperans. *Dare emendationem*, uiam emendationis monstrare. Cf. supra c. III, 26. Dum Israelitae agnoscunt, Iesum esse Dominum, abstrahuntur a sceleribus et contemptu Messiae.

32. καὶ ἡμεῖς — περὶ ἀρχῆσιν αὐτῶ) *Nos autem sumus harum rerum testes, adiuuante nos Spiritu sancto, quem dedit Deus his, qui ipsi obedierunt.* τὰ ρήματα ταῦτα, refer ad res illas in facto positas, quarum testes erant, ueluti Iesum resurrexisse ex mortuis, et ad doctrinas, quas proponebant, u. 31. Nam ρήματα, סִבְרִי, sunt res gestae, et doctrinae. Nos, Petrus inquit, sumus testes, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, i. e. iuuante Spiritu sancto. Id, quomodo fit intelligendum, apparet ex Io. XV, 26. 27. Τοῖς περὶ ἀρχῆσιν αὐτῶ, i. e. nobis, Apostolis.

33. διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν i. e. ἐθυμῶντο. *Proprie: diffindebantur, ringebantur.* Significatur animi irati acerba perturbatio, translatione ducta ab iis, quae serra cum stridore scinduntur. *Sie haetten vor Zorn zerbersten moegen.*

34. Γαμαλιήλ) Dubitatur quis fuerit hic Gamaliel? an filius Simeonis, nepos Hillelis? ante forte Gamaliel senior, cui successit filius Rabban Simeon, in cuius diebus destructa fuit aedes. Iuch. 164. I. ἐκέλευσεν — κοιῆσαι) *Iussit Apostolos secedere.* Est locutio elliptica, τῶ

ἑαυτῶς

ἐαυτὸς supplenda, ut apud Iosephum Ant. X, 6, 2. δι-
 ἡγεμόνες — κελεύουσιν αὐτὸν τε καὶ τὸν γραμματεῖα Βάρρυον
 ἐκποδῶν ἐαυτὸς ποιῆσαι — e medio secedere. Nec La-
 tini ab hoc loquendi more abhorrent. Terentius: *Huc
 te fac'* i. e. accede, exponente Donato. Apuleius: *Intra
 limen se facit.*

36. πρὸ τῶν τῶν ἡμερῶν) *Non ita pridem.* Opponitur
 infra XV, 7. ἀπ' ἀρχαίων ἡμερῶν. ἀνέστη) Vt et paullo
 post ἀνέστη Ἰούδας et c. VII, 17. ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος, in
 quibus locis ἀναστῆναι significat *exoriri, existere*, ut apud
 Hebraeos 𐤀𐤓𐤐. Θεοῦδᾶς) Quam ille Theudas, de quo
 Iosephus Ant. XX, 5, 1. exponit, quatuordecim uel quin-
 decim annis post hanc Gamalielis orationem turbas in Iu-
 daea excitauerit, ob quas Cuspis Fado, Procuratori, iustas
 poenas dedit; facile intelligitur, non potuisse hic Gamalie-
 lem ad istum homuncionem respicere. Duo igitur Theudae
 fuisse uidentur, unus, Iosepho commemoratus, recentior;
 alter, cuius Gamaliel mentionem facit, antiquior. Quam
 frequens esset nomen *Theudae* apud Hebraeos, non est mi-
 rum, diuersis temporibus plures extitisse factiosos homines
 eiusdem nominis. Hunc Theudam, quo Gamaliel utitur,
 simile uero est uixisse circa tempora nati Christi, ultimos-
 que adeo Herodis M. annos, ut notat Casaubonus Exer-
 citatt. II. n. 57. Cf. Krebs. et Wetst. ad h. l. λέγων
 εἶναι τινα ἐαυτὸν) *Se esse aliquem, i. e. se eximium aliquid
 esse atque singulare.* Similiter Plutarchus *Apophth. lacon.*
 coniungit inter se, δοκῶντας εἶναι τινὰς καὶ μεγαλοφρονῶντας,
aliquid se esse putantes atque superbientes. Igitur hic
 Theudas *multa iactabat de se*, nempe se esse Messiam, se
 uelle

uelle liberare Iudaeos iugo imperii Romani, et missum se esse a Deo in hunc finem; si modo se sequerentur et arma caperent, rem habituram esse prosperum euentum. Haec omnium Pseudo-Messiarum uox fuit. διελύθησαν, dispersi ac dissoluti sunt, Ductore e medio sublato. ἐγένοντο εἰς ἑδὲν) Opposita est haec Phrasis τῷ λέγειν εἶναι τινα, et significat, si de hominibus usurpatur, *peffumdari, dignitate et honore, aut opibus exutum in miserum redigi statum.* Plutarchus de *sera Num. uind. Cleonaei, quibus eadem medela non obtigit, εἰς τὸ μηδὲν ἦκονσι, peffum eunt.*

37. Ἰούδας ὁ γαλιλαῖος) Qui Iudas hic uocatur Γαλιλαῖος, is Iosepho Ant. XVIII, I, I. dicitur Ἰούδας Γαυλανίτης ἀνὴρ, ἐκ πόλεως ὀνομα Γάμαλα: *Iudas Gaulanites, ortus ex oppido Gamalis.* Sed idem Iosephus hunc ipsum Iudam non uno loco Γαλιλαῖον appellat, e. g. Ant. XVIII, I. 6. XX, 5, 2. et de B. I. II, 9. I. Non igitur dubium est, quin Iudas hic duplex habuerit cognomen, ab urbe natali alterum, a loco educationis aut habitationis alterum, quemadmodum ille Apollonius, Argonauticon Scriptor, qui patria *Aegyptius* erat, a loco habitationis *Rhodus* dicitur. ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς) Hanc descriptionem facultatum in populo Iudaico de illa accipiendam esse, quae Archelao Viennam relegato, illiusque ditione in prouinciae Romanae formam reducta, a Quirinio peracta fuerit, grauiissima nos Iosephi auctoritas docet, Ant. XVIII, I, I. ubi diserta mentio iniicitur huius Iudae, concitatoris turbarum et rebellionis obcentum a Quirinio agendum. Nam Sadduco, Phariseo sibi adiuncto, populum ad defectionem concitabat, dicens censum illum nihil minus secum afferre, quam manifestam feruitutem

tutem. Itaque totam gentem ad libertatem uindicandam cohortabatur.

38. ἀπόσῃτε) *Abstifite*, quasi dicat, manus ab istis abstinete. καταλυθήσεται, *sua sponte corruet.*

39. μήποτε καὶ θεομάχοι εὐρεθῆτε) Elliptice. *Ne si facere hoc conemini, inueniamini ii, qui cum Deo bellum gerant.* Ita *Camerarius*. *Pricaeus* apparens ἀνακόμεθον ita tollit, ut dicat, hoc membrum κατὰ σύνταξιν iungendum non continuo praecedentibus, sed uerbis καὶ ἔασατε αὐτούς, paullo altius occurrentibus. ἐπέσθισαν δὲ αὐτῶ) Nempe ne Apostolos occiderent, non autem, ut intactos dimitterent, quod tamen aequum fuerat, et congruens iis, quae dixerat Gamaliel.

42. πᾶσαν τε ἡμέραν) i. e. κατὰ πᾶσαν ἡμέραν. Nullo die intermittebant doctrinam et praeconium Euangelii Iesu Christi publice in templo, et priuatim intra domos.

CAPUT VI.

I. Τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τὰς Ἑβραίας) Ἑλληνισταί, Graecientes sunt, qui religione quidem Iudaei, sed inter Graecos educati, et linguae et dogmatum peritiam erant consecuti, ut patet ex locis a Wetstenio allatis. Iudaei sic distinguebantur: *Iudaei Palaestini*, qui hic Hebraei uocantur, et διασπορὰ Ἑλλήνων, qui hic Hellenistae siue Graecientes. Iam uero inter Iudaeos in Palaestina uiuentes, et Hellenistas Iudaeos extra Palaestinam uiuentes magnum fuit odium, tum propter diuersitatem sermonis, quoniam hi lingua graeca, non sancta (ut illi opinati sunt) utebantur, et uersionem illam Alexan-

drinam adeo in Synagogis suis praelegebant, tum etiam, quia extra sanctam terram, inter paganos homines, ergo inter impuros uinebant, et quodammodo Graecorum mores imitabantur. His igitur de caussis Iudaei in Palaestina uiuentes meliores se putabant Hellenistis, qui non adeo tenaciter legis Mosaicae institutioni inhaerere uidebantur. Hinc multae inter Iudaeos Palaestinos et Hellenistas, etiam Christianos factos diffensiones. Multos Hellenistas additos fuisse coetui Christianorum, intelligimus ex Act. II, 9. sqq. *ὅτι παραθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ διὰ χῆρας αὐτῶν*) *Quod in distributione quotidiana rerum necessariorum negligentius haberetur ratio uiduarum suarum.* Nam διακονία nihil aliud est, quam *cura eleemosynarum et colligendarum et distribuendarum*, qua notione saepe haec uox in Epistolis Pauli; παραθεωρεῖν autem est, *negligere, spernere, rationem alicuius non habere.* Id accidebat, quia non certis hominibus, sed modo his, modo illis Apostoli ad hanc rem utebantur, et quidem Iudaeis in Iudaea natis; id correctum instituto Diaconorum collegio et allectis etiam Hellenistis.

2. ἐκ ἀρεσίου ἑσιν) *Non placet, non est probandum.* καταλέφαντας) *Minus curantes*, quam fieret, si eo onere leuaremur. Quia quod aliis negotiis datur, id decedit praedicationi. διακονεῖν τραπέζαις) *Inseruire pecuniae et colligendae et in pauperes distribuendae.* Nam uoce διακονεῖν nihil aliud indicatur, quam illa διακονία καθημερινή, de qua u. I. Τράπεζα autem h. l. κατ' ἐξοχὴν est *mensa pecuniaria*, Wechselbank. *Seruire mensis* est impendere curam rei pecuniariae, et h. l. nominatim operam dare fisco et distribu-

buen-

buendis pecuniis. Hoc sensu haec vox occurrit apud Iosephum, in Edicto Ptolomaei de Iudaeis manumittendis, Ant. XII, 2. 3. ubi ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης κομιζόμενοι τὰ αὐτὰ sunt *de pecunia regia pretium redemptionis accipientes*. Paulo post βασιλικὴ κτῆσις, *facultates regis* dicuntur, et ibidem βασιτικοὶ τραπέζιται, *qui pecuniam regiam curant, aliisque soluunt et distribuunt*.

3. ἐπισκέψασθε — μαρτυρούμενος) i. e. καλὴν μαρτυρίαν ἔχοντας I Tim. III, 7. *Honestae et inculpatae uitae. πλήρεις πνεύματος ἁγίου, καὶ σοφίας) Plenos Spiritu sancto et sapientia, i. e. donis eximiis et sapientia praeditis. Πνεῦμα ἅγιον* h. l. uidetur indicare feruorem pro religione, et in rebus gerendis ardorem. Vid. infra u. 8. Σοφία autem, qua saepe intelligitur religionis scientia h. l. uidetur esse *prudentia*, nominatim prudentia administrandi illius muneris, et ueluti peritos rei nummariae. Ἔς καταστήσωμεν — τούτης) *quos huic muneri praeficiemus, uel huic curae*. Sic apud Ioseph. de B. I. II, 20, 3. τὸν γὰρ τῷ Σίμωνος υἱὸν Ἐλεάζαρον — ἔκ ἐπέστησαν ταῖς χρεῖαις, *non praefecerunt muneribus*. Imitati sunt in hoc Apostoli Synagogam. Nam apud Iudaeos erant collectores cistae, ut quaestores aerarii, qui semel in septimana pridie Sabbati pecuniam distribuabant; et collectores catini, ministrantes mensis quotidie, et peregrinorum praecipue curam suscipientes. *Pea Hieros. f. 21. 1.*

4. ἡμεῖς δὲ — προσκαρτερήσωμεν) *Nos uero precibus et ministerio docendi assiduam operam dabimus*. Assidui erimus, tum in praeuendo plebi in precibus ad Deum, tum in plebe instituenda: quod sic tamen intelligendum est, ut inspe-

etionem in Diaconos Apostoli a se non abdicauerint. Nec ministerium illud ut humile quid aut molestum refugiebant, sed his, ut magis necessariis officiis attentius incumbere uolebant.

5. Φίλιππον — νικόλαον) Nomina haec omnia sunt Graeca, quod non mirum in Alexandrinis. Sed inde non sequitur omnes hos diaconos fuisse ex Hellenistis. Nomina Iudaeorum Hebraea Lucas forsan graece extulit. Nicolaus non fuit Iudaeus natus, sed ad sacra eorum accessit. Genere fuit Antiochenus, ut statim additur. Videtur tamen maior pars fuisse ex Hellenistis. Quoniam enim tota rixa inde orta erat, quod uiduae Hellenisticae negligerentur, ideo maxime Hellenistae praeficiendi erant huic muneri.

6. Ἐς ἕστησαν — χεῖρας) *Hos exhibuerunt Apostolis, qui precibus factis manus illis imposuerunt.* Exhibuerunt electos Apostolis approbandos. Electis Apostoli imponebant manus, ut ueluti digitis monstrarent, hos esse illos, quibus bona a Deo expeterent. Hinc fluxit ille ritus, quem Graeci χειροτονίαν, Latini ordinationem uocarunt. Quod enim hic fecere Apostoli, idem episcopi postea, tum in Presbyteris, tum in Diaconis ordinandis.

7. καὶ ὁ λόγος — τῇ πίσει) *Sic doctrina diuina incrementa cepit, et numerus discipulorum Hierosolymis ualde auctus est; etiam magna multitudo sacerdotum suscepit religionem. Obedire fidei, suscipere religionem christianam.* Nam ἡ πίστις saepe est religio christiana. Nunc, quoniam is, qui suscipit religionem, obedit Deo, uolenti ut illa doctrina suscipiatur, hinc orta est haec phrasis ὑπακούειν τῇ πίστει. Cf.

Rom.

Rom. I, 5. πολὺς τε ὄχλος τῶν ἱερέων, i. e. multi ex familia et comitatu sacerdotum. ὄχλος nihil nonnunquam praeter eos, qui in numero, aut turba, designat, ut apud Valerium Fl. I. 101. *Bellis spectataque fama TURBA DUCUM.* Haud parum profuit rebus Christianorum, quod sacerdotes iam iis se adiunxerunt.

8. Στέφανος — λαῶ) *Stephanus autem plenus fide et ui, miracula insignia edebat in populo.* Pro πίστεως legendum esse uidetur χάριτος, ob Codices, Versiones et loca Patrum. Χάρις autem idem uidetur esse quod χάρισμα, refertur enim ad uim patranda miracula. Sic etiam δύναις h. l. significat *uires diuinitus concessas ad res mirandas efficiendas*, ut Matth. XIV, 2. et aliis locis.

9. ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης λιβερτιῶν) Multas Hierosolymis fuisse Synagogas, non est dubium. Sed omnem fere fidem exsuperare nonnullis uidentur, quae de 480. uel secundum alios 460. aut 394. synagogis Hierosolymitanis Iudaei narrant. Schola libertinorum fuit ea, quae Hierosolymis exstructa fuit sumtibus libertinorum Romanorum. Romae enim permultos fuisse Iudaeos constat. Qui hic uocantur libertini, erant ex Iudaeis captiuis, primo quidem seruituti addictis, deinde libertate donatis. Chryso-stomus τῆς Ῥωμαίων ἀπελευθέρως ἔτω καλεῖσθαι ait. Philo Legat. ad Caium refert, *plures ex Iudaeis fuisse Ῥωμαίους ἀπελευθερωθέντας, Romanos libertatem adeptos*, et addit: Ἀρχαίλωτοι γὰρ ἀχθέντες εἰς Ἰταλίαν, ὑπὸ τῶν κτησαμένων ἠλευθερώθησαν ἐδὲν τῶν πατρίων παραχαράξαι βιασθέντες, *nam belli iure in potestatem uedacti, ab heris suis manumissi fuerant, nec quicquam patriorum rituum mutare coacti.* Horum sumtu
structa

structa Hierosolymis haec synagoga, et positi in ea magistri eruditi, quibus utebantur, qui Roma et ex Italia aliisque prouinciis Hierosolyta studiorum cauſa uenerant. καὶ κυρηναίων) Κυρηναῖοι hic sunt *Iudaei, urbes prouinciae Cyrenicae incolentes*. Auctor est Iosephus, Iudaeos in omnibus Cyrenicae urbibus habitasse, et eodem, quo inquilini ciuitatis iure fuisse usos. Locus est XIV, 7, 2. Cum reliquis autem inquilinis ibidem Iudaeos habuisse *ισουομίαν*, s. *idem ius ciuitatis*, idem testatur. XVI, 6, 1. καὶ Ἀλεξανδρέων) Ἀλεξανδρεῖς sunt Iudaei *Alexandrinam inhabitantes*. Ioseph. XIX, 5, 2. Ingens autem multitudo Alexandriae confederat, auctore Philone in Flacc. decies centena millia; adeo, ut ex quinque illis regionibus, in quas ea urbs descripta erat, duas tenerent, et sparsim per reliquas sua sibi domicilia haberent. Quid? quod iis ius ciuitatis pari cum Macedonibus conditione datum erat, auctore Iosepho, XII, 1, 1. et XIX, 5, 2. *Hieros. Megilla*, f. 73 4. Historia narratur de Eliezere, filio Zadoki, qui accepit Scholam *Alexandrinam*, quae erat Hierosolymis, eamque conuertit in usus suos — *Alexandrini* exstruxerant synagogam illam propriis sumptibus, בית מדרש. συζητῶντες τῷ Στεφάνῳ) *Disputantes cum Stephano*. Nam συζητεῖν τινι est *cum aliquo disputare secundum artis regulas*, quae uis uel ex significato uocis συζητήσεως apparet, obuia apud Philonem Libr. de mundi Opif. p. II. D. ἐκ δὲ τῆς τέτων συζητήσεως τὸ φιλοσοφίας συνέση γένος, *ex huiusmodi autem disquisitionibus philosophia nata est*.

10. καὶ ἐκ — ἐλάλει) *Et non potuerunt resistere sapientiae et Spiritui quo loquebatur, non potuerunt eum refutare,*

future, ob religionis peritiam qua erat instructus et uim sermonis, quo utebatur. Πνεῦμα h. l. est diuina illa uis, sermonem eius dirigens, Apostolis promissa, Matth. X, 20.

11. τότε ὑπέβαλον ἄνδρας) ἵποβάλλειν Graecis est, quod Latinis *subornare*. Nostri dicunt, *einen heimlich anstellen*. Eodem sensu fere est ὑπόβλητος apud Iosephum, Ant. VII, 8, 4. et de B. I. V, 10, 4. ῥήματα βλάσφημα) *Contumeliosa uerba*. Ἐἰς μωϋσῆν καὶ τὸν θεόν. Qui enim doctrinam Iesu Christi legi Mosis praeferebat, is Mosis auctoritati derogare, adeoque Deum ipsum contumelia afficere uidebatur. Ita saltem iudicabant superstitiosi Iudaei.

12. ἐπιζήσαντες συνήρκασαν αὐτὸν) *Concursu facto corripuerunt eum*.

13. Μάρτυρας ψευδεῖς) Vera falsis miscentes, ut ii, qui in Christum dixerunt; uolebant enim credi, ea, quae dixerat Stephanus, dicta ab eo cum abominatione templi et legis. Κατὰ τὸ τόπον — νόμος) Vox τόπος hic potest *templum*, potest etiam *ciuitatem* denotare. Ἁγία πύλις uocatur Hierosolyma Matth. IV, 5. et aliis locis. Sed *templum* etiam hic intelligi potest ob c. XXI, 28. XXV, 8. ubi simili argumento ἱερὸν et νόμος iunguntur.

14. καταλύσει) *Destruet*. Quaelibet calumnia arripit aliquid ex uero. Stephanus, iam enim maturum erat, innuerat aliquid de iis, quae euentura erant, et quae Iesus de fatis reipublicae iudaicae praedixerat. τὰ ἔθνη) h. l. sunt *Leges ceremoniales, mores, ritusque Iudaeorum*, quo sensu est apud Ioseph. Ant. III, 8, 12. XI, 13, 23. saepius apud Philonem.

15. ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου) Locutio reuerentiam notans, non sine tremore incussam, Gen. XXXIII, 10. et in Estheris historia, c. V, 2. in Graeco. 2 Sam. XIV, 17. Conscientia bona et causae fiducia ex uultus hilaritate elucebat. Nempe *facies angeli* est facies laetissima. Tumultuantibus hostibus ex uultu Stephani elucebat mera hilaritas, et coeleste quoddam gaudium, ut si iam in coelis esset.

CAP. VII.

2. **Ο** δὲ ἑφθ) Quum de duabus rebus accusaretur Stephanus quod templi excidium, et quod abrogationem rituum praedixisset, totus in eo est, ut ostendat, se non calumniandi animo haec dixisse. Quare omnem historiam ueterem ad sua tempora percurrens, insinuat κατὰ κρῦψιν, Dei fauorem nunquam adstrictum fuisse loco ulli, ne tabernaculo quidem aut templo: deinde Iudaeos, si gentis suae et sua facta bene expenderent, nihil habere, cur se alienigenis praeferebant. ἄνδρες ἀδελφοί) Hoc populo dicit. καὶ πατέρες) Hoc senatoribus. Sic et Romani senatores uocabant patres. ὁ θεὸς τῆς δόξης) אלהים הנכבד Deus gloria et honore dignissimus, maiestate insignis, Numen summe colendum. ὡφθῆ τῷ πατρὶ ἡμῶν ἀβραάμ) Stephanus ergo non fuit profelytus, sed Iudaeus natus, uid. Luc. I, 73. Infra XXII, 1. et comm. 19. 38. 39. 44. 45. ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ) Vre Chaldaeorum Gen. XI, 31. quae ei patria erat, et *Chaldaeorum* uocatur, quia post Abrahami tempora Chaldaei potiti sunt ea regione. Μεσοποταμία, ארם נהרים Hebraeis late patuit, et omnia illa continuit, quae non Euphrate tantum et Tigride, sed et eorum diuergiis irrigantur.

tur. Ergo Chaldaea pars Mesopotamiae. ἐν χαρβάν) In Carris, quae et ipsae in Mesopotamia.

3. καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς) In Mesopotamia, ubi tum erat Abrahamus. Contradicere uidetur Stephanus Mosi, Gen. XI, 31. 32. Ibi enim nihil extat de Deo Abrahamum migrare iubente, nec omnia Stephani uerba leguntur in loco Mosi citato. Vnde nonnulli interpretes duplicem uocationem Abrahami statuunt, quarum unam acceperit in Mesopotamia, alteram Carris. Alii existimant, Gen. XII, 1. 777) esse Plusquamperfectum, et per ἐπάνοδον ibi referri id, quod in Vre dictum fuerat, qualia ὑπερόπρωτα multa sunt et in sacris et in profanis historiis. Cf. Grotium ad h. l. Sed uidetur potius Stephanus sequi perpetuam Iudaeorum traditionem. Hi enim omnes narrant, Abrahamum peculiari Dei iussu migrasse e Mesopotamia Carras. Locos Rabbiorum laudauit WETSTENIUS, et extat etiam PHILONIS libellus de migratione Abrahami. Talia plura in hac Stephani oratione reperiuntur.

4. Κακεῖθεν — κατοικεῖτε) Inde uero (e Charrane) post mortem patris sui transtulit eum (Deus) in hanc terram, in qua uos nunc habitatis, sc. in Palaestinam. Quod Abrahamus post patris sui mortem Charrane in Palaestinam migrasse dicitur, id Chronologiae aperte repugnat. Thara enim genuit Abrahamum, quum LXX annos natus esset, Gen. XI, 26. Abrahamus in Cananaeam migravit LXXV aetatis suae anno, Gen. XII, 4. Hos 70 et 75 annos si computamus, efficiuntur 145 anni. Ergo Thara anno 145 aetatis mortuus esset. Sed hoc falsum esse, et Tharam 205 annos uixisse, e Gen. XII, 32. apparet. Ergo Abrahamus

mus non post mortem patris in Canaan migravit. Sequitur igitur Stephanus traditionem Iudaeorum, qui constanter hoc dixerunt, sed allegorice mortem explicarunt de morte Tharae allegorica; nempe Abrahamum migrasse postquam Thara pater eius factus fuisset idololatra. Videtur hic error ortus esse ab iis, qui locum Moſis simpliciter legerunt, non autem accurate computauerunt numeros.

5. καὶ ἐν ἔδωκεν — τέκνῳ) Non autem dedit ei sedem fixam in illa (terra,) ne latum quidem pedem, quamvis promiſſet se ei daturum esse terram hanc possidendam et eius posteris post illum, quanquam nullus ipsi erat filius. Κληρονομία h. l. non est possessio, sed sedes fixa. Emit sibi Abrahamus agrum sepulturae causa, Gen. XXIII. hunc igitur agrum possedit. Sed non habuit sedem fixam; nam Nomadum more ex alio loco in alium locum migravit. εἰδὲ βῆμα ποδοῦ) Sic Deut. II, 5. transfertur לַגַּר רַגְלִי. Locutio proverbialis, qua nec tantulum, vel potius nihil significari solet. Sic etiam Cicero in Philippicis: *Vestigium ubi imprimam non habeo.* Καὶ ἐπηγγίλατο — κατὰσχῆσιν αὐτήν) *Quamvis promiſſet, se ei daturum eam in possessionem.* Καὶ hic valet *quamvis.* Laudatur fides Abrahami, credentis Deo, quamvis nondam appareret, quomodo facturus esset Deus id, quod promiserat. Κατὰσχῆσις hic est idem quod κατοικήσις, *habitatio, possessio*, qua notione saepe est non solum apud LXX interpretes, sed et alios, e. g. *Ioseph. Ant. IX, 1. 2.* Apud eundem Iosephum κατέχῃσιν est pro *inhabitare* Ant. I, II, 4, II, 7, 2. *κατασχῆσιν τὴν χαναναίαν, inhabitare Cananacam.*

6. ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ) Nempe in Aegypto. Καὶ — τετρακόνσια) Et (Aegyptii) seruiliter eos tractabunt per annos 400. Sic in Hebraeo Gen. XV, 13. Iosephus etiam tradit Israelitas in Aegypto commoratos esse 400. uel potius 430. annos. Ant. II, 9, 1. et de B. I. V, 9, 4. Sed est alius Iosephi locus, Ant. II, 15, 2. in quo hos 430. annos ab Abrahamo numerare uidetur, quem locum corruptum esse putat Auctor Progr. Goetting. probaturus, *Israelitas non 215 sed 430 annos in Aegypto commoratos esse.* Vulgaris sententia est, Israelitas nonnisi 215. annos in Aegypto commoratos esse, praecipue propter locum Gal. III, 17. ex quo apparere uidetur, spatio 430. annorum non tantum tempus seruitutis Aegyptiacae, sed etiam totam illam Patriarcharum, Abrahami, Isaaci et Iacobi peregrinationem in Cananaea intelligendam et comprehendendam esse. Sed consilium loci Paullini Gal, III, 17. profecto non illud erat, ut *certus et accuratus, ad rationes chronologicas exactus* annorum numerus commemoraretur, sed hoc tantum, ut *brevi tempore* post promissiones Abrahamo datas extitisse leges Mosaicas ostenderetur, ut bene monet S. V. Koppe ad h. l. Quod autem Stephanus Israelitas 400. annos tantum in Aegypto seruisse dicit, quum Iosephus 430. scribat, in eo nulla est difficultas; Stephanus enim numero usus est rotundo, quo nihil fere frequentius apud Historicos.

7. κρινῶ ἐγώ) *Puniam* ego, quo sensu uerbum κρῖνειν saepe habuimus in his libris. ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ) *In Cananaea*, ubi tum Abrahamus erat. Extant haec uerba Exod. III, 12. sed Gen. XV, 13. 14. non leguntur. Vnde nonnulli existimant Stephanum hos duos locos coniungere

uoluisse. Sed Stephanus, memoriter recitans coram tribunali, hæc addidit, et potuit addere, quoniam res in se erat uera.

8. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς) Nempe post eximia illa promissâ. Διαθήκην, i. e. *mandatum*. Hoc quoque ad propositum Stephani pertinet, ne crederetur circumcisionis obedientia causâ fuisse promissorum. τὰς δώδεκα πατριάρχας) i. e. φυλάρχας, φυλάρχης, *tribuum auctores*, ut et commate sequente. Sic et Abraham πατριάρχης Hebr. VII, 4. Confunduntur uoces φυλῆς et πατριάς.

9. ζηλώσαντες τὸν Ἰωσήφ) *Inuidia et odio incitati aduersus Iosephum*. Tacite reprehendit Iudacos, qui pari modo Iesum ex inuidia tradiderant extraneis. ἀπέδουτο εἰς Ἄιγυπτον) *Vendunt in Aegyptum abducendum*. Ἀποδοῦναι quidem est, debitum reddere, sed ἀποδίδοσθαι quod uerbum apud Alexandrinos Interpretes, loco Hebraei [מכר] Prou. XXXI, 24. legitur, *uendere* denotat, et apud optimum quemque Scriptorem eadem significatione obuium est. Philo autem eodem sensu, de ipsa uenditione Iosephi utitur uit. Ioseph. p. 28. D. in quo ipso loco permutatur etiam cum πικράσκειν. Sed ἀποδίδοσθαι εἰς Ἄιγυπτον est uendere uel ea conditione ut quis auectus abducatur in Aegyptum, uel, mercatoribus Aegyptum petentibus, ut ἀποδίδοσθαι εἰς Ἰταλίαν apud Xenoph. Ephes. V. καὶ ἦν ὁ θεὸς μετ' αὐτῷ) *Deus a partibus eius stabat, ipsi fauebat*. Sic. c. X, 38. ut et Io. VIII, 29. Hebraismus.

10. ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον φαραῶ) χάριν καὶ σοφίαν per Hendiadyon dicit pro χάριν τῆς σοφίας, ut sententia uerborum sit: *Dedit ei, ut propter peritiam in somniis*

niis interpretandis regis Aegypti fauorem beneuolentiamque consequeretur. Haec enim hic inprimis σοφία intelligitur, quae in explicandorum somniorum facultate uersatur. Hanc Iosephi σοφίαν dicitur Rex Pharao apud Iosephum Ant. II, 5. 7. admiratus esse. χάριν autem denotare *fauorem, gratiam, qua apud alios floremus*, notum est. ἡγούμενον ἐπ' αἰγυπτου) ἡγεμόνα καὶ ἄρχοντα αἰγύπτου, Principem et gubernatorem Aegypti, uice Regis cuncta regentem, Gen. XLI, 43. καὶ ἔλον τὸν οἶκον αὐτοῦ) Fecit eum etiam aulae suae magistrum.

13. ἐν τῷ δευτέρῳ) Supple χρόνῳ, i. e. quum altera uice eos mitteret.

14. ἀποδείξας δὲ Ἰωσήφ) Sc. carpenta et plaustra cum iumentis ad subuectionem, ut dicit Philo, de Iosepho p. 562. C. μετακαλέσατο — ἐν ψυχαῖς ἐβδομήκοντα πέντε) *Inuitauit patrem suum, omnemque ipsius familiam, 75 hominibus constantem.* Quum Moses Gen. XLVI, 26. 27. nonnisi 70 homines numeret, in 70 uirali autem, et in hac Stepnani oratione 75 fuisse dicantur, mire se torserunt Interpretes in conciliando hoc loco cum Mosis narratione. Modus conciliandi optimus hic esse uidetur, ut dicamus, Stephanum apud Lucam de iis loqui, qui in Aegyptum inuitati fuerint, qui erant 75. si uxores Iacobi, Rahel, Bilha et Silpa, ac filii Ger et Onan annumerantur; quos Iosephus cum ceteris inuitauerat, quia nesciebat, eos fuisse mortuos. Moses autem loquitur de his, qui in Aegyptum uenerunt, quorum nonnisi 70. fuerunt. Et sic Philo distinguit, eo in loco, quo de numero septuagenario allegorice agit, in libr. de Migr. Abr. p. 419. B. Cf. inprimis *Krebsii* obseru. h. I.

Vid. aliorum coniecturas ap. *Bowyerum* ad h. l. Notandum est etiam hoc, Iudaeos habuisse traditiones uel ore uel scriptis propagatas, quas Alexandrini, Iosephus interdum, Philo plerumque secuti sunt. Non igitur est mirum, Stephanum, Hellenistam, adfuetum uersioni Alexandrinae, cum illis Alexandrinis locutum esse.

16. καὶ μετέθεσαν εἰς Συχῆμ) *Et translati sunt in Sichern.* Nempe Iacobus et Patres nostri. Sed Moses Gen. XLIX, 30. Iacobum sepultum tradit in cauerna Machpela prope Hebron. Hanc difficultatem Viri docti ex loquendi more scriptorum sacrorum, e. g. Exod. XII, 5. ita sustulerunt, ut dicerent, uerba Stephani capienda esse ita, ut quidam Patriarcharum, e. g. Iosephus, sepulti dicantur Sicherni, ut testatur Iosua c. XXIV, 32. quidam uero Hebrone in sepulcro, quod Abrahamus sibi posterisque suis comparauit. In hoc sepulcro sepultus est Abrahamus cum uxore Sara, Gen. XXV, 10. et apud Ioseph. Ant. I, 17. *θάπτεται ἐν Χεβρώνι, μετὰ τῆς γυναικὸς Σάρρας.* Porro, Isaacum, etsi Moses Gen. XXXV, 20. tantum ad patres translatum esse dicit, sepulturae loco non indicato, Iosephus tamen diserte tradit, *Chebrone* fuisse sepultum, Ant. I, 22. De *Iacobo* idem affirmat Moses Gen. XLIX, 29. sqq. et Iosephus II, 8. 7. qui eodem loco testatur, filios ipsius, in Aegypto mortuos, Chebronem deportatos esse, ibique terra conditos. Sed et Iosephi ossa, Hebraei, quum ex Aegypto egrederentur in Cananaeam deportarunt, Gen. L, 25. Ioseph. l. c. *καὶ ἐτέθεισαν — τῷ συχῆμ)* Sepulcrum monumentum, quod *Abrahamus* emerat, erat Hebrone, nec emtum a filiis Emmor, sed ab Ephrone. Gen. XXIII, 16. Aliud sepul-

sepulcrale monumentum non Abrahamus, sed *Iacobus* emit a filiis Emmor. Gen. XXXIII, 19. Videntur itaque duae narrationes esse confusae, aut a Stephano, aut a librario quodam. Certe memoriae lapsus in Stephano facile esset excusandus, nec culpandus Lucas, qui uerba Stephani fideliter commemorasset. Varias eruditorum sententias de optimo difficultates remouendi modo uid. ap. *Bowyerum* in coniecturis ad h. 1.

17. καθὼς — τῷ Ἀβραάμ) *Quum iam appropinquaret tempus, quo Deus praestare uoluit id, quod iureiurando promiserat.* Promiserat Deus, se daturum esse posteris Abrahami terram Canaan. Ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας igitur est tempus quo Deus facere uoluit quod promiserat.

18. ἀχρὶς ἔ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος) i. e. *Rex ortus ex alia familia*; id enim ἕτερος hic denotat, quod dilucide cognoscitur ex Iosepho II, 9, 1.

19. ἕτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν) Recte Vulgatus: *Hic circumueniens genus nostrum.* Nam κατασοφισθῆναι in hoc Lucae loco est *callida fraude decipere et circumuenire*, ut apud Ioseph. A. VI, II, 4. et apud Philonem saepius. Cf. *Loesn.* τῷ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν) Omnino haec referenda sunt ad ipsos Israelitas, hoc sensu: *Rex afflixit patres nostros, adeo ut infantes suos* (αὐτῶν enim legitur,) *exponerent, s. exponere cogerentur.* Sane ἔκθετα ποιεῖν τὰ βρέφη melius ipsis parentibus, infantes suos exponentibus, quam Regi, conuenit. Et ἔκθετα ποιεῖν idem esse ac ἐκτιθέναι probabile reddiit n. 21. Suidas: ἐκτιθένα τὰ βρέφη, ἀντὶ τῆς εἰς βορρὰν θηρίοις, ἢ καὶ ἄλλως εἰς διαφθορὰν παρατιθέναι ἐκ ἑρημίαισιν εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι) *Ne in uita*

conseruarentur, f. ne uiui nutrentur. Id de infantibus Iudaeorum accipiendum. Phrasis petita est ex Exod. I, 17. 18.

20. ἀεῖος τῷ θεῷ) *Venustissimus, longe formosissimus.* Locutio Hebraeis propria. Nam τῷ θεῷ hebraico more additur, ad magnitudinem et praestantiam rei describendam. Sic h. l. Moses formosus fuisse dicitur τῷ θεῷ, ipso Deo iudice, ut Deus ipse eum formosum esse agnosceret. Ex primitur sic maxima uenustas. Cf. Ionae c. II, 3. Moses etiam in Epist. ad Hebr. XI, 23. ἀεῖον παιδίον uocatur, loquendi ratione graeca. Versio neograeca: εἶχε θεῖαν εὐμορφίαν. Hesychius: ἀεῖος, ὁ χαρίεις, ὁ ἐπίχειρις. Iosephus, praedicans formam Moysis, A. II, 9. 7. uocat ταῦτα μορφῇ θεῖον, *puerum formae praestantissimum* (id enim denotat θεῖος) quam *uenustatem formae* paullo ante ita expraesit, ut Mosis εὐμορφίαν, θαυμασθὲν κάλλος et ἀνάστημα tribueret. Neque aliter Philo uariis locis de hac Moysis forma.

21. ἀνείλατο αὐτὸν) *Suscepit eum*, quasi naufragum. Hesychius, hunc locum forte respiciens: ἀναίρειν, κρύπτειν, τὸ τεχθεῖν ἀνατρέφειν.

22. καὶ ἐπαιδεύθη — Ἀιγυπτίων) *Sapientia Aegyptiorum* cernebatur inprimis quum in somniorum interpretatione, et rerum naturalium, tum prodigiorum effectione. Ioseph. Ant. II, 13. 3. Singulas partes sapientiae Aegyptiorum commemorat Philo L. I, de uit. p. 606. A. Sed et Graecorum artibus, a magistris, magnis e Graecia praemiis inuitatis eruditum esse Mosen eodem loco refert. Haec quidem ficta sunt. Sed Aegyptios semper ceteris nationibus sapien-

fapientiores habitos esse, fatis constat. δυνατὸς ἐν λόγοις) *Eloquens*. Scilicet δυνατὸς ἐν λόγῳ, qui alias δυνατὸς s. δευτὸς λέγειν dicitur; est *ui persuadendi pollens, qui oratione animos auditorum flectere, tenere, et prope modum cogere potest*. Natura Moses erat lingua balbutiente, neque adeo ulla dicendi ui praeditus; posteaquam uero Deus ei dicendi uim largitus erat, tum uero factus est πλήθει ἑμιλεῖν πιθανώτατος, *summa ui populo persuadendi pollens*, ut loquitur Iosephus Ant. III, 1. 4. II, 12. 2. Quin autem uerissime dicatur a Stephano δυνατὸς ἐν ἔργοις, dubitari non potest per ea, quae de rebus ab ipso praeclare et mirabiliter actis in diuinis libris leguntur.

23. τεσσαρακονταετῆς χρόνος) Haustum est hoc ex traditione, quae reperitur in *Midrasch Rabba Bereschit*. ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ) *Venit ipsi in mentem*.

24. ἠμόνατο) *Opitulatus est*. Hesych. ἀμύναι, ἐκδικῆσαι, βοηθῆσαι. Thomas ἀμύνομαι ἐκ, ἄμυνα δὲ, iniuriam propulso, uim arceo, resisto, propugno pro aliquo. καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ κατακτυνμένῳ) *Defendit, et ab iniuria uindicauit eum, qui opprimebatur*. πατάξας τὸν Αἰγύπτιον) *Ad mortem usque, ut apparet infra u. 28. Moses ipse hoc suum factum nec approbat, nec uituperat, sed iudicium lectoribus suis relinquit. Stephanus laudat factum, et clare innuit u. 25. Mosē uoluisse excitare populares suos ad propulsandum a se Aegyptiorum nefandam tyrannidem. Nec male. Nam Israelitae, qui liberi in Aegyptum uenerant, nunc crudeli seruitute premebantur. Poterant itaque facere, quod in statu naturali licitum est, i. e. sibi ipsi uindictam sumere.*

25. ἐνόμιζε — ἢ συνῆκαν) Ex eo Mosis animi robore, quo ausus erat ulcisci Aegyptii illius hominis facinus, obscure concludere poterant Israelitae, hunc tantum uirum fortassis aliquid maius moliturum esse.

26. ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις) αὐτοῖς, pro τισί, *Apparuit*, i. e. ex improbitate superuenit, quum duo eorum rixarentur, in Hebraeo מָלַח, quod et alibi per μάχεσθαι uertitur, ut Exod. XXI, 22. Leuit. XXIV, 10. Deut. XXV, 11. συνέλασεν αὐτὸς εἰς εἰρήνην. Reconciliandi conatus indicatur, i. e. dirimendi rixam.

29. ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ) *Propriet illud dictum*, Marc. X, 22.

30. ἐν φλογὶ πυρός βατός) *In flammante igne rubi*, maiestatem Dei, qui aderat, significante. φλὸξ πυρός est ignis flammans.

31. κατανοῆσαι) *Κατανοεῖν* h. i. est, quod Latinis dicitur, *contra intueri*, *accurate aliquid oculis perspicere*. Versio LXX. קָוָה Exod. III, 4. hac uoce expressit. Eodem sensu est haec uox apud Iosephum, aliosque Scriptores.

34. κατέβη ἐξελείσθαι αὐτὸς) Dicitur Deus descendere, ubi aut protegit suos, aut hostes ulciscitur.

35. ὃν ἠρνήσαντο) Quem noluerunt agnoscere, ut supra c. III, 13. Ita et Iudaei Iesum Nazarenum reiecerunt. ἐν χειρὶ ἀγγέλου, *per angelum*, ex noto Hebraismo, quo בְּ uertitur *per*. Exodi capp. I. II. III. modo Deus ipse allocutus esse Mosen, modo angelus ad eum missus esse dicitur. Vnde apparet, Deum haec omnia cum Mose per angelum

gelum egisse. Fuit etiam constans Iudaeorum opinio, per hunc angelum missum ad Mosen, Israelitas fuisse ductos per desertum, monitos et seruatos.

36. ἕτος ἐξήγαγεν αὐτὰς) Late praedicat et beneficia, quae Moses populo praestitit, et honores quos a Deo accepit, ut eo turpior sit populi in eum contumacia, minusque mirum, si talibus orti parentibus, in Iesum ingrati et immanes fuerint.

38. ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ) Qui in omni isto perdifficili itinere adfuit populo Israelitico, qui ἕτηρ hebraice, graece ἐκκλησία. Μετὰ τῷ ἀγγέλι — σινᾶ) Qui ei legem promulgabat. Deus uocatur a Mose (Exod. XIX, 3. XX, 1.) quem Stephanus hic angelum uocat. Vide modo dicta ad u. 35. ὅς ἐδέξατο λόγια ζῶντα) Accepit oracula ad felicitatem ducentia. Lex haud raro in V. T. dicitur esse uita, i. e. causa uitae felicitis, quae eximie uita Hebraeis.

39. ἐσράφησαν — Ἄιγυπτον) Rediere ad mores, quos in Aegypto didicerant; uoluerunt redire in Aegyptum.

40. ποιήσαν — εἰδῶς) i. e. imagines Deorum; tales enim in Aegypto uiderant. Regibus in bellum proficiscentibus, imagines Deorum a Sacerdotibus praeferebantur. ὁ γὰρ Μωσῆς — αὐτῶν) Hebraica locutio, pro: τῶ γὰρ Μωσῆ τέτρω ἐκ διδαμεν τί γέγονε.

41. ἐμοσχοποίησαν) Hanc uocem confinxit Lucas, ad exemplum multarum quas ad eum modum finxere LXX. *Fecerunt uitulum.* Quae superstitio scilicet fuit Aegyptiacae idololatriae. Apud hos enim et Apis mirificus nitulus cul-

tum habuit diuinum, et uaccarum simulacra insignia fuerunt. Selden. de Diis Syris Syntagm. I, c. 4. Bochartus Hieroz. I. 2. 34. Τῷ εἰδώλῳ, nempe uitulo ex auro factō, quo uti uolebant pro Symbolo ueri Dei.

42. ἔσρεψε — τῆς ἐραυῆς) *Sed Deus uicissim eos tradidit cultui fiderum.* Ἐσρεψε. Subintelligunt alii εἰαυτὸν, (*auertit se*); alii τὴν γνώμην. Sed est potius hebraicus loquendi modus. Nam uerbum צוּשׁ saepe aduerbialiter explicandum est, pro *uicissim*. Israelitae deseruerant cultum ueri Dei; ergo Deus uicissim eos tradidit idololatriae. Quum Deus homines *tradere* dicitur peccato, sensus est, eum *permittere* ut homo peccet. Σρατία τῆς ἐραυῆς, צוּשׁה נֶסֶס - לָךְ Deut. XVII, 3. significat *fidera*. καθὼς — τῶν προφητῶν) In libro 12 prophetarum, Amos V, 25. μὴ σφάγια — ἱρήμῳ) *Mibine uos in desertis locis annos totos XL rem diuinam hostiis maētatis fecistis?* Propheta, quum negat, Israelitas per 40. annos in deserto sacrificia obtulisse Deo, contradicere uidetur Mofi Exod. XXIV. Num. VII. et IX. Respondent interpretes, leges de iācificiis eorumque ordine et modo eum in finem a Deo datas fuisse, ut non tam in deserto, quam in terra Cananaea obseruarentur, et propterea maximam partem in deserto fuisse neglectam. cf. Deut. XII, 8. sqq. Cui Ven. *Datbe* not. in h. l. Prophetæ addit: Prophetam hoc tantum docere, Deum non tam uictimis delectari, quam potius iustitiae et pietatis studio, quod u. 24. commendarat; propterea eum passum fuisse, ut ille sacrificiorum cultus omitteretur: populum uero abusum esse ista libertate ad alium cultum idololatricum exercendum. Sed optime difficultas tolli uidetur, si dicamus, limitanda

limitanda esse uerba Prophetæ sic: *Non mihi uni et soli, non recte, non ex animi sententia sacrificia obtulistis.*

43. καὶ ἀνελάβετε — τῷ Μολοχ) *Imo uero sustulistis in altum tentorium Molochi.* Est autem Moloch, מלך, *Rex,* ut multi existimant, *Sol.* Israelitæ, Aegypto modo egressi, Aegyptiorum idololatriam inprimis imitati sunt. Illi uero Solem, Lunam et reliqua astra sub uariis imaginibus coluerunt. Solem quidem Regem coeli et Lunam reginam uocauerunt. Tentorium Molochi uel Regis est tentorium in quo repositum erat simulacrum Solis. Nationes enim paganae, siue in bellum proficiscerentur, siue in colonias migrarent, Deos domesticos, (lares, penates) et aediculas in quibus repositæ erant imagines Deorum, secum tulerunt; et in itineribus usi sunt tentorio, quod refigere poterant. Ἀναλαμβάνειν, *in altum tollere,* et per metonymiam antecedentis pro consequente *portare, circumportare.* Amos l. c. comm. 26. habet: מִתְּנִיבֵי וְעַל מִשְׁכַּנְתְּךָ et *circumportastis* tentorium Regis uestri. Vocem ρεμφάν, quæ statim sequitur, *Drusus* existimauit corruptam esse ex hebraica מִשְׁכַּנְתְּךָ, qua Amosus utitur, quam LXX. interpretes, Caph cum Resch permutantes, Rephan uertissent, ex quo deinde Remphan ortum sit. Sed *Iablonskius* in commentatione peculiari plane docuit, uocem esse Aegyptiacam, quæ Regem coeli significet, atque eo nomine ab Aegyptiis solem uocatum esse. Alii uolunt uocabulo illo Aegyptiaco significari eam stellam, quæ a Romanis dicta est Saturnus. Vid. *DEPLINGII* obseruat. sacr. P. II. nr. 37. τὰς τότε) Τύτοι hic sunt *simulacra Deorum,* ut apud Iosephum A. I. 19. 11. illa simulacra Deorum, quæ Rachel patri suo Labano

bano eripuerat, τύποι uocantur. Apud eundem XV, 9. 5. ἀγάλματα καὶ τύποι μεταμορφώμενοι, *statuae et simulacra* coniunguntur. De hoc Molochi et Saturni cultu nihil commemorat Moses in Exodo. Videntur igitur Amosus et Stephanus cultum aurei uituli, cuius Moses mentionem facit, interpretati esse de cultu fiderum. Aegyptii enim sub imaginibus duorum uitulorum astra coluerunt. Fortassis etiam Amosus, et ex eo Stephanus addidit hoc Aethiopiae narrationi ex aliis fontibus, nempe ex traditione ore uel scriptis propagata. μεταμορφώμας ἐπένεικα βαβυλωνος) *Transferam uos ultra Babylonem, in Assyriam et Mediam.* Ἐπένεικα, ab ἐπὶ et ἐκεῖνα sc. μέρος, hebr. אֲנִלְךָ. Amosus c. V, 27. habet: *ultra Damascus*, quod sensu non differt. Nam ultra Damascus relegati sunt Iudaei in Assyriam et Mediam.

44. ἡ σκηνή — ὃν ἐώρακει) *Tabernaculum testimonii* (conuentus) *erat inter maiores uestros in deserto, uti constituerat is qui cum Mose loquebatur, ut faceret illud secundum figuram quam uiderat.* Ἡ σκηνή τῆς μαρτυρίας, *tentorium testimonii.* Sic Alexandrini. Sed in textu hebraico est טַבֵּיט וְיִתְנָה quod significat *tentorium conuentus*, sic dictum, quod in eo conuentus sacri celebrarentur. Κατὰ τὸν τύπον ὃν ἐώρακει, *secundum figuram quam uiderat Moses.* Vid. Exod. XXV, 40. Quod in loco Mosi dicitur, Deum Mosi monstrasse exemplar tabernaculi, id intelligendum est sic, uerbis Deum id descripsisse.

45. ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι δι πατέρους) *Quod* (tabernaculum) *patres uestri a maioribus sibi traditum acceptumque attulerunt, nempe in Palaestinam.* Est nimirum
 διαδέξα-

διαδέξασθαι *aliquid ab alio traditum accipere*. Dicendum fuisset διαδεξάμενοι ἑαυτὴν. Sed quum ista Accusatiui repetitio maxime ingrata fuisset, recte neglecta est. ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν) Metonymia. *In occupatione gentium*, i. e. eius terrae quam tenuerant gentes, e conspectu patrum uestrorum diuinitus expulsae. Posses etiam uertere: *In possessionem gentium*, i. e. in terram, a septem gentibus possessam, ut ἐν τῇ κατασχέσει sit pro εἰς τὴν κατάσχεσιν, ut Num. XXXII, 5. δοθήτω ἡμῖν ἡ γῆ ἐν κατασχέσει, detur uobis terra in possessionem.

46. εἶρα χάριν) *Consecutus est fauorem Dei*, ut Luc. I, 30. ἠτήσατο εὐρεῖν σκήνωμα) *Disiderauit comparare permanentem sedem*. Sic ἕνω Deut. XIV, 26. per ἐπιθυμεῖν uertitur. Illud εὐρεῖν est sumtum ex Ps. CXXXII, 5. Σκήνωμα alias quaelibet habitatio, h. l. est templum. Historia legitur 2 Sam. VII, 1. 2.

48. ἀλλ' ἐγὼ — κατοικεῖ) Depromptum ex Salomonis uerbis 1 Reg. VIII, 27. ubi κατοικήσει, in Hebr. כּוּן significat *contineri poterit*. καθὼς δὲ προφήτης λέγει) Iesaias, c. LXVI, 1. 2. Hunc Iesaiæ locum Stephanus admonitionis causâ adiecisse uidetur. Iudaei putabant se nunquam carituros esse templo. Stephanus autem monet, Deum non egere templo et habitatione; ergo fieri posse, ut Deus templum Hierosolymitanum sibi structum destrui patiatur. Cf. c. VI, 13. 14.

51. σκληροτράχηλοι) *Contumaces*. Frequens in sacris literis est translatio ista a iumentis, significans refragantem contumaciam. ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσίν) i. e. Cor habentes plenum uitiosis affectibus, ne audientes quidem

dem praecepta Dei. Mente et auribus Ethnicis fimiles. Acriter increpantis ista obiurgatio est, adimens illis laudem quoque circumcissionis, qua insolenter superbiebant. Crebrae sunt huiusmodi obiurgationes in V. T. ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε) i. e. Dei monitis per Prophetas transuersos uos opponitis, ut patet ex statim sequentibus. *Spiritus sancti* nomine h. l. intelliguntur oracula a Prophetis instinctu Spiritus sancti promulgata. Hefychius: ἀντέπιπτεν, ἐναντιῶτε.

53 εἰς διαταγὰς ἀγγέλων) *Per constitutiones angelorum*; nam uerbum διατάσσειν, quando sermo est de legibus, significat *constituere, ferre legem*. Possēt etiam uerti: *per constitutos angelos*. Varias sunt interpretum de huius loci sensu sententiae. Multi his uerbis commoti statuunt, legem in monte Sinaitico per *angelos* datam esse, quod potissimum e Gal. III, 19. *Elsnerus* apparere uult, ubi disertis uerbis νόμος dicitur διαταγὰς δι' ἀγγέλων, quam tamen phrasin alii ita explicant, ut lex data, promulgata *praesentibus angelis* dicatur, quemadmodum διὰ cum Genit. 2 Tim. II, 2, usurpatur, quia uix possit lex dici lata esse per *angelos* et uerbum διατάσσειν auctori legum tribuatur, qui Deus est, non angeli. *Krebsius* igitur sensum huius loci hunc esse uult: *Qui accepistis legem inter ordines angelorum*, siue *praesentibus angelis*, ita ut simul ministerium eorum, e. g. quod tonitrua, flammās, procellas excitarint, tabulas legis Moysi tradiderint, testes denique huius solemnitatis fuerint, indicetur. Prior explicatio, (*ministerio angelorum, angelis ministrantibus*), inde firmari possēt, quod διαταγή sit *opera*, ut Bezae uisum; εἰς autem sit ἐν, uel ita dicatur ut εἰς τὰ-

χος, celeriter, εἰς ἀκριβειαν, *diligenter*. Scholion Cod. Mosq. habet εἰς διαταγὰς, ταῖς, τὸν ὑπ' ἀγγέλων διαταχθέντα. Vulgarem iam Christi temporibus fuisse Iudaeis sententiam de lege Dei per *angelos* data, probat locus Iosephi Ant. XV, 5. 3. et uersio Alexandrina Deut. XXXIII, 2. Ad di potest, quod Deus Pl. LXVIII, 18. myriadibus (sc. angelorum) cinctus in montem uenisse dicitur, quemadmodum olim in monte Sinaitico maiestate plenus fuerit. Cf. *Michaelis* Erkläerung des Briefs an die Hebraeer. P. I. pag. 87. sqq. et *Wetsten.* ad nostrum locum.

54. διεπρίοντο ταῖς καρδ. αὐτῶν) Vide supra c. V, 33. Hesychius: διεπρίοντο, ἐθυμῶντο, ἔτριζον τὸς ὀδόντας, ubi pro ἔτριζον legendum esse ἔβρυχον, recte suspicatur Cel. *I. Chr. G. Ernesti*, hoc etiam addens, interpretem pro more, parallelo membro usum esse, quo uerbum prius explicaret. Per haec signa irae oratio Stephani interrupta est sic ut eam ad finem perducere non possit. Nam sine dubio etiam de Messia repudiato dicturus, et se purgaturus fuisset ab ista accusatione, propter quam ad iudicium uocatus erat. Vana igitur est eorum calumnia, qui Stephanum uituperant, quasi enumerando historiam populi, quam omnes a pueris didicissent, nihil ad rem dixisset. Spectandum est nempe consilium narrationis, quod in eo erat, ut ostenderet Stephanus, quomodo Iudaei omnibus temporibus abusi sint diuinis beneficiis, et etiamnum abutantur, ut adeo non sit mirum, si tandem aliquando poena in eos ingruat, si templum destruetur, et Mosis instituta mutantur. Hoc omnino fuisse Stephani consilium, tota series orationis ostendit. Vituperant etiam Stephanum, quod quaedam dixerit, quae cum historia

V. T. non plane conueniant, partim ex traditione hausta, partim ex opinionibus scholae Alexandrinae repetita; quod indignum esse putant uiro, qui πνεῦμα ἅγιον habuisse dicatur. Sed notandum est, illam phrasin *praeditum, plenum esse Spiritu sancto* non explicandam esse de Θεοπνευσία strictè sic dicta, siue de communicatione singularum rerum et uerborum per Spiritum sanctum; uariare potius huius phrasios sensum, ex contexto sermone determinandum. Sic quum Stephanus πλήρης πνεύματος ἁγίου locutus esse dicitur, sensus est, tantam ei, hanc orationem habenti, fiduciam per Spiritum sanctum esse concessam, ut sine omni dubitatione et metu Senatum Iudaicum ex ipsa historia argueret, Iudaeos omnibus temporibus immorigeros, et dignos fuisse poenis diuinis. Ergo hic non est cogitandum de singularum rerum et notionum inspiratione, qua etiam non opus erat Stephano narranti res ex historia Iudajica depromtas ipsique a pueritia notas. Ceterum non desunt exempla sacrorum Scriptorum, qui, etsi inspirati essent, tamen loca V. T. memoriter protulerunt, et secuti sunt traditiones, ueluti 2 Tim. III, 8. Iac. V, 17. Vnde apparet, Apostolos et Scriptores sacros gubernatos esse quidem a Spiritu Sancto in *doctrinae christianae capitibus* proponendis ne aliquid falsi ab iis traderetur, sed in rebus historicis, et chronologicis, aut traditionibus eos usos fuisse suo sensu, et secutos esse usitatas et receptas gentis suae sententias.

55. ὑπάρχων — τῷ Θεῷ) *Sed ille, qui Spiritu sancto plenus erat, coelum intuitus, uidit Deum maiestate conspicuum, et Iesum ad dextram Dei stantem.* Πλήρης

πνεύματος

πνεύματος ἁγίου, i. e. diuina uel confortatus, plenus animi fortitudine et tranquillitate. Δέξαν τῷ Θεῷ, maiestatem Dei uidere, hoc ad merum uisum et speciem magnificam oculis oblatam est referendum. Sic Ies. VI. in Ezechielis locis pluribus, et in Apocalypsi Deus in throno sedens fingitur. Vid. imprimis Apocal. IV. et V, 6. quo posteriore loco agni ad thronum stantis mentio fit. Hocce uisum magnam habuisse uim ad animum Stephani exhilarandum, tranquillandum et roborandum, quis dubitet?

57. κράξαντες δὲ φωνῇ μεγάλῃ) Haec intellige, non de senatoribus, sed de adstante plebe: facta enim haec omnia per seditionem, quam comitari solet clamor. καὶ ὄρμησαν δημοθυαδὸν ἐπ' αὐτὸν) Quasi ex iudicio Zeli, quod stante republica usurpare solebant, sed tantum in eos, qui Iudaeis auctores essent ad falsos cultus. Solebant autem tales lapidari, Deut. XIII, 6. sqq.

58. καὶ οἱ μάρτυρες) Quanquam per seditionem haec agebantur, tamen aliquid de legitimo more retinebant; testium enim erat, primos iacere lapides, ac sic semet, si quid falsi subesset, fontes facere caedis, populum uero, qui ipsorum auctoritatem sequebatur, absoluerunt. Vide Deut. XVII. ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν) Nempe quo expeditiores essent. Ingentia enim saxa iaci a testibus solebant. καλεσμένῳ Σαύλ) Qui tum scholam Gamalielis frequentare studiorum causa solebat, Act. XXII, 3. sed aestu abreptus, a lenitate magistri ad atrociora multorum exemplis patiebatur se trahi, Phil. III, 6.

59. ἐπικαλούμενον) Nempe τὸν Ἰησοῦν, quod ex sequentibus hic subintelligitur. δέξαι τὸ πνεῦμά μου) Suscipe spiritum

ritum meum. Ita appellatur hic et aliis locis *animus hominis*, consistens sua peculiari natura, et mortuum relinquens discedendo corpus.

60. μὴ κρίσης αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην) *Ne imputes illis peccatum hoc.* Verbum *ἰσασθαι* saepe est *appendere, ponderare*, quia libra erigitur et stat, qua ponderamus, metaphorice est *imputare*. Integra phrasis est *κρίσαι ἐν ζυγῷ*, quod suppleant LXX. Dan. V, 27. Iobi XXXI, 6.

CAP. VIII.

Incipit noua historiae christianaе periodus. In prima Epocha, cuius historia c. I — VII. narrata est, coetus christianus ex meris Iudaeis constitit, qui haecenus in urbe Hierosolymorum substiterat. Quaquam enim multi ex iis, qui die pentecostis ex uariis regionibus Hierosolyma uenerant, post reditum in patrias terras, doctrinae Christianae notitiam aliquam, licet imperfectam dedisse aliis uidentur, Apostoli tamen haecenus intra moenia urbis Hierosolymitanae substiterant, nec in aliis locis et regionibus docuerant. Coetus iste Christianorum Hierosolymitanus, fuit ille quidem satis numerosus, sed a Iudaica ciuitate se non segregauerat. Nam in prima hac Epocha, cuius historiam c. I — VII. relatam legimus, Apostoli ceterique Christiani omnes iuberant Senatui Iudaico, frequentabant templum certis precum horis, et in eo docebant. In una re societatis propriae species conspiciebatur, quod nempe Christiani fiscum suum habebant in pauperum emolumentum, et huius fisci administrandi causa septem uiros, quos appellabant *Diaconos*

creaue-

creauerant. Iam sequitur Lucae narratio de propagatione coetus christiani et fati religionis.

1. Σαυλος — αὐτῷ) *Saulus uero collaetabatur de caede Stephani.* Haec uerba coniungenda sunt cum fine capituli praecedentis. Sequitur nunc alia historia. ἐγένετο — ἱεροσολύμοις) Videtur maior pars plebis approbasse caedem Stephani. Audaciores itaque facti affeores Synedrii, alios quoque Christianos uexarunt. πάντες τε — ἀποστόλων) Sapientissimo consilio permisit Deus hanc Christianorum Hierosolymitanorum uexationem, ut citius doctrina Christi spargeretur in uicinis locis et regionibus ab iis qui persecutionis metu fugerant. Apostoli manserunt adhuc aliquamdiu Hierosolymis, quia eorum opera ad confirmandos Christianos erat necessaria.

2. συνεικόμισαν) *Simul curauerunt* Stephanum homines quidam pii; metonymice ἰ. e. coniunxerunt operam et studium in Stephani funere curando. Κομίζειν inter alia significat *curare*, et inde κομιδὴ, diligentia studii et operae. κοπετὸν) Κοπετὸς, planctus, significat gestum lugubrem, usitatum gentibus illis, ut indicetur, honorifice curatum fuisse Stephani funus.

3. ἐλημáινετο) Verbum λυμáινεσθαι, *uastare*, non solum de lupis, urfis, reliquisque feris rapacibus, agros depopulantibus, et pecudes interimentibus dicitur, uerum etiam de hominibus. Locum Philonis habet *Loesner*. Atticis usitatius est cum hoc uerbo Dativum casum coniungere. *Saulus ecclesiam labefactabat, siue clades inferebat ecclesiae.* κατὰ τὰς θύκας ἐισπορευόμενος) *Irrumpens in aedes.* θύραν)

είρειν, trahere adhibetur de reis, qui ad iudicem, carcerem, siue poenam trahuntur. περιέδωκε εἰς φυλακὴν) *In uincula coniecit, in carcerem incluserit.* Saulus enim hac in re spectandus erat ut uir publica munitus auctoritate, Act. XXVI, 10.

4. διήλθον) i. e. Non subsistebant in Iudaea, et Samaria, sed longius etiam ibant, ut a periculo abessent, c. XI, 19. τὸν λόγον) *Illam doctrinam*, nimirum salutis et uitae aeternae.

5. Φίλιππος) Hunc Philippum non Apostolum fuisse, sed Diaconum, c. VI, 5. Graeci ex eo colligunt, quod Lucas Hierosolymis mansisse scripserit Apostolos, u. i. et postea Petrum et Ioannem in Samariam missos esse. Addunt hoc quoque: quod Diaconus adhuc esset, ideo non habuisse eum ius imponendi manus. εἰς πόλιν σαμαρείας) *Σαμαρεία* eo tempore de regione saepissime dicebatur; h. l. autem urbs intelligitur, quae tum *Sebaste* uocata est, in honorem *Augusti*. Multi ex Samaritanis ipsi Christum uiderant et audierant docentem, Io. IV. Praeterea consentaneum erat, ut Samaritanis post Iudaeos primis Euangelium praedicaretur, quia et in Iudaea habitabant, et Messiam expectabant.

6. προσέχον τε — δημοθυμαδὸν) *Attenderunt autem homines doctrinis Philippi unanimes consensu, ideo quod audiebant et uidebant miracula, quae ille patrabat.* Προσέχουσιν h. l. ut plerumque significat *attendere*. Saepe quidem haec uox notat *fidem habere, credere, obtemperare*, inprimis si uerbis tribuitur. At h. l. uocula δημοθυμαδὸν hunc sensum

sentum non patitur. Quis enim credat, Samaritanos singulos unanimiter Christo fidem suam obstrinxisse? Id uero miracula Philippi facile poterant efficere, ut omnes uacuis auribus animisque uerba eius exciperent.

7. πολλῶν — ἐξίρχετο) Genitiui ad praepositionem ἐξ, in uerbo ἐξίρχετο pertinent: πνεύματα ἀκάθαρτα ἐξ' αὐτὰ ἐχόντων ἤρχοντο, *abibant ex iis, in quibus erant, cum clamore uocis ingentis.* Facile apparet, id quod de clamore dicitur, ad homines daemónicos referendum esse, qui in ultima morbi ui clamauerunt. Παραλελυμένοι, qui in Euangeliiis saepe παραλυτικοὶ dicuntur, sunt *eneruati, languentibus et debilitatis corporis membris.*

9. μαγείων) *Magicas artes exercens.* Ad orientem eximia sapientiae magistri Magi sunt appellati, Persico uocabulo. Vid. Matth. II, 1. Quo deinde hominum uitio et prauitate significati sunt ii, quos Plautus praestigiatos uocat, falsa specie praestingentes hominum oculos, et miracula superstitiosa uanitate efficientes. Ad quas fraudes quum carmina adhiberent, ab incantando appellati fuerunt incantatores. Inde Lucas duxit uerbum μαγείων, et postea ab hoc ipso uerbo nomen μαγείας. Distinguunt autem Graeci μαγείαν, γοητείαν, Φαρμακείαν. Ex eorum numero Simon fuisse uidetur, qui cum peritia naturalium rerum coniungunt uarii generis praestigias, atque de familiaritate sua cum genis gloriantur. ἐξίστων) Ad tantam admirationem sui homines adducens, ut illi apud sese siue mentis compotes non essent.

10. ὅς προσετέχον πάντες) *Cui additi erant, s. qui omnium animos in se conuerterat.* ἡ δύναμις — μεγάλη)

Ἡ δύναμις, abstractum pro concreto: *Homo singulari uirtute et ui diuina praeditus*; uel: ἐν τέτῳ ἢ τῷ θεῷ δύναμις ἐνεργεῖται. Fortan persuadebat plebi, accepisse se a Deo facultatem malis geniis, a quibus humanum genus excrucietur, imperandi. De haeresi Simonis consulendi sunt historiae eccl Scriptores, imprimis uero b. *Christ. Guil. Frid. Walchius*, in hist. haeresium, Schismatum etc. theotisce scripta. Tom. I. 135. 139.

12. τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ) De regno illo, quod hic inchoatur, consummabitur post resurrectionem, religionis doctrinam.

13. ἐπίστευσε) Credidit, Christum fecisse miracula, et resurrexisse a morte; non autem propositum addidit, uiuendi secundum Christum; uel simpliciter: *religionem suscepit*; id enim saepe est πιστεύειν. ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ) Assiduus apud Philippum erat, sectabatur eum, eiusque institutioni iugiter attendebat.

14. ἀπέστειλαν — ἰωάννην) Vt comprobarent et absolverent, quod per Philippum erat coeptum, et per impositionem manuum dona Spiritus sancti largirentur credentibus, ut itatim u. 15. dicitur.

15. προσήεξαντο — ἄγιον) *Spiritus sancti* nomine intelligi uim miracula patrandi et nominatim linguis peregrinis loquendi ex analogia historiae illius Apostolicae recte concluditur. Vid. infra c. X, 44. 46. XIX, 2. 6. Voluit Deus ordinarie non contingere baptizatis dona illa admiranda Spiritus Sancti, nisi per Apostolos, ut ea ratione testibus suis auctoritatem quam maximam conciliaret,

ret, quod ipsum simul ad retinendam ecclesiae unitatem pertinebat.

16. ἔγω — Ἰησοῦ) Sensus est, eos nondum extraordinariis donis fuisse instructos, sed tantummodo baptismo suscepto nomen dedisse Christo; professos esse publice religionem christianam.

17. τότε — ἄγιον) Phrasae imponere manus, et precari (u. 15.) sunt synonymae. Impositioni manuum nihil tribuitur in se, sed manifeste coniungitur illa cum precibus. Vide de hoc ritu dicta supra ad c. VI, 6.

20. τὸ ἀργύριον — ἀπώλειαν) Latine diceret: *Cum pecunia tua in malam rem.* ἔτι τὴν δωρεάν — κατὰ σθαί) Sperasti comparare pecuniis id, quod donum est Dei.

21. ἔκ ἐς σοι — λόγῳ τέτρω) *Non es particeps neque confors huius rei.* Grotius: Vitae istius aeternae, quam nos praedicamus, tibi neque pars, neque ministerium debetur. Sed λόγος רבך, res, hic significat dona miraculosa, de quibus in praecedentibus fuerat sermo. ἡ καρδία — τῷ θεῷ) *Cor tuum est prauum coram Deo;* non Dei honorem quaeris, et id Deus uidet.

22. δεήθητι — τῆς καρδίας σου) *Roga Deum, ut remittatur tibi praua cordis cogitatio, s. dolus.* Omnino ei ἄρα reddendum est ut, non, ut uulgo, *an forte, si forte*, quod ab oratione et cohortatione Petri plane alienum est. Sic ἔγω Thucydidi III, 45. et Philoni de Decal. p. 752. Εὐπίνοια h. l. in malam partem sumitur pro *dolo, malo consilio*, qua notione est apud Iosephum in sua ipsius uita §. 44.

συνεῖς τὴν τῶν γεγραφέντων ἐπίνοιαν, *quum scribentium fraudem dolumque intellexissem.*

23. εἰς γὰρ χολήν — δρᾶ σε ὄντα) *Cerno te esse in amara acerbitate et uinculo iniustitiae; i. e. te execranda impietate et uinculis scelerum implicatum.* Nos diceremus: *du bist ein bitterboeser Mensch.* Ἐς pro ἐν. χολὴ πικρίας est fel amarissimum; id uero significat animi constitutionem perquam uitiosam, et talem, quales sunt cibi felle corrupti. Plautus in truculento, u. 76. sqq. *In melle sunt sitae linguae uestrae atque orationes lacteaeque; corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto.* Σύνδεσμο; ἀδικίας, nodi uitiorum uix extricabiles. Multa uitia erant coniuncta in Simone; auaritia, superbia, hypocrisis etc.

24. δεήθητε — εἰρήκατε) Metu potius territus, quam facti poenitentia ductus Simon haec dixit. Sed mox ad impietatem suam est reuersus, si rerum christianorum scriptoribus fides est habenda.

26. ἄγγελος — Φίλιππου) An hoc factum sit per somnium, aut uisum, aut alio modo nemo definiuerit. καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλήμ εἰς γάζαν) Τὴν καταβαίνουσαν, i. e. φέρουσαν, qua descenditur Hierosolymis Gazam. αὕτη ἐστὶν ἔρημος) Plerique interpretes uocem ἔρημος referunt ad Gazam, ut haec urbs tum deserta fuisse dicatur. Gaza uetus ab Alexandro M. disiecta, adhuc Strabonis tempore erat μένουσα ἔρημος, quae sunt ipsius Strabonis uerba L. XVI. Instaurata est quidem haec urbs cum multis aliis a Gabinio, tradente Iosepho Ant. XIV, 5, 3. sed ἔρημος h. l. quum dicitur, respici possit ad munimenta et praesidia, quibus eo tempore Gaza fuerit nudata. Alii cum *Wesselingio* (ad itinerar.

nerar. Antonini) ἔρημος referunt ad ἔδδν, ad uiam quae Hierosolymis Gazam deduxerit, ut uia per desertum significetur, uel uia non frequens hominibus. Duplex nempe uia uideretur fuisse Hierosolymis Gazam uersus. Quare angelus iussit Philippum eam adire uiam, qua obuiam ueniret Eunuchō. Ceterum haec uerba παρενθέσεως signo includenda sunt, quum non Angeli, sed Lucae sint.

27. ἄνὴρ ἁιθίοφ εὐνῆχος) Sc. ἦν. Ἄνὴρ est pleonasmus, ut uir Aegyptius; uir Iudaeus; mulier ancilla in Sallustio etc. Ἐυνῆχος, i. e. εὐνήν ἔχων, lectum uel cubiculum custodiens; deinde euiratus, quia plerumque euirati a reginis huic ministerio adhibebantur. Saepe est nomen dignitatis, ministrum regum in genere denotans, hebr. שֵׁרֵף. Talis olim Potiphar fuerat, qui εὐνῆχος dicitur, quanquam in matrimonio uixit. Gen. XXXVII, 36. XXXIX, 1. Hoc etiam loco εὐνῆχος est minister regius, Staatsbedienter. δυνάστης κανδάκης, τῆς βασιλείσης ἁιθίοπων) Praefectus Candaces, reginae Aethiopiae, i. e. Meroes, quae Aethiopiae accensetur. Aethiopum gubernatio olim penes Reginas fuit. Nomen Candaces ab Augusti aeuo ad Vespasiani aeuum ad Meroes reginas transit, ut discimus ex Strabone XVII. Plinio H. N. VI, 35. ὁς ἦν — γάλης κοτῆς) Gazae regiae custos, ut loquitur Cornelius Nepos in Datame. Seruius in Aen. I. 119. Gaza Perficus fermo est, et significat diuitias; unde Gaza urbs in Palaestina dicitur, quod in ea Cambyfes, rex Persarum, quum Aegyptiis bellum inferret, diuitias suas condidit. CURTIUS: (L. III. c. 13.) Pecuniam regiam GAZAM Persae uocant. προσκυνήτων) Tempore pentecostes. Venit autem ut profely-

tus, natione ethnicus; nam incircumcisorum primitiae *Cornelius*.

28. ἦν τε ὑποσρέφων) Sacris confectis, redibat ad Meroën.

29. εἶπε — φιλιππῶ) Non uidetur Philippus audiuisse uocem articulatam. Potuit in animo Philippi haec oriri cogitatio irresistibilis, accedendum sibi esse ad hunc currum. Quum deinde ex euentu cognosceret, diuinam prouidentiam sic esse moderatam rem, ut proposito suo firmiter inhaereret, omnino dicere potuit, Spiritu iubente, uel Deo uolente se accessisse ad currum, ut uirum illum ad religionem christianam adduceret. κολληθήναι τῷ ἄρματι τέτω) *Applica te, adhaereto currui*, illi nimirum quo Eunuchus uehebatur. Tam prope accedit, ut illum in curru sedentem alloqui possit.

32. περιοχῆ) est idem quod περιῶδος, *locus*; nec quicquam commune habet cum Hebraeo פֶּרֶשָׁה praeter fortuitam soni uicinitatem. Cic. ad Atticum XIII, 25. At ego ne Tironi quidem dictaui, qui totas περιοχὰς persequi solet. Ies. LIII, 7. f.

33. ἐν τῇ τατ. — ἦρθῃ) In textu hebr. Iesaiæ legitur: לקח מעצר וממשפת, *afflictionibus et poenis ereptus est*. Sed LXX. legisse uidentur: בעצרו משפטו לקח. Sensus tunc esset: *Postquam depressus fuit, ablata est ab eo poena*; uel ut alii malunt: *ablata est poena quam pro nobis est perpeffus*. Wetstenius περιφράζει: Quum sponte se demisisset, formamque ferui induisset, tantum aberat, ut ipsum subleuarent, ut potius grauiissima ipsum afficerent iniuria,

iniuria, nulla iuris habita ratione, non magis ac si omnis iustitia sublata fuisset. τὴν δὲ γενεάν αὐτοῦ τίς διηγῆσται;) Sensus esse uidetur: *Quis uerbis nequitiam et crudelitatem hominum eius aetatis describere poterit?* ut γενεὰ denotet homines eius aetatis, eorumque puerfitatem, sicut *seculum* saepe ponitur pro *moribus seculi*. Aliis γενεὰ, hebr. 717 est *aetas, duratio*, ut sensus sit: *semper uiuet*. Haec interpretatio contextui bene conuenit. Sequitur enim: ὅτι ἄρεται — ζωὴ αὐτοῦ, *quia uita eius ex his terris tollitur*, quia passus est innocens, pro hominum salute. Haec nimirum est causa, cur nunc in perpetuum uiuat et imperet cum Deo. Secundum Graecorum explicationem in Theophylactis sensus est: ἐπαίρεται καὶ ὑψηλοτέρα τῶν ἐπὶ γῆς ἐστὶν ἢ ζωὴ αὐτοῦ, *extollitur atque superior est uita eius terrenis rebus*. ζωὴ autem, inquit, est ἡ πολιτεία ἢ ὕπαρξις αὐτοῦ, constituta uitae ratio, uel id quod ipse est.

35. ἀρξάμενος — Ἰησοῦ) *Exorsus ab hoc Scripturae s. loco, exposuit illi doctrinam christianam*, nempe breuem eius summam. Videtur Philippus occasione huius loci enarrasse breuem historiae Iesu summam, et demonstrasse omnia illa quae Iesaias l. c. dixit, in Iesu euenisse. Quae fierat enim Eunuchus, an Propheta illa uerba de se uel de alio intelligi uoluerit? u. 34.

36. τί κωλύει με βαπτισθῆναι;) Hinc intelligimus, eunuchum etiam de baptismi necessitate institutum. Sic multa praecedentium ex subsequentiis supplentur.

37. Deest hoc comma et in nonnullis codicibus et Versionibus antiquissimis; in aliis uarie exhibetur. Quare proba-

probabile est, ab aliquo additum, ex eo, quod gestum credi, par erat.

39. πνεῦμα κυρίου ἤρπασε τὸν Φίλιππον) Alii legunt: πνεῦμα ἁγίου ἐπέπεσε ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον. ἄγγελος δὲ κυρίου ἤρπασε τὸν Φίλιππον. Quid autem est hoc: *Spiritus Domini rapuit Philippum*? Non est credibile, Philippum ab angelo, uel alia mirabili ratione per aërem raptum et Azotum uel in alium locum deportatum esse, quae est multorum opinio. Nam *Spiritus Domini* saepe in homine aliquid efficere dicitur tum, quum in hominis illius animo subito exoriuntur cogitationes, quas consiliis Dei consentaneas fuisse, ex euentu cognoscitur. Vid. supra u. 29. Verbum autem *ῥαπάζειν*, *rapere*, non postulat, ut de miraculoso raptu per aërem cogitemus. Nam phraseos *rapere aliquem* uis ea est, ut significet *transferre aliquem in alium locum*, quocumque demum modo id fiat. Si igitur in animo Philippi subito exorta est cogitatio, redeundum sibi esse in loca illa ad Gazam, nec faciendum iter in Aethiopiam cum Eunuchis; si Philippus ex euentu cognouit, non sine prouidentia diuina accidisse, ut ad illa loca accederet, et ibi Euangelium doceret, hebraico loquendi modo hoc recte ita exprimi poterat: *Spiritus Dei eum rapuit*, instinctu quodam diuino ductus est aliorsum. *ἐπορεύετο γὰρ*) Causa redditur, cur Philippum Eunuchus ultra non uiderit, quia suam uiam infestabat eunuchus: Philippus alio abibat. Illud autem *χαίρων* obiter tantum additur, significatque tranquillitatem animi, quam eunuchus ille ex euangelii noticia erat consecutus, Eunuchum post reditum in Aethiopiam aliis etiam religionem christianam persuasisse, et in se credibile est, et Eusebius

febians tradit hist. eccl. Lib. II, c. I. Quae autem a recentioribus de uita et fati eius narrantur, ea merito fabulis accensentur.

40. εὐρέθη εἰς Ἀζωτον) *Fuit in Azoto*, ut Esth. I, 5. **Οἱ κενὸν** *qui sunt inuenti*, i. e. fuerunt aut extiterunt. Sic alibi saepe. εἰς pro ἐν. Ergo hic etiam non dicitur, Philippum per angelum miraculoso modo translatum esse Azotum, sed uersatum esse eum in ista urbe, et sic alios etiam locos peragrassie propagandae religionis causa. Azotus autem Hebraeis est Asdod, urbis Palaestinae nomen. τὰς πόλεις) Inter Gazam et Caesaream, ut erant Ioppe, Lydda etc. Hic quoque uti in urbe Samariae, apostolis auditores praeparauit, c. IX, 32. εἰς Καισάρειαν) Caesaream, ad mare mediterraneum, quae Stratonis dicitur, et non longe abest ab Azoto.

CAPUT IX.

I. **Ο** δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόβου) *Saulus uero minas caedemque adhuc spirans, s. anhelans*. Id homo *spirare* dicitur, quo is uehementiori concitatus affectu, plenus est, et ueluti *turget*. Euripid. *Iphig. in Taur.* τῦρ πνέουσα καὶ φόβου, *ignem spirans et necem*. Cf. Kypkii obseruatt. *Camerario ἀπειλῆς καὶ φόβου* est ἐν διὰ δίο, sicut: *Molemque et montes*, i. e. *molem montium*; ut huius loci fit sensus: *In Saulo fuisse uehementes impetus minarum de caede discipulorum Domini*. Valde memorabilis est haec Sauli, postmodum Pauli et Apostoli historia. Legi meretur **GEORGII LITTLETONI**, Angli, libellus, theotisce uersus: *Anmerkungen ueber die Bekehrung und das Apostelamt*

stelamt Pauli etc. Adde: *Characteristik der Bibel*, Tom. I. p. 79. 199. Ceterum de uita Pauli Apostoli inter alios bene exposuit HERMANNUS WITSIUS, in libro quem inscripsit: *Meletemata Leidensia*. Basil. 1739.

2. ἤτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιπέλας) Ab ipso, ut synedrii princeps; patet id infra XXII, 5. εἰς Δαμασκὸν πρὸς τὰς συναγωγὰς) Damascus in ea Syriae parte posita fuit, quae in sacris litteris *Syria damascena*, apud Strabonem autem *Coele Syria* uocatur. Magnam ibi Iudaeorum, ob quaestuofam et copiosam, quae ibi florebat, mercaturam fuisse frequentiam, uel ex eo constat, quod non una, sed plures Synagogae in ea ciuitate fuerunt. ἕκως — εἰς Ἱερουσαλήμ) Ut, si quosdam christianam religionem sectantes ibi reperisset, mares atque foeminas, uinctos deduceret Hierosolyma. Ἡ δδδς hic ut saepius alibi est religio, quam quis sequitur. Nempe יהוה ירך, uia Domini est uia quam praescripsit Deus, cultus quem sibi uult praestari, hinc religio. Cf. Matth. XXII, 16. Ὁ ὢν τῆς δδδς, huius religionis sectator. Saulus igitur huius (christianae) religionis sectatores auctoritate Pontificis et Senatus Hierosolymitani uinctos ducere uoluit Hierosolyma. Quaeritur, quid iuris uel Pontifici, uel Senatui Hierosolymitano fuerit in Damascenos, prorsus ad alterius ditionem pertinentes? Enim uero tanta erat Synedrii Hierosolymitani auctoritas, ut non solum qui in uicinia terrae Israeliticae habitabant Iudaei, sed Babylonii et Alexandrini statuta eius uenerarentur ac iussu capesserent, magnum illum Senatum agnoscentes pro firmissima arce totius legis oralis, praesertim quando agebatur de crimine haerefsos, et iudicio capitali in falsos Prophetas; quod

quod unice huic Senatui competiisse uolunt. Romani autem, quorum imperio cum Arabia sua uniuersa Aretas ipse tunc suberat, permittebant etiam Synedrio ius prehensionis et uerberum, non in Iudaeos Palaestinae tantum, sed in alias quascunque Synagogas, quae sponte sua iurisdictionem in re religionis agnoscerent. Vid. *WITSII* Melet. sacra p. 16.

3. καὶ ἐξέφυγες — ἰρανή) *Repente circumfulsit eum lux coelitus delapsa.* Haec lux sine dubio fuit fulmen repente delapsum. Inde enim omnia, quae in sequentibus narrantur, commode intelligi possunt.

4. τί με διώκεις) Quia Christus et ecclesia unum faciunt corpus, et qui regnum laedit, laedit regem, ideo Iesus dicit, se haecenus esse uexatum a Saulo.

6. ἀλλ' ἀνάσθητε κ. τ. λ.) Pro particula ἀλλ' longior periocha, σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε, κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτὸν, Textui recepto illata est. Glossam hanc esse, ex parallelo c. XXVI, 14. et ex paraphrasi compositam, prodit multiplex inter paucos, periocham referentes, discrepantia. Omittuntur etiam haec uerba in multis Codicibus, in antiqua Latina uersione, a Chrysostomo et aliis Patribus hunc locum tractantibus; unde etiam in nonnullis editionibus, ueluti Griesbachiana, Bengeliana et Complutensi recte sunt omissa. Explicationem uid. infra ad c. XXVI, 14. εἰς τὴν πόλιν) Damascum. τί σε δεῖ ποιεῖν) De hoc quaesierat Saulus; hoc ei Ananias dixit, u. 17. cetera ab ipso Domino didicit Apostolus.

7. δι συνοδούντες) *Qui comitabantur*, quorum quibusdam ulurus fuerat tanquam licetoribus. *ἰεζήκεισαν ἔννοι*) *Adstabant attoniti*, quasi dicamus muti et surdi, uel stupefacti, i. e. *ἰεζηκότες*, quemadmodum hoc nomen etiam Graeci interpretantur, *καὶ ἀποκλήγες*, percussi. Attoniti autem stabant, ob uehementiam fulminis et fragoris. *ἀκόντες — θεωρῶντες*) *Audientes quidem uocem, neminem autem uidentes*. His uerbis plane contraria esse uidentur ea, quae leguntur infra c. XXII, 9. Quomodo autem hi loci conciliandi esse uideantur, infra pluribus dicemus.

8. ἀνεωγμένων — εἶδένα ἔβλεπε) Pro *εἶδένα* habent *ἰδέν* Syr. Erp. Vulg. Laud. Sensus est: *Quaquam oculis erat apertis, nihil (neminem) tamen conspiciebat*, et is sensus clare exprimitur infra XXII, 11. ubi eadem historia refertur. Coecus ergo factus fuerat. Nempe uis fulminis praestrinxerat aciem oculorum ita, ut nihil uidere posset. Hoc phaenomeno naturali fulminis ac tonitru Deus, quum uellet clara uoce Paulum monere, praesentiam suam declarauit. *χειραγωγῶντες δὲ αὐτὸν*) *Manibus deducentes*, ut coecis fieri solet.

9. καὶ ἦν — ἔπιεν) Quod indicio est, hoc triduum meditationibus precibusque ad Deum (infra comm. 11.) transactum esse.

10. Ἀναρίας) Graeci perhibent, fuisse unum ex septuaginta discipulis, et in ordine Diaconorum; quod uerisimilitudine non caret. Cetera uero, quae de eo eiusque morte narrantur, partim maxime incerta, partim aperte fabulosa sunt. Vid. b. Walchii Ienenfis antiquitates Damascenas. §. 20. *ἐν δράματι, in uisione. MACROBIUS*

Somn. Scip. I, 3. *Viso est, quum quis id uidet, quod eodem modo quo apparuerat, eueniet.* SÜETONIUS in Augusti uita de Q. Catulo: *Ac die proximo obuium sibi Augustum quum incognitum alias haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero de quo somniasset.* Credibile est ita Paulo Ananiam uisum ac si eum oculis usurpasset: nimirum uultum, staturam, totamque reliquam habitudinem eius Pauli animo obuersata fuisse; ea-que singula ab eodem paullo post, quum usuram oculorum recepisset, secundum δράματος ueritatem fuisse agnita. Vid. *Pricaeum* ad h. 1. ἰδὲ, ἐγὼ κύριε) i. e. Paratus sum iussa accipere et facere.

11. τὴν ῥύμην — εὐθεΐαν) *Ad uiam urbis quae recta uocatur.* Ῥύμη non est *uicus*, sed *uia*. Vrbes olim in uicos, uici in uias, uiae in domos diuidebantur. Recta uocata est haec uia, quia eius aedes aequaliter a se inuicem distabant. ἐν δικίᾳ Ἰῆδα) Cum quo uetus hospitium Saulo uidetur fuisse. ταρσεία) Patrio etiam nomine indicatur Saulus, qui esset Tarsensis. Fuit autem Tarsus Ciliciae urbs uicina Anchialae.

12. καὶ εἶδεν ἐν δράματι) Syrus recte accepit ut continuata Dei uerba; nec obstat, quod sequitur: *Virum nomine Ananiam*, quia Paulo, qui illum non nouerat, in uiso id ipsum nomen indicatum fuit. Et Saulus uidit Ananiam, et Ananias Saulum in uisione.

13. ἀπὸ πολλῶν) i. e. ἐκ πολλῶν, ex, siue de multis, sc. ἀνθρώπων, non ἐτῶν uel χρόνων, ut alii uolunt. Insignis persecutor fuerat Saulus. τοῖς ἀγίοις σε) Sancti sunt *Christiani* iam nunc. Quum homines dicuntur ἄγιοι τῷ θεῷ, iu-

dicatur eos esse sacratos Deo, uel cultores Dei, uel dilectos Deo, ut ex multis V. T. locis constat. Ergo non est haerendum in sanctitatis notione, quasi uitae et morum sanctitas intelligatur.

14. καὶ ᾧδε ἔχει ἐκσταύ) Ostendit Ananias, quam non tutum sibi sit, eum accedere, qui potestatem acceperat in ipsa urbe Damasco capiendi homines eius professionis, cuius erat Ananias. *παρὰ τῶν ἀρχιερέων*) Est Synecdoche. Ex parte enim nobilissima designatur totum synedrium. *ἐπικαλυμένους τὸ ὄνομά σου*) *Qui tibi nomen dederunt.* Descriptio Christianorum, u. 12. 1 Cor. I, 2. Hac phrasi LXX ut plurimum illam hebraeam **כשנ נרן** exprimunt.

15. σκευος ἐκλογῆς) Pro *σκευος ἐκλεκτῶν, instrumentum exquisitissimum.* Hebraismus. *Σκευος* h. l. est *homo*, cuius ministerio aliquid effici potest. *τῷ βασιλάσσει τὸ ὄνομά μου*) *Vt nomen meum celebrando perferat ad gentes etc.* Sensus est: *ut me et doctrinam meam annunciet etc.* Nomen enim Christi est Christus ipse, eiusque doctrina.

16. ἐγὼ γὰρ — παθεῖν) *Ego uero illi ostendam, quam multa debeat mei causa perpeti mala.* *Γὰρ* h. l. non est *nam*; non enim est nexus horum uerborum cum u. 15. Verte igitur: *uero, insuper, atque etiam*, uel simili modo. Sensus est, Saulum paullo post multa ob religionem Christianam experturum esse mala, et tamen fore constantem. Hoc eo pertinebat, ut Ananias desineret metuere uirum, qui mox ipse sua sponte maxima mala toleraturas sit propter religionem.

17. εἰς τὴν δικίαν) Illius Iudae, de quo supra u. 11.

18. ὡσεὶ λεπίδας) *Veluti squamae*, humore in oculis arefacto. Cf. Tob. XI, 13.

19. καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν) *Et cibo capto uires recepit*. Ἐνίσχυσεν hic neutraliter usurpatum notat, *inualescere, confirmari, uires capere, s. recipere*. LXX. interpretes Gen. XLVIII, 2. id de uiribus corporis ponunt, προῖπται et confirmauit se.

20. ἐν ταῖς συναγωγαῖς) Semper enim Apostoli primum Iudaeos affati sunt, ut aut eos conuerterent, aut omnem eis excusationem adimerent. ἐκήρυσσε τὸν χριστὸν) *Legē Ἰησοῦν*, ut habent nonnulli Codd. et Verff. Nam quaestio erat, an Iesus Nazarenus esset ille Christus, siue Dei filius. Messiam esse Dei filium, hoc per se omnibus Iudaeis notum erat.

21. ὁ πορθείσας) Verbum πορθεῖν, si de hominibus aut animalibus usurpatur, uerti potest: *perdere, opprimere*, quae generalis notio tres continet speciales, nimirum *hostiliter trahere, captiuos abducere, occidere*, ut patet ex locis a Kypkio laudatis.

22. ἐνεδυναμῆτο) *Confirmabatur*, siue corroborabatur; fortior fiebat in dies, sc. *fide*, et firma persuasione, Iesum esse Messiam. συνέχυνε) *Pudesciebat, confusus reddidit argumentis*. συμβιβάζων) *Docens, ostendens*. Haec uerbi notio, quae 1 Cor. II, 16. et aliquoties apud LXX. interpret. occurrit, rara est profanis. Occurrit tamen in Ocello Lucano de *uniuerso* c. III. εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, *siquidem reuera ratio docet*.

23. ὡς δὲ ἐπληρῶντο ἡμέραι ἐκανά) *Completis satis multis diebus, i. e. post tempus longius. Profectus est nempe Paulus in Arabiam, et post aliquot annos reuersus est Damascum, ut ipse narrat Gal. I, 17. 18. Auctor huius historiae multa exponit compendiose, et temporum multa momenta coniungit.*

24. 25. Cf. 2 Cor. XI, 32. 33. ex quo loco discimus, Iudaeorum eorumque *Ethnarchae* precibus factum esse, ut magistratus Damascenus, ab Areta urbi sine dubio etiam impositus, ad portas eius custodiam collocaret, adscitis forte nonnullis Iudaeis, qui indicarent, si Paulus accederet et fuga se incolumem extrahere uellet.

26. Παραγενόμενος — Ἱερουσαλήμ) Ex Galat. I, 15 - 18. discimus, Paulum non statim ex urbe Damasco Hierosolyma profectum esse, sed contulisse se in Arabiam, et post triennium demum, quum rediisset Damascum, profectum esse Hierosolyma. Ergo Lucas triennii historiam omisit. Omnino credibile est, Paulum per hoc triennium non fuisse otiosum in Arabia, sed religionem christianam iis etiam in locis ab eo esse propagatam. *ἐπειρᾶτο κολλησθαι τοῖς μαθηταῖς*) Familiariter conuersari cum illis, ut infra c. X, 28.

27. πρὸς τὸς Ἀποστόλους) Sc. Petrum et Iacobum, Gal. I, 18. 19. *καὶ διηγῆσατο αὐτοῖς*) Haec Graeci ad *Barnabam* referunt, et recte, propter illa quae sequuntur de Damasco. Conueniebat enim id potius narrari ab aliis, qui id scirent, quam ab ipso Saulo praedicari. *ἐπαρρησιάζατο*) Aperte et palam locutus est.

29. πρὸς τοὺς Ἑλληνας) Etiam cum Iudaeis, graeco sermone utentibus, ut hic Syrus.

31. ὄχλον ἐρήνην) Multis in exilium egressis deflagrauerat uexatio; id est quod Christiani pacem uocabant. *δικοδομῆμεναι*, et numero membrorum et incrementis in cognitione religionis ac uirtute proficiebant coetus. Comparatur societas Christiana cum aedificio, quod diligenti opera in maiorem molem excreuit. *Πορευόμεναι* — *κυρίαι*,) *proficientes in religione*. *Πορεύεσθαι*, ut hebr. *לך* interdum significat *proficere*. *ὁ φόβος τῆς κυρίας*, *religio*, ut saepe *τῆ παρακλήσει* — *πνεύματος*, refero ad *πορευόμεναι*. Proficiebant tranquillitate et spe, quam operatur Spiritus sanctus per doctrinam Christi. *Ἐπληθύνοντο* *augebantur*, crescebat numerus Christianorum in singulis coetibus. Reddit Lucas ad narrationem eorum, quae in *Iudaea* acta sunt. Quae sequuntur eo tempore accidisse uidentur, quo Paulus Damasci et in Arabia commoratus est.

32. διὰ πάντων, sc. τόπων, quum omnes illas regiones, quarum u. 31. mentio facta est, peragraret. Visitabant Apostoli coetus Christianorum, ut eos in fide confirmarent. *λύδαν*) Lydda urbs fuit. Palaestinae olim celeberris, et perhibetur postea appellata esse Diospolis.

34. εἰς σπῆρον σεαυτῶ) Sc. τὴν κλίνην, siue τὸν κράββατον. Lectum, quem antehac strauerunt tibi alii, tute tibi sterne, in signum restitutae ualetudinis.

35. τὸν Σαρωνᾶν) *Sarona* satis constat, regionem fuisse campestram et locum pascuum: inter Caesaream Palaestinae et Taborem montem, lacumque Gennefarem, tractu longo ultra Ioppen se extendentem.

36. ἐν Ἰόππῃ) *Ioppe* olim celebris urbs fuit maritima Palaestinae. Hodie *Iaffa* dicitur, ubi appellunt, qui iter religiosum in terram sanctam suscipiunt. ταβιθά) Syrum אַתְרֵיט est ex Hebraeo כִּצְ *caprea*, mutatione טֵ כּ ut fit, in ט. Occurrit aliquoties apud interpretes Chaldaeos. Δορκῶς) Sic uocabatur inter Graecos, quomodo *Thomas Δίδυμος, Cephas Πέτρος*.

38. μὴ δυνῆσαι) Notat δυνεῖν *dubitare, recusare et cunctari, moras necesse, tergiversari*.

39. ἐπιδεικνύμεναι — ἱμάτια) Vestimenta confecisse uidetur pia matrona eo consilio, ut distribueret egenis. μετ' αὐτῶν ἔσα, *dum uiueret*.

40. θείς τὰ γόνατα) *Positis genibus, i. e. quum in genua procubisset, qui gestus est precantium*.

CAP. X.

Haecenus Iudaeis tantum et Profelytis circumcisis operam dederant Apostoli, quia in ea erant opinione, beneficia Messiae nonnisi ad Israelitas pertinere; ethnicos autem, si uellent participes fieri Messiae, debere prius circumcissione sociari Israelitis, quam fierent ciues regni diuini. Nunc autem prouidentia Dei factum est, ut ad ethnicos etiam accederent Apostoli, cuius rei initium fecit *Petrus*, ex promissione Christi Matth. XVI, 19. coll. Act. XV, 7.

I. Ἀνήρ — ἰταλικῆς) *Caesarea*, prius dicta turris Stratonis, florentissima erat, Palaestinae ciuitas, et sedes Procuratoris Romani. Ἐκατοντάρχης, *centurio*. Vt enim Latini a centenario

nario numero militum, quibus aliquis praefectus esset, nominarunt Centurionem, sic interpretando fecere Graeci *ἐκατοντάρχημν*, et *ἐκατόνταρχον*, qui est uetustioribus *ταξίαρχης*. *σπεῖρα*, *cohors*, ut recte Vulgatus. Erat haec cohors Caesareae in praefidiis, ubi etiam erant Syri milites, a quibus Romani siue Itali hic distinguuntur.

2. *εὐσεβής*, *pious*, qui uitam et mores suos instituebat ad normam legis naturae. *φοβούμενος τὸν Θεόν*, cultor ueri Dei, sed non circumcisus. Act. XV. Erat ex eorum Proselytorum numero, qui uocabantur *σεβόμενοι Ἕλληνες* c. XVII, 4. *σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ*, *Cum tota familia sua*, id enim hic *οἶκος* est, ut saepe apud Iosephum, aliosque. *τοιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ*) Iudaeis, quos ideo amabat, quod unum Deum colerent. *καὶ δεόμενος τῷ Θεῷ διαπαντός*) Assiduus in precibus fundendis ad unum et uerum Deum. Talis quum esset Cornelius, dignus est habitus qui primus ex gentibus Christianae societati adiungeretur.

3. *εἶδεν — ἡμέρας*) *Vidit uigilans*, tempore oblationis uespertinae. *φανερῶς*, *manifeste*, ita ut nulla sensuum fallacia Cornelium, talibus rebus haud assuetum, sollicitare posset.

4. *ἀνέβησαν εἰς μνημ. ἐν τ. θ.*) *Gratae et acceptae fuerunt Deo*. Metaphora ex eorum genere, quas Graeci uocant *γλυκείας*, ut: ferit sidera clamor, i. e. ad sidera peruenit; segetes gauderent frugibus; et plurima similia. Vel est similitudo sumta a suffitu legali; nam is proprie uocatur *ἡρῶν*, graece *μνημόσυνον*, Leuitici II. et alibi.

6. ἔτος — βυρσεῖ) Ipsum uocabulum βυρσεύς, et aliae rationes, quas b. *Walchius* Ien. filius affert, (diff. de Simone coriario) ostendunt, Simonem ex eorum coriarios genere fuisse, quos graeci βυρσοδέψας, latini *coriarios subactarios* nuncuparunt, qui ex caesorum animalium detractis pellibus coria praeparauerunt. ᾧ ἔστιν — θάλασσαν) Apud ueteres coriarii plerumque extra urbes, prope flumina, officinas et domos suas habuerunt, tum ob foetidos in eorum officinis et aedibus odores et sordes, tum uero, quod aqua hi, coria praeparantes, nullo fere pacto carere poterant. Vid. *Walch.* l. c.

7. τῶν προσκαρτερέντων αὐτῷ) Qui apparebant ei, i. e. ad iussa eius exsequenda pro foribus assistebant. Verbum προσκαρτερεῖν Datio personae iunctum notat, *adhaerere alicui, constanter alicui praesto esse*, et quum de seruis et ministris sermo est, *famulari, ministrare*. Sic *Demosthenes* in *Neaeram*, τὰς θερακαίνας τὰς Νεαῖρα τότε προσκαρτερέτας, *ancillas, quae tunc Neerae famulatae sunt*. In uerbis *Lucae* igitur Genitius τῶν προσκαρτερέντων, ante quem ἐκ subaudiendum est, tam ad δύο διμέτας, quam ad κρατιώτην referendus est.

9. ἀνέβη — δῶμα) *Ascenderat in tectum*. Τὸ δῶμα, *tectum domus*, quo sensu haec uox haud raro est apud *Iosephum*, e. g. *Ant.* VI, 4, 1. VII, 2, 1. Tectorum usus uti multiplex erat, sic et ibi, utpote ab omni perturbatione remoti, piis meditationibus dare se, precesque ad Deum fundere solebant ueteres Hebraei. Cf. supra c. I, 13.

10. ἐγένετο δὲ πρόσπεινος) *Valde autem esuriit.* Particula πρὸς auget significationem. ἤθελε γεύσασθαι) *Cupiebat cibum capere, comedere,* absque Hebraismo, quum haec huius uerbi notio fit satis frequens Graecis. Hesychius : γεύσασθαι, πειράσαι, ἀφασθαι. Vbi bene monet Cel. *Ernesti,* πειράσαι forte ita dictum esse, uti apud nos : *uersuchen,* de cibus. παρασκευάζοντων) *Parantibus autem illis cibos,* sc. iis, quorum erat *parare.* Παρασκευάζειν h. l. de parandis cibus est intelligendum. ἐπέπεσεν — ἔκκασις) ἐξέκασθαι h. l. est, (ut in Apologia Apuleius) *ad obliuionem praesentium externari.* Victorinus de Contempl. Lib. V. *Mentis alienatio est quando praesentium memoria menti excidit.* In ecstasi itaque esse dicitur, qui alicuius rei profunda cogitatione ita estmersus et defixus, ut rerum externarum sibi non sit conscius, et sensuum externorum usus aliquamdiu cesset. In Petro causa huius ἐκκασεως erat in precando. Mersus diuinarum rerum profunda cogitatione ita quasi descenderat in se, ut nesciret quid extra se gereretur. Vid. 2 Cor. XII, 2.

11. καταβαῖνον σκῆυος — τῆς γῆς) *Vtensile, tanquam linteum magnum, alligatum extremis partibus quatuor, uidit descendere, i. e. demitti ad sese usque, et deferri supra terram.* Σκῆυος, hebraeum חֶבֶד, significat omne id, quod in usu est domestico, etiam e lino aut lana. Ἀρχὰς cuiusuis rei extremitates satis graece dicas. Sic in Glossario ἀρχὴ ἐίφους, *micra.*

12. πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς) *Varii generis seu conditionis animantes quadrupedes.* καὶ τὰ θῆρια — ἑρᾶν) Scilicet munda et immunda.

13. ἑύσου καὶ φάγε) i. e. Maesta omnia ista, et de omnibus ede. His symbolis non solum significatum est, licere Petro omnibus gentium cibis uesci, sed, ipsos gentiles, quos antea denotarant animalia immunda, iam esse mundos, u. 28. i. e. licere homini Iudaeo consuetudine eorum uti; annunciandum iis esse Euangelium sicuti Israelitis.

14. μηδαμῶς) Nequaquam scilicet faciam hoc, ut de istis comedam. πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον) *Impurum.* Alterum per alterum explicat. Sic *cibos profanos ac nefarios* dixit Apuleius. κοινὸν, commune est, quo uulgo utuntur gentes, non etiam populus Deo sanctificatus.

15. πάλιν ἐκ δευτέρου) Per pleonasmum. Repetendum uero est uerbum ἐγένετο ex u. 13. ut ἀπὸ τοῦ κοινῆ. ἃ δὲ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνῃ) *Quae Deus tanquam munda commendat, tu ne pollue,* i. e. ne polluta dixeris aut existimes. *Rem facere* dicuntur, inprimis apud Poetas, qui eam talem esse scribunt, qui modus loquendi etiam apud Philonem reperitur. Potuerat credere Petrus, hoc uiso tantum indicari, permitti iam cibos lege uetitos. Quum uero linteam illud de coelo uenisset, et in coelum receptum esset, primum suspicatus est, maius aliquid latere, infra u. 17. Deinde, quum eodem tempore a Cornelio arcefferetur, et a Deo iuberetur ad eum ire μηδὲν διακρινόμενος, intellexit, linteam illud de coelo delapsum esse ecclesiam coelitus collectam, et in coelum redituram. In hanc ecclesiam colligi debent non tantum animalia munda,

da, quomodo se Iudaei uocabant, sed et immunda, quo nomine Iudaei appellabant alienigenas.

16. ἐπὶ τρις) Iterum uocula ἐπὶ abundat. Simili pleonasmō ἐς siue εἰς ponunt Profani. Polyb. III, 28. ἐπὶ τρις. Theocritus *Idyll.* 17, u. 71. ἔκλαγε φωνῇ ἐς τρις, *ter uoce insonuit.* Solent uisa et oracula, quae penitus animo infigi Deus uult, repeti.

17. τί ἂν εἶη τὸ ὄραμα ὃ εἶδε) *Quid sibi uellet, s. quid significaret uiso illa, quam uiderat.* Palaephatius de incredib. c. 32. εἰθαύμαζον τί ἂν εἶη τὸ γεγονός, *mirabantur quid sibi uellet id quod acciderat.* διερωτήσαντες τὴν ἑλίαν σίμωνος) *Interrogando, s. percunctando inuentis aedibus Simonis, nempe coriarii, ut supra u. 6.*

18. φωνήσαντες) *Vocantes portae curatorem.*

20. ἀλλὰ ἀναστὰς κατέβηθι) Eleganter particula ἀλλὰ adhibetur in *adhortando*, et uerti debet *agedum* ut ap. Xenoph. *Cyrop.* I, 3. ἀλλὰ κρέαγε εὐωχῶ. μηδὲν διακριόμενος) *Nihil haesitans, nempe ideo, quod illi, ad quos arcefferis, Iudaei non sunt.* ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς) *Actium pro duplici Actiuo, i. e. feci, ut mitterentur.*

22. μαρτυρούμενος — ἰεράειον) *Non unius et alterius, sed totius gentis laudibus ornatus.* Est ergo illud ὅλις acute pronounciandum. ῥήματα) *Sc. τῆς ζωῆς, ut supra V, 20. uel πάντα σοι ὑπὸ τῷ θεῷ προστεταγμένα. inf. comm. 33.*

23. ἐξένισε) *Recepit hospitio; participes fecit hospitii sui, uolente Simone coriario.* Τῶν ἀπὸ τῆς Ἰούδα
της)

της) *Ioppenſium*. Sic ap. Herodot: δι ἀπὸ τῆς σπάρτης, *Spartani*.

24. καὶ τῇ ἑπαύριον) sc. ἡμέρα. Eadem phraſis u. 23. Sensus eſt: Poſt aduentum nuntiorum Cornelii altera die Petrum iter eſſe ingreſſum, et poſt hanc altera, i. e. tertia die, poſtquam Ioppa exiuiſſet, Caefaream perueniſſe. τὰς ἀναγκαίης φίλης) *Amicos neceſſarios*, sc. *intimos*. *Neceſſarii* interdum etiam ſunt *conſanguinei*, uel *affinitate iuncti*. Sed h. l. nonniſi *familiares* intelligendi eſſe uidentur; nam improbable eſt, centurionem, hominem Italum, multos *conſanguineos* Caefareae habuiſſe; nec opus erat conſanguineos et affir. iam uoce *συγγενεῖς* notatos, iterum commemorari; *familiarium* uero, improbable eſt, mentionem non fieri, quos tamen a centurione aduocatos fuiſſe uix eſt, quod dubites.

25. ὡς δὲ ἐγένετο (τῷ) εἰσελθεῖν τὸν Πέτρον) *Quum in eo eſſet, ut fores intraret Petrus*. προσεκύνησεν) Iudaei quidem, et aliae gentes Orientis eum honorem exhibebant, non regibus tantum, ſed et aliis in dignitate poſitis. At apud Graecos et Romanos is mos Deorum honori referuatus erat.

27. συνομιλῶν αὐτῷ) A loco quo ei obuiam factus eſt ad introitum domus eius. Cf. Luc. XXIV, 14. Hoc ſolent una ambulantes.

28. ὑμεῖς ἐπίστασθε — ἀλλοφύλῳ) *Vos ſcitis nefas eſſe Iudaeo familiariter uti externae ſ. alienae gentis homine, imo etiam adire eum*, sc. extra neceſſarios uſus. Ἀλλόφυλος apud

apud Iosephum duplici sensu occurrunt. Primo enim, et quidem κατ' ἐξοχήν ita dicuntur *Palaeстинi* s. *Philistaei*, ut Ant. IX. 5. 3. deinde in uniuersum omnes, qui neque ortu, neque religione Iudaei sunt, ut Lib. eodem c. 6, §. 6. Hoc loco ἀλλόφυλος intelligitur quicumque Gentilis, neque religione Iudaeus. καὶ ἐμοὶ — ἀνθρώπων) *Sed Deus me edocuit neminem hominem censere impurum.* Sic igitur Petrus euentu et facto intellexit, non amplius fore discrimen populi sancti et populorum ex opinione Iudaica impurorum, paganos potius aequè recipiendos in coetum Dei ac Iudaeos. Nam κοινὸς, ἀκάθαρτος est, qui ex opinione Iudaica exclusus est e communione populi Dei. Ceterum apparet ex hoc exemplo, quantam uim habuerint uisa ad edocendos Apostolos de rebus magni momenti ad religionem pertinentibus, ueluti hic edoctus est Petrus, Paganos recipiendos esse in coetum christianum. Quam utilis, quam scitu necessaria Apostolis fuerit haec ueritas, non est cur multis moneamus. Habemus hic etiam exemplum eius rei, quam promiserat Christus Io. XIV, 26. Nam disertis quidem uerbis praeceperat Christus Apostolis, ut omnes gentes docerent, Marc. XVI, 15. 16. Quoniam uero obliti erant huius mandati, per Spiritum sanctum iterum erant monendi.

29. (ἐπὶ τίνι λόγῳ) *Quam ob causam.* Perinde est siue inter Hebraismos, siue inter locutiones bene graecas referas hanc Phrasin. Polybius: πρὸς τινα λόγον.

30. ἀπὸ τετάρτης — ὥρας) i. e. *dies nunc quartus est, quo ieiunauit usque hanc horam; nempe ad horam nonam illius diei, de quo sermo,*

32. ὁ παραγευόμενος λαλήσει σοι) *Qui ubi aduenerit loquetur tecum*, siue dicet cetera, nimirum pertinentia ad salutem tuam et tuorum.

33. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ) *Inspectante Deo*, qui corda nostra nouit, et scit nos sincero animo cupere audire et discere uoluntatem diuinam. Vetustior uidetur esse lectio Syri et Latini ἐνώπιόν σου.

34. ἀνοίξας — τὸ στόμα) *Exorsus est Petrus*. Cf. Matth. V, 2. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι) *Reipsa deprehendo*. Petro persuasum fuerat, nefas Iudaeo esse cum gentibus uersari. Hanc opinionem uisione eius, cuius mentio u. II. et deinceps, eripere ei Dominus conatus erat. Quum autem adhuc subdubitaret, edoctus iam est amplius Cornelii exemplo, uerum esse, quod significatum ei aenigmaticè κατ' ἄφην fuerat; unde ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνεσθαι se ait, i. e. ipsa ueritate ad mutandam sententiam se cogi. ὅτι ἐκ ἐστὶ προσωπολήπτης ὁ Θεός) *Deum non habere rationem dignitatis s. externae conditionis hominum*. Nam *Personarum acceptor* est, qui personarum habet rationem, et inter eas discrimen aliquod statuit. Vox hebraeo-graeca, apud alios Auctores non occurrens, praeter sacros.

35. ἐν παντὶ ἔθνει) Non indifferentismus religionum, sed *nationum* hic asseritur. Deus non tantum Iudaeos sed et ex omnibus aliis nationibus homines beneficiorum Christi participes fieri uult. ὁ φοβούμενος αὐτὸν, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην) *Colens eum, et exercens uirtutem*, pro modulo cognitionis primae, uel ex lumine naturae, uel ex uerbo reuelato hauitae. δεκτὸς αὐτῷ ἐστὶ)

Gratus

Gratus et acceptus ei est, et maiora accipit, quamuis sit non circumciferus.

36. τὸν λόγον — κύριος) *Quod attinet ad doctrinam, quam (Deus) tradidit Israelitis, promittens illis felicitatem per Iesum Christum, hic (Iesus) est omnium Dominus, i. e. huius doctrinae summa est haec, Iesum esse omnium Dominum. Hic sensus huius loci esse uidetur. Ceterum uariae sunt interpretum de sensu huius loci sententiae, quas omnes recensere, instituti ratio non permittit. Haud contemnenda est sententia ea, qua uerba ὑμεῖς ἴδαστε a comm. 37. auelluntur; τὸν λόγον uero et comma 37. τὸ γενόμενον βῆμα, uti per appositivum iuncta censentur; ut sensus sit: *Verbum quod misit Israelitis, annuncians pacem per Iesum Christum, (hic est omnium Dominus,) ipsi nostis, uerbum inquam, quod factum est per totam Iudaeam.* Ita fere Erasmus. Sed conuenientius genio linguae graecae esse uidetur, si dicamus, τὸν λόγον esse pro κατὰ τὸν λόγον, ut iam Camerarius est suspicatus, ut sensus sit: *Quod attinet ad doctrinam* etc. Aliis τὸν λόγον ὃν ἀπέσειλε est Hebraismus, ex quo ΠΝ ualet, *hoc est*, uti Hagg. II, 5. Zach. VII, 7. VIII, 17. ut sensus esset: *Hoc est quod promisit* etc. aut etiam: *quod pertinet ad rem, quam* etc. quemadmodum ΠΝ cum Substantiuo sumitur Gen. XXI, 13. 2 Reg. IX, 27. 2 Chron. XXXIV, 26. Alii denique λόγον, construunt cum εὐαγγελιζόμενος, et hoc Participium non referunt ad Deum, sed ad Petrum. λόγος, *doctrina*. Ἐιρήνη *felicitas*.*

37. τὸ γενόμενον βῆμα) *Rem gestam, negotium gestum*; nam βῆμα, sicuti hebr. דָּבָר saepe *res, negotium*, et intelli-

intelligenda sunt miracula Christi, ut patet ex sequentibus. ἀρχάμενον ἀπὸ τῆς γαλιλαίας) *Cuius rei factum initium in Galilaea.* Ei regioni satis uicina Caesarea, ab Hierosolymis remotior, u. 39.

38. Ἰησοῦν — δυνάμει) *Vt nempe Deus Iesum Nazarenum largissime donauerit spiritus sancti donis etc.* Vocula ὡς hic omnino transposita est, et αὐτὸν abundat, uti τέτων supra c. I, 22. quod exemplis similibus illustrat Kypke ad h. l. Δύναμις, *uis miracula edendi.* Ungere, tropice sumtum, in uniuersum est *tribuere aliquid*, reddere idoneum alicui negotio, saepe etiam inaugurare. Ratio huius tropicae significationis quaerenda est in ritu Symbolico Iudaeorum, qui ungere solebant reges, Sacerdotes, et alios; qua actione Symbolica significabant, hominibus illis, qui aleo illinerentur, tribui a Deo dona insignia negotio alicui gerendo necessaria. Ergo phrasis: *Deus unxit Iesum Spiritu*, sine tropo recte exprimitur: *Deus dedit Iesu Spiritum.* Πνεῦμα καὶ δύνάμεις, *diuina uis.* Hac diuina ui instructus esse dicitur is, qui uel facit, uel habet, quae ipse nec facere, nec habere potest, sed Deus per eum agit, eique dat. Nominatim Prophetae instructi esse dicuntur πνεύματι καὶ δυνάμει, (ut Elias et Ioannes Baptista, Luc. I, 17.) i. e. idonei redditi a Deo uel ad docendum uel ad patranda miracula. Quum igitur Iesus dicitur instructus fuisse πνεύματι καὶ δυνάμει, tum spectatur qua est legatus diuinus. Cf. Io. III, 34. Hac diuina ui non tantum docendi, sed etiam miracula patrandi instructus Iesus διήλθεν — διαβάλλει, *peragrauit* (Palaestinam) *benefaciens, et sanans omnes in potestatem diaboli redactos*, i. e. omnes daemones, omnis generis

generis aegrotos, nam phrasis *in potestatem diaboli redactum esse* est periphrasis hominis daemoniaci. Alias καταδυναστεύμενοι dicuntur, *qui oppressi sub iugo crudelissimae seruitutis ingemiscunt*, uti apud Ioseph. XII, 2. 3. Ὁ θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ, *Deus eum adiuuit.*

40. ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι) Fecit enim cognosci, uisu, auditu, tactu, 1 Io. I, 1. uel ita instituit, ut ille conspicuus fieret. Δέναι, ex hebr. {גן}, *disponere.*

41. ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προεχειροτονημένοις) *Declaratis prius ab Deo testibus. χειροτονεῖν, proprie sublata manu eligere, ut in Graecia manibus sublatis fiebant electiones magistratuum, deinde eligere, creare, declarare quocumque modo. διτινες — αὐτῷ) i. e. consuetudine eius usi sumus, et familiaritate.* Haec addidit Petrus, ut maiorem fidem suis dictis adstrueret.

42. ὅτι αὐτὸς — νεκρῶν) i. e. quod a Deo fit constitutus omnium hominum, nunc uiuentium, et eorum qui olim in terris uixerunt, iudex et dominus, praemia et poenas olim distributurus. Nomen κριτής h. i. omnem gloriam Christi synecdochice exprimit, fideliumque respectu coronidam denotat beneficiorum Christi, 2 Tim. IV, 8. coll. Hebr. XII, 23.

43. τότε — μαρτυροῦσιν) Omnes, i. e. plurimi Prophetarum de eo testantur. Sic enim πάντες saepe ex re ipsa est sumendum. Pertinent huc omnes loci V. T. ubi Prophetarum loquuntur de foedere nouo, in quo ἄφεσιν ἁμαρτιῶν futuram esse dicunt. Prophetas N. T. nonnulli intelligunt, i. e. Apostolos et alios doctores christianos; sine urgente

necessitate, ut mihi quidem uidetur. Ἀφῆσις ἀμαρτιῶν hic ponitur pro omnibus Christi beneficiis, quorum haec est caput quasi et summa. Ergo sensus est, Prophetas praedixisse, Messiam redditurum esse felices omnes eos, qui eius religionem susceperunt.

44. ἐπέπεσε — τῶν λόγων) *Acceperunt Spiritus sancti dona extraordinaria, omnes audientes sermonem.* Ἐπιπέπτειν, ut latinum *illabi*. Aen. III, 89. *animis illabere nostris*. Erat autem haec dispensatio plane necessaria, ut disceret Petrus, et per Petrum Apostoli, non negandum illis aquae baptismum, quibus etiam Spiritus baptismum Deus impertiret.

45. ἐξέζησαν — τισιν) *Obstupuerunt Christiani ex Iudaeis.* Nam περιτομή per transnominationem *homines circumcisi*, Rom. IV, 9. Gal. II, 7. 8. 9. ἐκκέχυται) *Eadem uox, quae supra II, 17. 33. respondet hebraeo יָדַשׁ* I Joel II, 28. et copiam ingentem donorum significat. Mirati sunt Iudaeo-christiani, quod gentiles dona Spiritus sancti accepissent, quia putabant, neminem gentilium sine circumcisione et transitu ad Iudaismum iura ciuitatis christianae adipisci posse.

46. καλέντων γλώσσαις) *Sc. διαφόροις uel ἑτέροις.* Variis linguis, ut Apostoli et alii in primo coetu, c. II, 6. 11.

47. ὕδωρ κωλύσαι) *Id sic dicitur, sicut prohibetis aquas* apud Ouidium. Prohibet aquas Deus, quum imbrem negat; prohibet aquam, qui non finit bibi, et qui non finit lauare. Hoc loco sensus est, neminem posse prohibere, uel nihil omnino obitare, quo minus baptizentur ii, qui pariter atque ipsi Spiritum sanctum accepissent.

CAPUT XI.

2. Διεκρίνοντο) *Disputabant*; nam uerbum διακρίνεσθαι significat in sacris litteris *disceptare, ambigere, dubitare*. In sermone graeco significat et *decernere*. Putabant Christiani ex Iudaeis, derogari nobilitati gentis iudaicae, si Iudaeus familiariter uteretur homine ethnico.

3. ὅτι) Subintellige: *Hoc querimus, uel τὶ, cur?*

4. ἐξέτιθετο) *Narravit*; nam ἐκτίθεσθαι in N. T. saepe est *narrare, exponere, explicare*. Sic e. g. infra c. XVIII, 26. XXVIII, 23. Hanc significationem accepit ad imitationem hebraici קָטַב, ut Iobi XXXVI, 15. Est tamen hoc sensu quoque apud Iosephum A. I, 12, 2. Καθεξής, *Singil. latini*; a capite ad finem. Nuda rei gestae narratio sufficere poterat ad Petrum excusandum.

12. οἱ ἑξ ἑδδαφοῦ ὅτοι) Qui testari poterant, a Deo dona Spiritus sancti in *Cornelium* et domesticos eius effusa.

15. ἐν δὲ — ἐν ἀρχῇ) *Quum ego uero coepissem uerba facere, tributa sunt hominibus illis dona Spiritus sancti, uti et nobis ab initio, nempe die pentecostali*. Ἐν τῷ ἀρχαῖσθαι με, paullo laxius accipiendum est, ut non uertatur *quum inciperem, sed quum coepissem*, quod fieri potuit in media illa oratione. Cf. c. X, 44.

16. ἐμνήσθη — ἀγῶ) Supra c. I, 5. Hanc Christi promissionem Petrus non tantum ad Apostolos, sed ad omnes Christianos referri uult.

17. ἐγὼ δὲ — τὸν Θεόν;) Pro: ἵνα δυνατὸς ᾶ. Quis ego eram, ut Deo possim obfistere? Deus eos tales uocauit ad salutem, non ego.

18. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα, ἠσυχάσαν) *His auditis fluerunt*, siue, ut uertit Vulgatus: *tacuerunt*. Verbum ἠσυχάσαι hac notione aliquoties est apud Philonem, ueluti Lib. I, Alleg. εἰπὼν — εὐθὺς ἠσύχασεν, *quum dixisset — mox tacuit*. ἄραγε — ζωὴν) *Ergo etiam Paganis Deus concedit, ut emendentur* (ad christianam religionem perducantur) *suae felicitatis causa*. Μετάνοια h. l. est transitus a falsa religione ad ueram, et nominatim a gentili superstitione ad christianam religionem. Sensu theologico hic non sumi uocem ματάνοιας inde apparet, quod Cornelius cum familia sua uir εὐσεβὴς fuisse dicitur, c. X, 2. Sic etiam quum de *Iudaeis* fermo est, μετάνοια haud raro est transitus a contentu Messiae ad uenerationem eius, ad religionem christianam.

19. οἱ μὲν ἔν — Ἀντιοχείας) *Qui ergo dispersi fuerant inde a tempore calamitatis, quae Stephano acciderat, hi itinera fecerunt usque Phoenicem, Cyprum et Antiochiam*. Ἡ θλίψις ἡ γενομένη ἐπὶ Στεφάνῳ, *calamitas quae acciderat Stephano*. De dispersis illis uid. supra c. VIII, 1. sq. *Antiochia*, cuius hic fit mentio, est Antiochia Syriae, qua haec Ciliciam spectat. Fuit haec urbs, Strabone teste, metropolis Syriae, et sedes regia illorum, qui huic regioni imperitarunt, ad Orontem fluum. Cicero orat. pro Archia c. 3. eam uocat locum nobilem, celebrem quondam urbem, atque eruditissimis hominibus liberalissimis studiis adfluentem. Habitabant in ea Graeci; sed
et

et Iudaei habebant ibi splendidissimam Synagogam, teste Iosepho, de B. I. Lib. VII, 3, 3. Ad hanc urbem exules Christiani, qui Hierosolymis secesserant, uelut ad tutum aliquem portum confugerunt.

20. ἐλάλην πρὸς τοὺς ἑλληνας) Legendum potius ἑλληνας. Si enim Christiani illi Cyprii et Cyrenaei Hellenistas docuissent, nihil fecissent aliud nisi quod etiam fecerant illi, de quibus u. 19. dictum est. Nam Hellenistae etiam fuerunt Iudaei, qui tantummodo alia lingua utebantur quam Iudaei Palaestineses. Legendum est igitur ἑλληνας, *Graecos*, i. e. Paganos. Hanc lectionem habent uersio latina antiqua et Vulgata, Chrysostomus et Eusebius.

21. χεῖρ κυρίου) *Auxilium diuinum*, sc. per Euangelium se exferens.

22. ἠκούσθη εἰς τὰ ὦτα) i. e. ἠκούσθη τοῖς ὦσιν, *auribus auditus est sermo ille*, uel *res illa*. Pleonasmō emphatico, ut: Vocemque his auribus hausit.

23. τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ) *Beneficium diuinum*, i. e. incrementum ecclesiae. τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ κυρίῳ) *Vt firmo et constanti animo adhaerent domino*, i. e. religioni christianaē, quam amplexi erant. Πρόθεσις τῆς καρδίας h. l. est *firmus et constans animus*, ut 2 Tim. III, 10. προσμένειν, *adhaerere*, ut apud Ioseph. Ant. XIV, 2, 1. μόνων τῶν ἱερέων Ἀριστοβέλου προσμενονόντων, *quum soli sacerdotes Aristobulo fide constante adhaerent*.

25. σάβλον) Prae ceteris Paulus erat idoneus ad hoc negotium, quia a Christo ipso delectus, adhaec etiam linguae graecae peritia erat instructus. Paulus in patriam,

Tarsum confugerat, propter infidias sibi a Iudaeis stru-
ctas. c. IX, 30.

26. *χρηματισται*) Sat crebro vox *χρηματισται* neutraliter
notat, *denominari, nomen accipere*. Vid. *Kypke* in h. l.
χριστιανός) Antea *discipuli* Christi, *πιστοί* tantum uocabantur,
uel fortasse Nazareni et Galilaei. Quaerunt eruditi, an hoc
nomen sibi ipsis imposuerint discipuli, an ab aliis illud
ipsis sit impositum? Credibile est, ab aliis esse impositum.
Nam Antiocheni ad iocos et dicteria erant prouisi, *Zosimo*,
Iuliano, *Procopio*, aliisque testibus. Quum igitur, qui par-
tes Anticaesaris alicuius sequebantur, solerent nomine ita
deficiente a Latinis appellari, e. g. Caesariani, Pompeiani,
Mariani, Herodiani; morte principis autem illae partes ex-
tinguerentur; Antiochenis mirum uidebatur, discipulos Chri-
sto Regi, quem ignominiosa morte sublatum ipsi fateban-
tur, adhuc adhaerere; unde illis per ludibrium istud no-
men imposuerunt. Christiani igitur sunt affectae Christi.
Hoc nomen adeo non auersati sunt qui Christo nomen de-
derant, ut potius honori sibi duxerint. Si discipuli sibi
ipsis imposuissent, multo frequentius et promiscue eo ute-
rentur, quum tamen non nisi tribus locis reperiatur, hic,
et infra XXVI, 28. et 1 Petr. IV, 16. Antiochiae pri-
mus erat coetus Christianorum, ex Iudaeis et gentilibus
mixtus. Nam haecenus Iudaeo-christiani nondum in unam
societatem coierant cum iis, qui ex gentilibus ad Chri-
stum accesserant.

27. *προφήται*) De Prophetis N. T. consuetanda sunt
inprimis loca in Epist. ad Roman. XII. et 1 Cor. XIII.
XIV. Fuerunt, ut patet ex his aliisque locis, uiri tales,
qui

quī subito quodam et inopinato saepe Spiritus Sancti afflatu ad publice dicendum in ecclesia impellebantur, et nunc docebant, nunc Deum carminibus celebrabant, nunc preces recitabant, uel etiam uaticinia proferebant, et arcana auditorum cogitata retegebant. Dignitate inferiores erant Apostolis, superiores uero ceteris doctoribus omnibus. Eph. II, 20. III, 5.

28. λιμὴν μέγαν μέλλειν ἔσσεθαι) Constat, auctoribus *Dione Cassio* Lib. LX. *Suetonio* in Claudio c. 28. et *Tacito* Annal. XII. 43. sub Claudio non semel, sed aliquoties, nec in Iudaea solum, sed Romae etiam, famem esse grassatam. *Krebsius*, qui omnino hic conferendus, illam famem, ab Agabo praedictam, pertinere existimat ad Claudii annum quartum, quo fames exorta est, quae anno sexto adhuc durauit. ἐφ' ἄλλην τὴν δεικνυμένην) Intellige aut *magnam Romani imperii partem*, aut *terram Iudaicam*, quod posterius probabilius, quum u. 29. discipuli Antiochiae habitantes (ibi igitur fames non faeuit,) dicantur pecuniam misisse Christianis in Iudaea degentibus. Confirmat hanc sententiam Iosephi locus A. III, 15. 3. ubi de fame loquitur, quae non diu ante Iudaicum bellum, principatu Claudii, pontificatum obtinente Ismaele in *Iudaea* fuerit.

29. καθὼς εὐπορεῖτό τις) *Prout cuique suppetebat*. Elliptica est locutio, in qua Genitiuus χρημάτων, aut simile quid supplendum est: *uti cuique opes suppetebant*. Plane *Strabo* Lib. III. Celtiberos uocat χρημάτων εὐποροῦντας, *diuites*. ὄρισαν) Descripserunt, definiuerunt pecuniae certam summam. εἰς διακονίαν) *Ad leuamentum pauperum*. Cf. supra c. VI, I. τοῖς κατοικ. — ἀδελφοῖς) Qui pauperes ferme erant;

erant; nam sua iam erogauerant, a Iudaeis autem quod sperarent, non erat.

30. πρὸς τὰς πρεσβυτέρους) Haec prima est Presbyterorum in ecclesia mentio. Iudaeis כְּנִיָּיִמ dicti, non solum qui iudiciis publicis, sed et qui synagogis singulis praeerant. Totum autem regimen ecclesiarum Christi conformatum fuit ad synagogarum exemplar. Ex epistolis Apostolorum utcunque colligi potest, hos Christianorum Presbyteros partim docuisse, partim rerum externarum curam in coetu christiano habuisse. διὰ χειρὸς) *Per*, hebr. more, כִּי.

CAP. XII.

1. **K**ατ' ἐκεῖνον — τῆς ἐκκλησίας) *Circa illud tempus, nempe regnante Claudio, Romanorum Imperatore. Herodes iste, de quo hic sermo est, apud scriptores profanos uulgo Agrippa, et quidem Maior, dicitur. Hic Herodes s. Agrippa nepos fuit Herodis illius Magni, cuius mentio Matth. II. filius Aristobuli, Herodis M. iussu interfecti, et patruus Philippi Tetrarchae. Titulum Regis, et Tetrarchiani, quae Philippi fuerat, debuit munificentiae liberalitatis Imperatoris Caii, Ioseph. A. XVIII, 6. 10. qui non multo post addidit tetrarchiam Herodis, fratris ipsius, Lugdunum in exilium eiectioni. Neque minus eum auxit et ornauit Claudius Imperator, qui, teste Iosepho Ant. XIX, 5, 1. imperio Agrippae adiecit, quicquid Iudaeae et Samariae olim ad eius aui Herodis regnum pertinebat. Hic igitur Herodes, ualde studiosus iudaicae legis ἐπέβαλεν τὰς χεῖρας — τῆς ἐκκλησίας, manus admouit, i. e. coepit affligere, nonnullos Christianos. Hebraeum est כִּי חָלַשׁ, quod saepe*

saepe uertitur ἐπιβάλλειν, siue ἐκτείνειν χεῖρα. Τινὲς τῶν ἀπὸ τ. ἐκκ. h. l. synecdochice sunt *praefides ecclesiae*, sicuti τῆς ἀπὸ τῆς σοῶς est Stoicus Philosophus.

2. ἀνεῖλε — μαχαίρα) Filium Zebedaei, Matth. XX, 23. qui etiam uocatur Maior, distinguendus a Iacobo minore, Alphaei filio, et Iudae fratre. Haec Hierosolymis aëta sunt. Nam praeter alias tetrarchias etiam Iudaeam proprie dictam a Claudio accepit Agrippa. Ioseph. A. XIX, 5, 1. Alter Iacobus, cuius postea quoque mentio fit, ab Anania Pontifice fuit interfectus, regnante Nerone.

4. τέσσαραι τετραδίοις στρατιωτῶν) *Quatuor quaternionibus militum*, i. e. sedecim militibus. Milites, quibus custodia captiuorum uel carcerum, aliorumque locorum committebatur, quatuor apud Romanos simul esse solebant, qui quatuor noctis uigilias forte diuidebant. Vide *Polybium* L. VI, c. 33. *Philonem* in Flacc. p. 981. A. Erat igitur Petrus in conclaui quodam carceris interioris, duobus militibus alligatus, infra u. 6. Ante hoc conclaue sedecim hi milites erant, et ita quidem, ut quaterni singulis uigiliis excubias agerent, reliqui ibi dormirent, usque ad illud tempus, quo quemque ordo euocabat. Vid. *WALCHII* *diff. de uinculis Petri* etc. ἀναγαγεῖν, et mox προάγειν est *producere* aliquem tanquam reum, partim ut ad crimina respondeat, partim ut poenas luat.

6. τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ) Quum producturus scilicet esset postridie Herodes Petrum. Somnus autem Petri indicat bonae conscientiae et confidentis Deo animi securitatem. μεταξὺ — δυοῖ) Militibus adligatus et quidem duabus catenis. Utraque nempe manus, ut eo tutior esset custodia, singu-

lari catena fuit onerata; ita, ut dexta ad alterius militis finistram, sinistra ad alterius dextram esset alligata, ope nempe manicarum, quarum formam et usum *Walchius* l. c. descripsit.

7. ἐν τῷ δίκηματι) Ὀικημα idem est quod δεσμοτήριον, *carcer*, apud Atticos praefertim. Vid. *Kypke* et *Wetsten. πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν*) Vt solent, qui aliquem uolunt excitare.

8. περιίχουσαι) Ἐκφρασις quaedam ista est uestitus. Cingulum, inquit, circumdato, et uincula calceorum, et amicor pallio tuo. Περιβαλέσθαι est *amicire*, et σανδάλια sunt calceamenta.

10. διελθόντες — τῆς πόλις) Non contemnenda est *Lightfooti* sententia, conicientis, carcerem hunc fuisse extra ciuitatem intra duos extimos muros. Si enim fides habenda scriptoribus iudaicis, triplex murus urbem Hierosolymam cinxit, quorum interior et antiquissimus sexaginta, exterior nonaginta, medius 14 turres habuit. In una harum turrium detentus fuisse Petrus uidetur. Per *primam custodiam* Lucas intelligit *primos excubantes uigiles*, metonymice, ut: *Noctem custodia ducit insomnem ludo.* Ἦλθον ἐπὶ — τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν) *E carcere in ipsam urbem Hierosolymorum.* Sine dubio turres interioris muri duplicem habuere portam, quarum altera ad ciuitatem, altera ad pomœrium, siue illud spatium, quod inter interiorem et medium murum fuit, duxit. αὐτομάτη) Ἀυτομάτως fieri dicitur, quod fit sine labore humano.

11. καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ) *Petrus uero, quum ad se rediisset*; i. e. quum somno penitus dissipato, et animo ex stupore ob rem inopinatam iterum collecto, satis sibi conscius esset, et quid secum ageretur rectius intelligeret et perpenderet. De his, qui ex stupore aliquo et perturbatione ad se redeunt. Polyb. I, 49. ταχὺ δ' ἐν αὐτῷ γενόμενος. *Horatius* Epist. II. 2. 138. ubi — redit ad sese. τῶν Ἰουδαίων) Qui festi celebrandi causa magno numero Hierosolymas conuenerant.

12. συνιδῶν τε) *Considerato ubi locorum esset*, quaesivit proximam domum fidorum sibi. *Considerans*, uel *deliberans*, quid uidelicet agendum esset, ut saepe apud Profanos. τῷ ἐπικαλυμένῳ Μάρκῳ) Graeci hunc Ioannem cognomento Marcum, Euangelistam Marcum fuisse perhibent, consobrinum Barnabae, cuius Petrus ad Euangelii praeconium opera sit usus.

13. τὴν θύραν τῷ πυλῶνος) *Ianuam uestibuli*, s. *aediculae portam continentis*. Per πυλῶνα *conclauae*, s. *conclauia* intelliguntur, quae portae adiacent, s. superstructa sunt. Sic Polybius L. XV, c. 29. τὸν χρηματιστικὸν πυλῶνα τῶν βασιλείων uocat portam regiae et uestibulum, in quo reges soliti de negotiis conueniri. ὑπακῆσαι) Hoc loco denotat *audire* pulsantem ostium, et sciscitando cognoscere quis adsit. *Demosthenes* in *Euerg.* ἐκέλευσα δὲ τὴν ἀνδρωπον τὴν ὑπακῆσαι μετελθεῖν αὐτὸν, Iussi ancillam, quae, *quum audiisset pulsantem*, praesto fuerat, accersere ipsum. Ῥόδη) *Menander* Antistita ap. *Stob.* bis Ῥόδη, mulieris nomen. Quemadmodum *Susanna* nomen habet a liliis, *Hadassa* a myrto, ita *Rhode* a Rosa. In *Inscriptionibus*.

15. ὁ ἄγγελος αὐτῆ ἰσιν) De angelo tutelari hoc nonnulli intelligunt. Loquitur ancilla ex opinione uulgi; nam Iudaei et ethnici angelos tutelares dari crediderunt. Durior est eorum sententia, qui de angelo mortis cogitant. Potuit etiam ancilla in ea fuisse opinione, nuncium a Petro e carcere missum adesse cum mandatis. Hoc sensu uox ἄγγελος occurrit Luc. VII, 24. et alias saepe.

17. κατασίαιας — σιγᾶν) Κατασίαιον in uniuersum est, alicui manu, uel alio quocunque modo, signum dare. Sic est apud Iosephum A. XVII, 10, 2. Deinde in primis Oratores κατασίαιον τῇ χειρὶ dicuntur, quum, orationem habituri, manu silentium indicunt; ap. eundem A. VIII, 11, 2. Ἰακώβω) Fuit is Iacobus minor, Alphaei, auctor epistolae, Episcopus Hierosolymorum. καὶ τοῖς ἀδελφοῖς) Iis, qui in eo loco tunc non aderant. Multis enim in locis coetus habebant, ne nimia multitudo in unum conglobata suspetiores eos faceret. εἰς ἕτερον τόπον) Ne forte ibi, quo multi conuenerant, quaereretur. Pontificii nonnulli sine idoneis rationibus statuunt, Petrum concessisse Romam, ibique episcopatum suscepisse. Mox eum rediisse Hierosoly-ma patet ex c. XV. huius libri.

18. τί ἄρα ὁ πέτρος ἐγένετο) Quid factum esset Petro? ut Io. XXI, 21. et saepe apud Profanos.

19. ἀνακρίσεις — ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι) Causae cognitione de iis instituta, poena eos affici iussit. Ἀπαχθῆναι usurpatur a Graecis aequae ac Latinis de deductione ad mortem, interdum tamen de abductione uel in carcerem, uel ad poenam qualemcunque etiam non capitalem. Hesychius: ἀπάγεσθαι, εἰς θάνατον ἔλκεσθαι. Custodes quorum culpa uinctus

uinctus e custodia effugerat, grauissima poena, ea ipsa ple-
rumque, quae elapso inferenda fuisset, apud ueteres solebant
affici. καὶ καταβῶν — διέτριβεν) *Et descendens e Iudaea,*
Caesaream profectus est, ut ibi aliquamdiu commoraretur,
s. et ibi aliquamdiu commoratus est. Διέτριβεν, sc. ἐκεῖ.
Vel interpunctione ad nocem Ἰουδαίας apposita, εἰς τὴν και-
σάρειαν ualet ἐν τῇ καισαρείᾳ.

20. ἦν δὲ ὁ Ἡρώδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις) *In-*
festus erat his urbibus Herodes, nocebat illis quantum pot-
erat. Prohibuit forsān annonae aliorumque terrae prouen-
tuum in has urbes transportationem, quod easdem maxime
uexabat. Hoc sensu de *Hannibale* dicit *Corn. Nepos* c. 1.
quod, quamuis patria pulsus esset, *nunquam destiterit animo*
bellare cum Romanis, i. e. quod nocere Romanis omni
ope annifus sit. Similia loca sunt ap. Polyb. et Plutarch.
δημοθυμαδὸν δὲ παρήσαν πρὸς αὐτὸν) Legati ex communi utrius-
que ciuitatis decreto. καὶ πείσαντες) Πείθειν est, *sibi con-*
ciliare. Xenophon de republ. Athen. εἴην μὴ πείσῃ τὸν ἄρ-
χοντα τῆς θαλάσσης, *nisi maris dominatorem sibi conciliauerit.*
τὸν ἐπὶ τῆ κοιτῶνος) *Cubicularium*. Supplere potes οὐτα, s.
γινόμενον, s. τεταγμένον. Sic Plutarchus in Othone: ἐπὶ τῶν
ἐπιστολῶν γενόμενος τῷ Ὀθωνος, *qui Othoni fuerat ab epistolis.*
ἠτῶντο εἰρήνην) i. e. Rogabant hae urbes, *ne ipsarum tur-*
baret tranquillitatem, et *ne ipsas*, commeatum transnectio-
ne alioque commercio impedito, aliisue modis, quos facile
suppeditat uicinitas, *premeret atque infestaret*. Pax enim
non tantum bello, sed et ἀναταρασίῃς I Cor. XIV, 33. et
τῷ μάχεσθαι, *rixis priuatis*, et τῷ ἀδικεῖν Act. VII, 26. op-
ponitur, et εἰρήνην ἔχουσι, *qui quiete et tranquille uiuunt,*
Act.

Act. IX, 31. διὰ τὸ — βασιλικῆς) Sc. χώρας. *Quia regio eorum ex Regis territoriis alebatur.*

21. τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ) *Statuto die.* Fuit dies secundus ludorum, pro salute Imperatoris Romani celebrari Caesareae solitorum, de quo Iosephus A. XIX, 8, 2. omnino hic conferendus. ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικήν) Ex argento rara arte textam, quae, solis radiis in eam incidentibus, splendorem de se edebat admirabilem, teste eod. Ioseph. l. c. καὶ καθίσας ἐπὶ τῷ βήματι) Per βῆμα h. l. intelligendus est suggestus, in theatro Caesareensi ab Herode M. exstructus, unde et spectaret ludos, et, si luberet, concionaretur; quod intelligitur ex Iosepho l. c. παρήλθεν εἰς τὸ θέατρον, *processit in theatrum.* ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς) *Concionem ad eos habuit.* Iosephus l. c. tradit, ludos ab Herode esse celebratos. Sed nulla hic pugna est, quum utrumque sit factum. Videtur nempe haec Herodis oratio spectasse ad compositionem pacis cum Tyriis Sidoniisque factae. Fuit autem hoc in Graecorum institutis, ut, quas res in quamplurimorum notitiam uolebant peruenire, eas in celebritate ludorum proponerent.

22. ὁ δὲ δῆμος — ἀνθρώπων) *Dei oratio est haec, non hominis.* Iosephus l. c. huius acclamationis causam ab admiratione uestimentorum magnificorum Herodis repetere uidetur, Lucas ab admiratione orationis ab eo habitae. Sed utrumque esse potest, et illa uerba, *ζολὴν βασιλικήν*, nullam aliam ob causam adiecta uidentur, quam ut indicaret Lucas, uestis illius regiae magnificentiam in clamore illo adulatorio commouendo, ualuisse. *Adulatores, Iosephus inquit, Deum appellabant (Herodem) dicebantque,*
propi-

propitius nobis esto; et, licet haftenus te ueluti hominem reueriti sumus, in posterum mortali sorte maiorem habebimus.

23. παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος κυρίου) VOX ἐπάταξις indicat poenam a Deo repente, et immediate immissam. Iosephus in eadem re l. c. tradit haec: *Paullo post autem, oculis in altum sublatis, supra caput bubonem funiculo cuidam insidentem conspexit (Herodes) et statim hunc malorum nuncium esse intellexit.* Addit, Herodem subito fuisse uentris cruciatibus correptum, et auferri se iussisse. Iosephus igitur ea, quae in sensus oculosque hominum ceciderunt prodidit, Lucas autem loquendi et cogitandi rationem Iudaeorum secutus est. Saepe enim immediatae operationes diuinae, uel etiam ex caussis naturalibus ortae ministerio Angelorum adscribuntur. Cf. Io. V, 4. ἄνθ' ὧν — θεῶν) Iosephus: *Rex neque illos (adulatores) obiurgauit, neque impiam eorum adulationem reiecit.* γυνόμενος σικωλικόβρωτος) Quum eroderetur a uermibus. *Iosephus* l. c. scripsit, τῷ τῆς γαστρὸς ἀλγῆματι illum confectum, quinto die esse mortuum. Ex hac igitur Lucae narratione patet, huius cruciatus causam dedisse rodentes aluum uermes. Vel cum torminibus afflixit etiam eum morbus, cuius nomen Graecis φθειρίσσις, qua *Sylla* dictator consumtus est. Plin. H. N. XXVI, 86. ἐξέφυξεν) Hoc non eo ualet, ut Herodes statim in ipso theatro post has hominum acclamationes mortuus esse dicatur; sed illo tempore coepit dolores sentire, et domum deportatus paucis diebus post inter magnos cruciatus diem obiit supremum. Tanta est breuitas Lucae in narranda hac historia, ut multa de modo quo

quo res accidit, uix intelligi possent, nisi Iosephus eandem historiam tradidisset.

24. ὁ δὲ λόγος — ἐπιθύνετο) Multa hominum fruge. Doctrina enim Euangelica germini comparatur.

25. ὑπέστρ. ἐξ Ἱερουσαλήμ) Al. leg. ἀπὸ, al. εἰς Ἱερουσαλήμ, al. εἰς Ἀντιόχειαν, al. ἐξ Ἱερουσαλήμ εἰς Ἀντιόχειαν Et ex Hierosolymis reuersos esse Antiochiam, uerum est. Verbum ὑπέστρεψαν fortassis in Plusquamperfecto est exponendum, ut dicere uelit Lucas, haec quae modo de Herode narrata sunt, ante quam Barnabas et Paulus Hierosolymis Antiochiam reuersi fuissent, euenisse. πληρώσατες τὴν διακονίαν) Quum subuenissent pauperibus Iudaeae, ex pecunia Antiochiae collecta. Supra. c. XI, 29. 30.

CAP. XIII.

Incipit tertia huius historiae Apostolicae epocha, usque ad finem libri pertinens, quae historiam de Pauli Apostoli meritis et itineribus comprehendit.

1. Ἦσαν — Σαυλος) In magnis urbibus, qualis Antiochia, sicut multae erant Iudaeorum synagogae, quia omnes in unum locum coire non poterant, tantis spatiis diuisi, ita plures Christianorum conuentus: Singulis suus magister, qui et κατ' ἐξοχὴν dictus: ὁ ἐπίσκοπος. In rebus magnis magistri ex omnibus urbis regionibus coibant, ut hic. Ἡρώδης — σύντροφος) Herodem Antipam hic intelligendum esse, multis probat b. Io. Ern. Imman. Walchius, qui totum hunc locum illustrat binis disertat. una de συντρόφοις Veterum, altera de συντρόφῳ Herodis. Hunc Herodem Antipam

tipam cum fratre Archelao Romae a priuato quodam educatum esse, *Iosephus* tradit de B. Iud. Lib. I. c. 28. §. 4. *Menachemus* autem, quisquis ille fuerit, cum Herode Antipa unam nutricem habuisse, ac simul Herodis filiorum forcius in puerili aetate, eorundemque conuictor, condiscipulus ac collator fuisse uidetur, usque dum eos Pater Romam, ut ibi educarentur, misit.

2. λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ) *Quum autem illi ministrarent Domino*, i. e. munere suo fungerentur, et preces funderent ad Deum. De uerbo λειτουργεῖν uide Schol. ad Luc. I, 23. Quoniam additur eos eodem die ieiunium egisse, uerisimile est, fuisse illum diem solemnem, inter Sacra communia et preces ab omnibus Christianis Antiochenis celebratum; profecto enim ieiunium non egerunt quotidiie. Dum igitur hunc diem celebrant, εἶπε — προσκέκλημαι αὐτὰς, *Spiritus sanctus dicit: Seiungite mihi Barnabam et Saulum ad negotium, ad quod ego eos uocaui.* *Spiritus sanctus dixit*, nimirum per aliquem istorum uiro- rum, qui ad publica sacra facienda congregati erant. Contigit igitur uni ex iis reuelatio, quod saepius factum esse, apparet ex I Cor. XIV, 26. εἰς τὸ ἔργον ἢ προσκέκλημαι αὐτὰς) Accusatiuus ἰ pendet a praepositione in προσκέκλημαι pro: πρὸς ἢ κέκλημαι αὐτὰς. Vocare hic est destinare. Ἔργον, *negotium* h. l. est praedicatio Euangelii inter gentes.

3. τότε — προσευξάμενοι) *Postquam illud ieiunium egerant, et preces fecerant*, i. e. postquam dies ille sollemnis, quo congregati fuerant, praeterlapsus erat. ἐπιθίντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς) Inuocantes Dei opem ad impositum ipsis mi-

nisterium. ἀπέλυσάν) i. e. *Vale illis dixerunt*. Primum hoc iter Pauli ad gentes incidit in a. Chr. 43. uel 44.

4. ἔτοι — τῷ ἁγίῳ) A Spiritu sancto missi esse dicuntur Barnabas et Saulus, quia monente et reuelante Spiritu missi erant. εἰς τὴν Σελεύκειαν) *Seleucia*, urbs Ciliciae, nomen habuit a nouo conditore Seleuco, uno ex iis, qui imperium in orbis terrarum diuersis partibus occupauerunt, mortuo Alexandro Magno. Alii rectius intelligunt Seleuciam Syriae ad Orontem fluiuium. Strabo Lib. XIV. κύπρον) Barnabae patriam, in mari Cilicio.

5. σαλαμίη) *Salamis*, urbs Cypri in regione orientali. εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην) *Ioannem*, Marcum cognomine, de quo supra c. XII, 25. habebant ministrum, sc. obuentem munera minora, ut in ecclesia Diaconi.

6. τὴν νῆσον) Addunt ἄλλοι Codd. Verff. et Patres nonnulli, quia ab Oriente ad Occidentem usque uenerant. Ἀχρί πάφῳ) *Paphus*, urbs occidentalis, sacra olim Veneri; unde Venus Paphia; regina Paphi. Τίνα μάγον) Hesy chius: τὸν ἀπατεῶνα, *impostorem*, magicas artes exercentem. Vocatur etiam Magus ille ψευδοπροφήτης, i. e. *fraudator*. Etenim in N. T. Pseudoprophetae non semper sunt ii, qui falsas res praedicunt, aut falsam doctrinam tradunt, sed omnino fraudatores, in quacunque demum re fuerit fraus, e. c. Pseudo-Messiae. Βαρισοῦς) Filius Iesu siue Iosuae alicuius. Talia nomina sunt *Barionae*, *Bartholomaei*, aliaque facta παρωνομικῶς.

7. ἀνθυπάτῳ) Ἀνθύπατος nomen latinum Proconsulis interpretatur, quo Praefes nunc significatur insulae.

8. Ἐλύμας) אַמְלִימָא Elymas, ut אַקִּיבָא Aquibas, אַקִּילָא Aquilas. Nomen Arabicum est, in qua lingua idem ualet quod Sapiens, qui et Magus. Nam *Magus* in lingua Persarum sapiens. Ideo sequitur: *Sic enim explicatur nomen eius.* Ergo Elymas, i. e. Magus aut Sapiens, et אַמְלִימָא sapientia, unde אַמְלִימָא אַמְלִימָא Physica. אַמְלִימָא אַמְלִימָא theologia. διασρέψαι — πίστεως) Impedire, ne crederet Euangelio.

9. Σαῦλος δὲ ὁ καὶ Παῦλος) i. e. Qui, ex quo cum Romanis conuersari coepit, hoc nomine a suo non abluente, coepit a Romanis appellari. Maior pars Iudaeorum binomines erant, altero nomine Iudaico et altero Graeco, Ianneus, Alexander; Onias, Menelaus etc. Apud Romanos *Silas, Siluanus*, ut notauit Hieronymus. Falsum est, Paulum a Proconsule, Sergio Paulo accepisse nomen. πνεύματις πνεύματος ἁγίου, i. e. *feruore diuino incensus, et auxilio diuino fretus.* Ideo enim h. l. Paulus dicitur repletus fuisse Spiritu sancto, tum quod ausus est hominem ex comitatu Proconsulis, et quidem coram Proconsule increpare, et poena afficere religionis causa, tum quod confidenti animo praedixit homini illi secuturam poenam.

10. ὃ πλῆρης παντὸς δόλου καὶ πάσης βεβηχίας) *O qui refertus es omni fraude et scelere.* Βεβηχία Atticis significat leuitatem et otium. Alii tamen, ut h. l. Lucas, nomen usurparunt de singulari audacia, et improbitate atque scelere. Polybius L. IV. τὸ τῶν βεβηχῶν καὶ κλεπτῶν Φύλον, *cateruam improborum seu sceleratorum atque furum* dixit. οὐκ ἀβόλη) Soboles diabolica, Diaboli ingenium referens. διασρέψων — ἐνθείας) *Nonne desinis peruertere ueras religio-*

nis christianaе doctrinas? Viam, quae recta et plana est, dicis esse confragosam et obliquam, i. e. doctrinam rectam et planam dicis esse falsam et peruersam. Ὅδός, *religio*, doctrina religionis, hominibus viam ad ueram felicitatem monstrans.

II. χεῖρ κυρίου ἐπὶ σε) *Manus Domini contra te*, i. e. Deus ipse tuis conatibus resistet, uel *te punit*; manu enim plagam infligimus. ἀχλὺς) Per ἀχλὺν, si de oculis adhibetur, peculiaris oculorum morbus intelligendus est, quo oculus pellicula superinducta excœcatur. Stahr. Loquitur de hoc et similibus Hippocrates *praedictor*. L. II. Sect. 2. Hesychius: ἀχλὺς ἢ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λεπτὴ ὕλη, ὁμίχλη, σκοτία, ἀμβλυωπία.

13. οἱ περὶ τὸν Παῦλον) *Paulus et qui cum eo erant*. Iam Pauli potior, quam Barnabae ratio habetur. εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας) Celebrem Dianae templo, ut *Melanos docet*. Cic. Verr. I, 20. *Pergae fanum antiquissimum et sanctissimum scimus esse*. Hodie uocatur *Pirgi*. Ἰωάννης — ἱεροσολύμα) Fortassis propter molestiam itineris.

14. εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας) Non illam Syriae, de qua supra. Cilicia autem et Pamphylia et Pisidia uicinae regiones sunt. εἰσελθόντες — σαββάτων) Quanquam Paulus praecipue ethnicorum causa hoc iter instituerat, Iudaeos tamen minime neglexit, sed in singulis urbibus Synagogas primum adiit, ut praerogativa gentis seruaretur. Τὰ σαββάτα autem hic est pro τὰ σαββατον, ut saepe in Euangeliiis.

15 μετὰ — προφητῶν) *Post lectam Pericopam ex Mose, (Parascham) et ex Prophetis, (Haphtaram.)* Moses enim anno uertente perlegebatur per sabbata, et lectiones Mosai-
cis congruentes in Prophetis prioribus et posterioribus ad-
iungebantur. *Elias in Thisbi, in uoce* רשפ *prophetarum*
lectionem post Antiochi demum Epiphanis tempora, quum
legis lectio palam et seuerè esset interdicta, ortam do-
cet; retentam uero deinceps. ἀπέχειλαν — λέγετε) *Mi-*
serunt praefecti Synagogae ad eos, qui dicerent: Carissimi
populares, si qua uobis parata est cohortatio ad populum,
dicite. Praefectorum erat praelegere pensum Codicis fa-
cri, et curare ut in Synagoga omnia fierent ordine. Prae-
lectum pensum erat explicandum. Igitur honoris causa ad
Paulum mittunt praefecti, et quaerunt, an uellet hodie ex-
plicare pensum praelectum. Vid. *COMPEG. VITRIN-*
GA de Synag. Vet. Lib. II, c. 2.

16. ἄνδρες — τῶν θεῶν) Ὅι φοβούμενοι, aut σεβόμενοι τῶν
θεῶν, quum Ἰσραηλιταὶ ab iis distinguuntur, in N. T. dicun-
tur ii, qui etsi natione non sunt Iudaei, eorum tamen reli-
gionem amplexi, uerum Deum colunt; profelyti portae.
Eadem loquendi ratione utitur quoque Iosephus A. XIV,
7, 2. Demonstrat Paulus in sequenti oratione, Iesum Na-
zarenum esse Messiam, a Deo ad salutem non tantum Iu-
daeorum, sed et totius humani generis missum. Id uero
efficit non rhetoricis artibus, sed simplici narratione histo-
riae Iesu, et maxime memorabilium factorum populi Dei,
ad eum spectantium.

17. ἐκλέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν) *Magnis beneficiis affe-*
xit maiores nostros. Saepe enim ἐκλέεσθαι sicut hebr. קרב
notat

notat *amare, beneficiis ornare*, Deut. IV, 37. καὶ τὸν λαὸν — Ἀιγύπτῳ) *Et populum euexit durante incolatu ipsorum in Aegypto*. Notat εὐθεῖν in genere *in statum eminentiorem conditionemque meliorem euehere*, et dicitur de iis qui in honore et dignitate constituuntur, qui opibus abundant, et quorum ingens fit numerus, quod locis Profanorum Scriptorum confirmat Kypke. μετὰ βραχίονος ὑψηλῶ) *Cum potentia eximia*, hebraica phrasi בִּזְרוּעַ רְמָה. Haec separatio gentis Abrahamiticae eo consilio facta erat, ut notitia et cultus ueri Dei in ea conseruaretur. Adde, Messiam ex ea gente nasci debuisse.

18. ἐτροποφόρησεν αὐτοῖς) *Indulgenter tractauit eos*. Nam τροποφορεῖν est *mores alicuius ferre, seu tolerare indulgenter tractare*, ex τρόπος, mos, et φέρειν. Deut. I, 31. Alii legunt: ἐτροποφόρησεν αὐτοῖς, i. e. ἐθρέψεν αὐτοῖς, ut Hesy chius interpretatur. Significat nempe hoc uerbum *ulnis aliquem ferre, uti nutrix*, deinde summam curam et amorem indicat. Haec notio optime conuenit contextui orationis. Non enim apparet, (ut uerbis utar cel. *Ernesti* in not. ad gloss. s. Hesy chii p. 137.) quare h. l. demonstretur, quomodo Deus Iudaeorum *prauos mores tulerit* in deserto; sed hoc maioris momenti erat, quod eos per tot annos *nutriuerit* in deserto, quae Dei cura in nutriendo populo conspicua saepius celebratur in sacris litteris.

19. κατακληρονόμησεν αὐτοῖς) i. e. κατακληρονομεῖν ἐπόησεν, uel κατεκτήσατο αὐτοῖς, ut αὐτοῖς sit *Datiuus*, ut uocant, *commodi*. Sic habes κατακληρονομεῖν, 1 Reg. II, 8. Deut.

III, 28. Quae loca debeo cel. *Matthaei* not. ad h. l. Alii legunt *κατεκληροδότησεν*, non male.

20. *καὶ μετὰ — προφήτης*) Contradicere uidetur Paulus loco 1 Reg. VI, 1. ubi ab exitu Israelitarum ex Aegypto ad aedificationem templi nonnisi 480 anni numerantur. Vnde nonnulli hoc nostro loco legendum esse putant: ὡς τετρακοσίοις πενήκοντα ἔτεσι. *Vossius* autem et *Perizonius* numerum 1 Reg. VI, 1. corruptum esse, suspicati sunt. Fortassis difficultas optime tollitur, si *μετὰ ταῦτα* refertur ad remotius coma 17. Ceterum non multum differt a nostro *Iosephus*. Ant. VIII, 3, 1. τῆς δ' οἰκοδομίας τῷ ναῷ Σολομῶν ἤρξατο — μετὰ ἑτη φββ (592) τῆς ἀπ' Αἰγύπτου τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐξόδου. Quibus 592 annis, si demas annos 40. quos in deserto degerunt, 17 Iosuae, 40 Samuelis et Saulis, 40 Dauidis, 4 Salomonis, residui erunt. 451.

21. *κακῶθεν*) *Ab illius temporibus*. Glossar: ἐκείθεν, *dein*, *exinde*. ἑτη τεσσαράκοντα) Hic Samuelis prophetae, et Sauli regis anni in unam summam conferuntur; nam inter unctiōnem Sauli regis et mortem eius non erant 20. nedom 40 anni.

22. *καὶ μετασῆσας αὐτὸν*) *Postquam illum amouisset, s. sustulisset*, quod h. l. tam de remotiōne e uita, quam de remotiōne e regia dignitate intelligendum esse uidetur; nam *μετασῆσαι* et *ab officio remouere*, et *e medio tollere* significat. *Μετασῆσαι τὸ ζῆν* pro *e uiuis tollere* dicitur 3 Maccab. II, 28. et c. III, 1. ἧ καὶ εἶπε μαρτυρήσας) *Quem etiam praedicans, dixit, i. e. in cuius etiam laudem dixit*. *Μαρτυρεῖν* saepe est *approbare, laudibus extollere*. εὖρον *Δαβίδ* — *καρδίαν μου*) *Deprehendi Dauidem, filium Iesse, tan-*

quam uirum secundum mentem meam. Pl. LXXXIX, 21. Ἐυρίσκειν h. l. *comperire, deprehendere*, ut Rom. VII, 21. δε — με) Nempe in regendo populo. Propius ad propofitum accedit Paulus, et ostendit, ex *Dauidis* stirpe nafci debuisse Messiam, quod omnes Iudaei concedebant. Iam uero Iesum Nazarenum esse hunc promissum Messiam docet in fequenti oratione.

23. ἤγειρον) Optimi Codd. habent ἤγαγε, quomodo נִיבִּחַ LXX. ἄγειν, Ief. XLVIII, 15. Dan. IX, 24. *Venire fecit.* σωτήρα Ἰησοῦν) Alii legunt σωτηρίαν, eodem fenfu.

24. πρὸ προσώπῳ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ) Hebraismus: Antequam Iesus munus suum aufpicaretur. Sic *ingredi consultatum* dicunt et Iurisperiti. Magna erat Ioannis Baptistae auctoritas apud populum. Quare testimonium eius plurimum ualuit ad probandum, Iesum esse Messiam.

25. ὡς δὲ — δρόμον) *Quum in cursu suo pergeret.* Sic implere post aliquem in Hebraismo est, aliquem sequi.

26. ὑμῖν — ἀπεράλλη) Non alienum hic negotium agitur. Nuntius is, quem adferimus, tam ad uestram, o Iudaei, quam ad uestram, Profelyti, salutem pertinet. Hac ipsa hora, qua ego in Synagoga uerba facio ad uos, curat Deus tradi uobis doctrinam de illa salute.

27. τῶτον ἀγνοήσαντες) Nescientes illum Iesum esse Messiam promissum. Ἀγνοήσαντες et ad Iesum, et ad propheticas uoces siue lectiones refertur. κρίναντες ἐπλήρωσαν)

Postquam condemnassent eum, impleverunt illas, sc. uoces Prophetarum, e. g. Ief. LIIL. Est hic ellipsis du-

plex:

plex: κρίναντες, nempe αὐτὸν: et ἐπλήρωσαν, nempe τὰς Φωνὰς. Κρίνειν pro κατακρίνειν, ut saepe. Quasi aliud agentes impleuerunt maxime memorabilia uaticinia Prophetarum.

29. καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου) Deest articulus, ut saepe. Vult enim dicere: οἱ καθελόντες α. τ. ξ. qui eum de cruce detulerunt, Iosephus Arimathensis, et comites eius.

31. τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῶν) ἐξηγητικῶς, posteritati ipsorum, nimirum nobis. ἀναστήσας Ἰησοῦν) i. e. Exhibens Iesum, ut supra c. II, 30. III, 26. Nam de suscitacione e mortuis u. 34. demum est sermo.

33. ὡς καὶ ἐν τῷ ψάλμῳ τῷ δευτέρῳ γέγραπται) i. e. De Iesu, maximo omnium Rege intelligendum est id, quod praedictum est Ps. II. Vetus lectio fuit: ἐν τῷ πρώτῳ ψάλμῳ, nam olim in hebraeis codicibus Psalmi, qui nunc primus et secundus dicuntur, cohaerebant. ὁὶός μου — γενένηκά σε) Sensus est: Tu es filius meus, (adeoque uerus Messias,) hodie declaro, te esse natum meum. Saepe res tum dicitur fieri, quum ea aut facta aut futura repraesentatur. Multa exempla collegit Glassus Lib. III. tr. 3. can. 15. Loquitur uates de certo quodam die, quo Deus fit declaraturus dignitatem regis a se constituti. Id nunc, Paulus inquit, impletum est; nam Deus et miraculis multis et resuscitacione Iesu ex mortuis eundem Iesum, quem uobis praedicamus, declarauit Messiam. Cf. Rom. I. 4.

34. ὅτι δώσω — πικὰ) Praestabo uobis beneficia Dauidi sancte et firmiter promissa, ex Ies. LV, 3. τὰ δεῖρα Δαβὶδ, hebr. דְּבִירַי דָּוִד sunt beneficia Dauidi sancte promissa. τὰ πικὰ, כְּבִדָּה, certa, firma, solida. Δύναμι,

implere, praestare. Intelliguntur beneficia Dauidi promissa ex eo nascituro et regno eius aeterno, 2 Sam. VII, 12. sqq. Pf. LXXXIX, 1. sqq. Si regnum Messiae aeternum est, non potuit cum morte eius finiri. Debit potius resurgere ex mortuis, ut regnaret in aeternum.

35. ἐν ἑτέρῳ) Alibi dicit, Dauid scilicet, quod ex remotiore loco repetitur, ut saepe. ἢ δώσας — διαφθορὰν) Est idem locus, qui supra II, 27. ex Pf. XVI, 10.

36. Δαβὶδ — βασιλῆ) *Quum sua aetate, i. e. tempore uitae suae inferuisset Dei consiliis, nempe in populo regendo.* ἐκοιμήθη — διαφθορὰν) Occurritur exceptioni, Psalmum agere de Dauide, quod Paulus refutat ab euentu.

38. 39. ὅτι διὰ τῆς — δικαιῶται) Post καταγγέλλεται pone comma. Ἐκ πάντων, ὧν, i. e. ἀφ' ὧν. *Per Iesum uobis annuntiari remissionem peccatorum, et ab omnibus, a quibus non poteratis liberari, uel absolui per legem Moysis, per eum absolui, quicumque crediderit.* קִרְצָה, LXX δικαιῶν saepe est *a poenis liberare*, Exod. XXIII, 7. Pf. LXXXII, 3. Prou. XVII, 15. Ὁ πικρῦον, qui religionem christianam suscipit. Huic doctrinae opponitur ὁ νόμος Μωσείως, uniuersa oeconomia Moisaica. Ἐν τῷ νόμῳ Μωσείως, *iuxta legem.* Sensus igitur est: Doctrinam Christi suscipiens absoluitur ab omnibus illis peccatis, a quibus iuxta legem Moysis absolui non poteramus. Causae uero, cur Iudaei non ab omnibus peccatis absolui possent per legem Moysis, erant in ipsa huius legis natura. Ritibus enim et cerimoniais, quas lex ista praecipiebat, e. c. sacrificiis, lotionibus, non efficiebatur omnium peccatorum remissio.

Omnia

Omnia illa instituta externa pertinebant tantum ad puritatem externam, ut ne quis excluderetur e gente Iudaica. Hoc argumentum in epistolis Paulinis, praesertim in epistola ad Galatas et ad Hebraeos uberius tractatur. Vid. in primis Hebr. X.

40. βλέπετε — προφήταις) Videte, ne idem vobis eneniat, quod olim maioribus vestris urbe et templo exciso, ipsis deportatis ob contemptum beneficiorum Dei. Locus extat Habac. I, 5.

41. ἴδετε δι καταφρονηταῖ) Videbitis vos, qui tot monita contemnitis, quid sim facturus. De lectione hebraici textus: **וְיִבְרַח בְּגִי** uid. S. V. Dathe not. crit. ad hunc Habacuci locum. Ex plurimorum sententia LXX fenēs pro **וְיִבְרַח בְּגִי** legisse videntur **וְיִבְרַח בְּגִי**. Etiam Syrus interpres *transgressores*. Pocockius autem (in not. miscell. ad portam Moſis p. 29.) existimat, Beth in **וְיִבְרַח בְּגִי** esse radicale ab arabico uerbo **نُجِبَ** *iniustus, iniurius fuit*; hinc nomen **נִגְבָּ**, cuius pluralis igitur **וְיִבְרַח בְּגִי** idem significet, quod graecae uersionis *καταφρονηταῖ, insolentes, superbos. καὶ ἀφανίσθητε*) Nempe τὰ πρόσωπα, *expallescite* — prae uehementia admirationis. ἔργον — ὑμῶν) Prophetam uaticinari de Chaldaeorum irruptione in Palaestinam, contextus docet. Sed Paulus apte poterat uti his uerbis, quia calamitates, quas Iudaei post tempora Habacuci passi sunt, similes erant iis, quae illis a Romanis imminabant, praecipue in Palaestina uiuentibus et rebellantibus, ex parte tamen etiam omnibus in dispersione Iudaeis.

42. Vulgaris lectio huius commatis est: ἐξόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, παρεκάλει τὰ ἔθνη εἰς τὸ μεταξὺ σάββα

σάββατον λαλιθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα ταῦτα. Sed magnus est diffensus codicum uersionum et Patrum. Ven. D. Griesbachius, omnino hic conferendus, legendum putat: ἐξιόντων δὲ παρεκάλεν εἰς τὸ μεταξὺ — ταῦτα. Tum supplendum τινὲς τῶν ante ἐξιόντων, et sensus esset: *Exeuntium nonnulli rogarunt, ut* etc. Si lectio haec uera est, *Iudaei* nonnulli rogarunt Apostolos, ut sibi porro praedicarent uerbum. Ex uulgari lectione autem *Ethnici* rogarunt. Verba εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον uarie explicantur. Nonnulli (εἰς pro ἐν posito) de *insequenti Sabbato* accipiunt. Sed τὸ μεταξὺ σάββατον, sicuti δ μεταξὺ χρόνος, potius esset *Sabbatum intermedium*. Itaque σάββατον h. l. significat *septimanam*, et sensus loci est: *diebus septimanae*, uel etiam *diebus inter Sabbata interiectis*. Sic Philo de Victim. off. p. 852. C. τὸν μεταξὺ χρόνον γενέσεως καὶ θανάτου παρὰ τῆ θεῶ χρησιν λαβῶν, *accepta usura temporis quod inter natiuitatem et mortem interpositum est*. Item 2 Alleg. extr. τὴν μεταξὺ τῆ βίης τριφασ ὁδὸν, *peracta interim uitae uia*. Et sic semper apud Demosthenem. Plura de hoc loco uide in *Bowyeri* coniect.

43. λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς) *Soluta uero conuentu*. Sic Diodor. Sic. Lib. XIX, c. 25. τότε μὲν ἔλυσε τὴν ἐκκλησίαν. ἠκολούθησαν — τῷ Βαρνάβῃ) secuti sunt Paulum et Barnabam, nempe domum, ut porro ab iis edocerentur. ἑτινες) Paulus et Barnabas. ἐπιμένειν (al. προσμένειν) τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ) *Ut perseverarent in doctrina euangelica*, quae h. l. per Metonymiam uocatur gratia Dei, quia summo Dei beneficio nobis contigit. Nam χάρις generatim est *beneficium*.

44. τῷ δὲ ἐρχομένῳ σαββάτῳ) *Proximo Sabbato*. Codd. quidam legunt ἐχομένῳ pro ἐρχομένῳ. Quamcunque lectionem praetuleris, sensus erit idem. Nam ἔρχεσθαι et ἐχοσθαι in hac re promiscue, sensuque non diuerso usurpari, usus loquendi docet. σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις, non tantum Iudaei et Profelyti, sed gentiles etiam, ut patet ex com. 48.

45. τὰς ὄχλους) Etiam ex *gentibus*, quibus se aequari ferre non poterant. ἐπλήσθησαν ζήλῳ) *Ira, odio impleti sunt*, indignati sunt, non circumcisos in Synagoga permixtos esse circumcisos et filiis Abrahae, iisque fere aequales ab Apostolis haberi.

46. παρησιασάμενοι) *Vsi oratione libera et aperta, atque confidente*, nihil territi ipsorum contumeliis. ἦν δυναταῖον) i. e. Oportebat ex Christi praecepto et exemplo. Matth. X, 6. Luc. XXIV, 47. ἀπωθείτε αὐτὸν) *Fastiditis*, ΟΠΘΩΝ. Plurimis in locis V. T. ΟΝΩ uertitur ἀπωθεῖν, interdum ἐξωθενῶν, φανύζειν, aliisque uerbis. καὶ ἐκ ἀξίως — ζωῆς) *Indignos uos iudicatis aeterna felicitate*. Est locutio figurata, referenda ad troporum id genus, quod Metonymiae nomine indicatur. Non enim certe Iudaei in ea fuere opinione, quod essent indigni aeterna felicitate, sed designarunt ea, quae solerent ea indigni. Tale et Rom. II, 1. σρεφόμεθα, sensu reciproco; *conuertimus nos*. Fecerunt hoc, ut credi fas est, in ipsa Synagoga, ubi haec gesta sunt. Errant, qui existimant, Apostolos ab eo tempore Iudaeis non amplius operam dedisse. Contrarium patet statim ex cap. XIV.

47. ἔγω — τῆς γῆς) *Sic enim mandata nobis dedit Dominus: Constitui te doctorem gentium, ut tu sis saluti-*
fer

fer usque ad fines orbis terrarum. Verba haec sunt Iesaiæ c. XLIX, 6. Illud φῶς ἐθνῶν, si de homine dicitur, significat *doctorem nationum.* Io. I, 4. Τὸ εἶναι σε εἰς σωτηρίαν, *ut sis salufer*, salutem afferas, eo nempe sensu, quo doctor salutem afferre potest. Ἔως ἑσχάτης τῆς γῆς, cuiusvis gentis hominibus in omni terrarum orbe. In uerbis Iesaiæ non est uaticinium de Paulo, aut de N. T. doctoribus, sed Propheta proprie de se ipso loquitur. Dicit nempe Deus Iesaiæ: A puero te mihi selegi non doctorem Iudaeorum tantum, sed aliarum etiam nationum, ita ut, quae tu uaticinaris, ea quoque ad alias gentes pertineant. Illa Prophetae uerba Paulus transfert ad se. De me, inquit, idem ualet quod Iesaias de se dixit. Verò Paulum ita dixisse, apparet e cap. IX, 15.

48. ἀκούοντα δὲ τὰ ἔθνη, *quum audirent gentiles*, qui tum forte in Synagoga Antiochiae aderant, lucem sibi obtingere. ἰδοῦσθαι τὸν λόγον τοῦ κυρίου) *Laudarunt, celebrarunt euangelium*, i. e. Dei bonitatem in Euangelio apparentem. καὶ ἐπίστευσαν — ζωὴν αἰώνιον) *Et susceperunt religionem christianam quotquot ordinati erant ad aeternam felicitatem.* Varie explicantur uerba: ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Nonnulli uertunt: *Quotquot studiosi erant felicitatis aeternae, appetebant aeternam salutem.* Vsitatum enim est Graecis Perfecta Passiua saepius reciproca et media significatione ponere, quum multa uerba Perfectum Medii non habeant. Quin etiam Latini Passiuis pro Mediis seu Actiuis reciprocis utuntur. Τάττειν ἑαυτὸν εἰς τι Graecis est: *appetere aliquid, studiosam esse rei alicuius.* Sic apud *Xenoph.* Memorab. Socr. II, I. II. τάττω ἑμαυτὸν

εἰς δουλείαν, significat : *Seruus esse uolo*. Alii uertunt : *Et crediderunt, quicumque ordinarunt se ipsos, (i. e. in ordinem salutis tradiderunt se,) ad uitam aeternam*. Dicunt nempe, τεταγμένους εἰς ζωὴν αἰώνιον opponi iis qui uita aeterna se ipsos indignos reddiderunt u. 46. nempe τῷ ἀπωθεῖσθαι τὸν λόγον τῆς θεῶς : ex lege igitur oppositionis τὰς τεταγμένους, esse, τὰς ἑαυτὰς πάξαντας, nempe admittendo et sequendo illam τάξιν diuinam uitae aeternae consequendae, uerbum Dei audiendo, et Spiritui Sancto, per illud operari uolenti, non resistendo. Cf. u. 42. Sed non laborandum in formula per se, et notione destinationis, sed respiciendum est ad ipsam rem de qua agitur, ex ea enim intelligitur caussa, cur iis, de quibus hic est sermo parata fuerit aeterna felicitas. Sic etiam in Iudaeorum libris modo simpliciter dicitur aliquis felicitati aut miseriae destinatus, modo *probus* felicitati, *improbus* miseriae destinatus esse dicitur. Loca collegit Werstenius ad h. 1.

49. διεφέρετο) Διήλθε λόγος. *Chrysofomus* τετέσι, διανομίετο. *Diulgabatur autem doctrina Domini per totam istam regionem, nempe per Pisidiam.*

50. παρώτρυναν) *Concitarunt, exacerbarunt* τὰς σεβομένας γουαῖκας, *profelytas*; nam erant et profelyti in ea urbe, u. 43. τὰς εὐσχήμονας) Τὰς πλεισίας inquit Graeci, τὰς παρὰ Ῥωμαίοις καλεμένας ματρῶνας.

51. ἐκτιναχάμενοι — αὐτὰς) Non rem tantum, sed et rei symbolum obseruarunt, iuxta Domini uerba Matth. X, 14. ubi dicta uide. Declarabant hoc Symbolo, hos Iudaeos non esse meliores Ethnicis. εἰς Ἰκόνιον) Oppidum Lycaoniae

caoniae non magnum, sed munitum, ut Strabo scripsit L. XII. Hodie *Coni* uocatur.

52. δι δὲ — ἀγίῳ) *Discipuli autem repleti sunt gaudio et Spiritu sancto*, i. e. confirmati sunt in proposito propagandi religionem. Nam πνεῦμα ἅγιον h. l. est animi fortitudo, magnus animus ad aliquid agendum, ut saepe.

CAP. XIV.

I. **K**ατὰ τὸ αὐτὸ) *Vna, simul*, ut saepe apud Profanos. Supra c. III, I. ἐπὶ τὸ αὐτὸ. Vid. Kypke. Sunt tamen, qui supplent ἴσος, ut sit idem quod κατὰ τὸ ἴσωθός, ut infra c. XVII, 2. καὶ λαλῆσαι, ἕτως) Vt docerent *eo modo* et successu. Λαλεῖν elliptice usurpatur de praedicatione Euangelii. ὥστε — πλῆθος, ut *Judaeorum et Paganorum magna multitudo susciperet religionem christianam*. Πισεύειν hic, ut saepissime est religionem suscipere.

2. δι δὲ ἀπειθῶντες — τῶν ἀδελφῶν) *Infideles autem Iudaei concitarunt et irritarunt animos Gentilium contra fideles*. Κακῶν hic est *aliquem exacerbare, contra alterum excitare et irritare, einen wider den andern aufhetzen*. Sic est apud Ioseph. XVI, I. 2. Videtur quidem constructio κακῶν τινὰ κατὰ τινος, aliquid insolentis difficultatisque habere. Sed uoces, τὰς ψυχὰς τῶν ἔθνων κατὰ τῶν ἀδελφῶν non pendent a uerbo ἐκάκωσαν, sed ab ἐπήγειραν. Est enim is Scriptorum quum Graecorum, tum Latinorum mos, ut praemissis pluribus, ea interdum subiiciant, quae constructione non proximis iungenda, sed ad remotius, et nonnunquam ordine primum, referri debeant.

3. παβήσιαζόμενοι ἐπὶ τῷ κυρίῳ) *Libere, aperte docentes, freti Domino.* Proprie: *Libere docentes propter Dominum.* Nam ἐπὶ cum Dativio et potestatis ac iuris habet significationem, et causae atque indicii, ut Herodoto in Polymnia: πυθόμενοι ἐπ' ὅς ἦλθον, *sciscitati qua de causa aduenissent.* τῷ μαρτυρῶντι τῷ λ. τ. χαρ. ἀ.) *Qui confirmabat Euangelium suum gratiosum.* Ὁ λόγος τῆς χάριτος uocatur Euangelium, quia ex summa Dei bonitate processit. Confirmavit autem ueritatem Euangelii, ut statim sequitur, signis et miraculis, quae ipso largiente, Apostolorum administratione edebantur.

4. ἰσχίῳθῃ) *In diuersas partes abiit.* Vt Aen. II, 39. Scinditur incertum studia in contraria uulgus. δι μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις) *Quidam stabant a partibus Iudaeorum.* Xenoph. Hell. III. σὺν τοῖς Ἕλλησι μᾶλλον, ἢ σὺν τῷ βαρβάρω εἶ.αι.

5. ἄρμῃ) *Impetus. Herodian. VIII, 8. 6. ἄρμῃ δὲ ἀλόγῳ χρησάμενοι, ἀνῆλθον ἑμοθυμαδὸν εἰς τὰ βασίλεια, Vespasano quodam motu unanimiter ad regiam concurrentes.*

6. συιιδόντες) *His compertis etc.* λύσραν καὶ δέρβην) *Derbe ad latus Isauriae. Vicinam fuisse Lystram intelligi potest ex iis, quae hoc loco commemorantur. Dicitur ἡ λύσρα, et τὰ λύσρα, quemadmodum insula ἡ ψύρα et τὰ ψύρα.*

8. ἀδύνατος τοῖς ποσίν) *Debilis, unvermoeglich.*

9. καὶ ἰδῶν — σωθῆναι) *Et uidit, eum habere fidem conualescendi. Σώζεσθαι h. l. esse sanari, inde apparet, quoniam sermo est de aegrotō. Πίσις, fiducia aegroti,*

qua certe sperabat, fore, ut sanaretur. Fiduciam concepit inde, quod uiderat miracula a Paulo et Barnaba in urbibus illis patrata. u. 3.

11. *λυκαονις*) Ipsa Lucae narratio ostendit, Paulum non intellexisse, quae tum Lycaonice dicebantur; si enim intellexisset, statim tanquam re inopinata audita scidisset uestes, non uero expectasset, donec sacerdos accersitus cum tauris et coronis accederet, quod nonnisi post aliquam temporis moram fieri poterat. Ergo Apostoli non omnes linguas intellexerunt. *οἱ θεοὶ — ἡμᾶς*) Putarunt eos esse Deos, sub humana imagine terras inuisentes. Id interdum factum credebant gentes. *Iupiter* apud Ouidium *Metamorph. I. Et Deus humana lustrō sub imagine terras. Arrianus Epietet. III, 1.*

12. *ἐκάλειν — τὸν δὲ Παῦλον, Ἑρμῆν*) Solebat enim Iupiter Mercurium secum ducere. *Hyginus* poet. *Astron. Hunc autem (Hyrica) quum Iouem et Mercurium hospitio excepisset. Eurip. Ion. 4. Ἑρμῆν μεγίστω Ζῆνι δαιμόνων λάτρην. ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγόμενος τῆ λόγου*) *Quia ille uerba praeibat, i. e. Plurimum loquebatur.* Allusum uideri potest ad cognomen Mercurii *ἡγεμῶν. Iamblichus de Myster. init. θεός ὁ τῶν λόγων ἡγεμῶν ὁ Ἑρμῆς. MACROB. Sat. 1. 8. Scimus Mercurium uocis et sermonis potentem.* Tanto autem facilius Lytstrenses ad hanc de Paulo persuasionem peruenire poterant, quanto maior in eo dicendi fuit uis. *Mercurius* enim eloquentiae praefes, et omnis quasi facundiae antistes credebatur.

13. *τῆ Διὸς τῆ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως*) i. e. Iouis προτυλάει, qui idem ac Iupiter custos et conseruator fuit. Addit Lucas

Lucas hoc ἐπιθετον, quia in una urbe unum saepe numen pro diuersis epithetis singularia beneficia designantibus, in diuersis templis cultum est, diuersaque sacra et diuersos sacerdotas habuit. ταύρος καὶ κρίματα) i. e. τάυρος ἐς ἐμμένους, *tauros cum corollis et uittis*, secundum sacrificiorum ueterum ritum. De consuetudine uictimas floribus ornandi uid. Wetst. ad. h. l. ἐπὶ τὰς πυλῶνας) Vel, ad loca circum portas urbis, uel ante fores aedium, in quibus Paulus et Barnabas diuersabantur.

15. ὁμοιοπαθεῖς) *Similis conditionis et naturae*, i. e. cibi et potus indigi, morbis mortique obnoxii. Sic etiam Iac. V, 17. ἀπὸ τέτων τῶν ματαίων) *Ab his idolis et falsis Diis*, in genere masculino, ueluti si digito designasset statuas Deorum. Hebr. אֱלִילִים, הַבְּלִים, כּוֹזִיִּים, quibus nominibus Hebraei Deos gentium uocant, quippe inania hominum commenta, Deos sine re. ἐπιστρέφειν — ζῶντα) *Vos conuertere ad cultum Dei aeterni*, qui non moritur, ut Reges illi in Deos consecrati, sed semper uiuit agitque. ἡς ἐποίησε — ἐν αὐτοῖς) Paulus in hac oratione Lytrensens ad ueri Dei cognitionem ita studet perducere, ut simul falsam eorum de Ioue Mercurio persuasionem tacite quasi refellat. Postquam nimirum Deum generatim omnium rerum auctorem esse u. 15. dixerat, *bonorum speciatim fortunae* mentionem fecit. u. 17. Constat enim, Iouem quidem omnium bonorum auctorem et quasi effectorem habitum esse, sed ita, ut ceterorum deorum quasi ministerio in bonis illis rite dispensandis, sapientissime uteretur. Sic *bona mentis* Mineruae, *corporis* Aesculapio, *bona denique fortunae* Mercurio tulerunt accepta. Paulus contra docet, uni Deo

Israëlis nos omnia fortunæ bona accepta ferre debere, eundemque tanquam unicum uerum Deum beneficum esse colendum.

16. Ἐς ἐν ταῖς — ἑδοῖς αὐτῶν) *Qui superioribus siue praeteritis aetatibus fuit omnes nationes pergere secundum ipsorum sententiam, i. e. passus est Deus nationes omnes sequi suum sensum, suas opiniones in cultu diuino; non abduxit eas reuelatione peculiari a suis religionibus.* Πορεύεσθαι ταῖς ἑδοῖς αὐτῶν est *uiuere suo arbitrato*, atque pro sua opinione. Hoc autem loco sermo est de religione, quam deferere monentur ii, ad quos Paulus loquitur. Ergo omnino sensus est: Deus passus est nationes omnes sequi suas opiniones de colendo numine. Nec legem illis dedit, quibus prauos cultus comperceret, nec prophetas.

17. Καὶ τοιγὰ — ἀγαθοποιῶν) *Quaquam dedit documenta prouidentiae suae et existētiaē beneficiis generi humano exhibitis.* Hic horum uerborum est sensus. Nam ἀμάρτυρος est is, de quo nulla extant documenta. Ergo Deus ἔκ ἀμάρτυρος est, cuius reuera extant documenta. Deus nempe benefaciendo demonstrauit se esse uerum et summum Deum. Vox ἀγαθοποιῶν optime connectitur cum superioribus. Satis memoriam sui insculpsit eorum animis, quī non cessāt perpetuo illis benefacere. καιρὸς καρποφόρος) *Tempestates frugiferas, soles, uentos, uer, aestatem, autumnum.* Ἐμπιπλῶν — ἡμῶν) *Satians nos alimentis et laetitia.* Τὰς καρδίας ἡμῶν, i. e. nos. Non tantum necessāria, sed et copiam bonorum ad laetitiam suppeditat nobis. Ex his igitur omnibus, ut documentis certissimis, concludi potest, esse Deum et prouidentiam.

18. τῆ μὴ θύειν) i. e. ἀτὸ τῆ μὴ θύειν. Reprefferunt aegre conatum sacrificandi.

19. ἐπῆλθον — τὰς ὄχλους,) *Venerunt autem Iudaei Antiochia et Iconio, qui multitudini persuaserunt, i. e. multitudinem persuadendo irritarunt.* Iudaei, qui iam Antiochiae et Iconii tumultus contra Paulum et Barnabam excitauerant, uenerunt in urbem, in quam Apostoli profecti erant, ibique in conatu suo perrexerunt. Horum Iudaeorum persuasionibus rantopere res conuersa est, ut incolae urbis quem modo Deum esse pntarant, eum nunc lapidibus obruerent. λιθάσαντες — τεθνάναι) Coniectis lapidibus in Paulum, extra urbem protraxerunt eum, rati esse mortuum. Non in Barnabam, sed in Paulum coniecerunt lapides, ut qui λόγος ἡγήμενος multitudini magis erat inuisus.

20. κυκλωσάντων — πόλιν) *Quum uero Christiani eum cingerent, (et defenderent a multitudine tumultuante,) surrexit ille et rediit in urbem,* reuersus nempe ad praesentium sensum post animi exsternationem ex tot lapidum uulneribus illatam. *Pricaeus* suspicatur, Paulum se mortuum finxisse. Salua pietate sancti uiri hoc statui posset. Nam uitam conseruare uoluisset, Christum diutius praedicandi, pluresque agones subeundi cupedine.

21. εὐαγγελισάμενοι. — ἱκανὸς) *In ea urbe quum Euangelium tradidissent, et collegissent discipulos satis multos.* Μαθητεύειν interdum simpliciter significat *docere*; hoc autem loco, quia praecessit εὐαγγελίσασθαι, *docere Euangelium*, significat illud uerbum *aliquem facere discipulum*, adducere ad numerum discipulorum.

22. παρακαλῶντες — τῷ Θεῷ) Ex τῷ παρακαλῶντες repetendum ἀπὸ τῶ κοινῷ est λέγοντες, cuius notio in τῷ παρακαλῶντες inclusa latet. Expone igitur, ac si scriptum esset, παρακαλῶντες ἐμμένειν τῇ πίσει καὶ λέγοντες ὅτι δεῖ. Sic apud Ioseph. Ant. V, 1, 18. Sensus est, *per multiplices calamitates intrandum esse in regnum Dei*, i. e. eos, qui uelint Christiani fieri, oportere perpeti multas calamitates, sc. religionis causa. Ἡ βασιλεία τῷ Θεῷ h. l. ut saepissime est *coetus cultorum Dei in his terris*, coetus christianus. Intrat in hunc coetum, qui fit Christianus. Calamitates autem intelliguntur, quae suscipiantur religionis causa. Ab his enim calamitatibus occasionem sumserunt Apostoli monendi Christianos recentes, perferendas esse calamitates religionis causa, ut eos adhortarentur ad constantiam. De aliis miseriis uitae, quae non pertinent ad religionem, h. l. non est sermo.

23. χειροτονήσαντες) *Quum constituisset*. Nouum exemplum antistitum, ex ipsis recens conuersis sumtorum. προσευξάμενοι — περικεῖνκεισαν) *Quumque preces fecissent cum ieiuniis*, (quum egissent solemnem diem in singulis ecclesiis, quem transigerent inter preces et ieiunia,) *tradebant illos curae Domini eius, cuius religionem susceperant*. Bonis uotis eos commendabant Deo. Παρέθευτο, *commendabant*. Sic saepe apud Iosephum, ut Kypke ostendit.

25. εἰς Ἀττάλειαν) Attaliam *Ptolemaeus* in ora maritima Pamphyliae ponit post Lyciam. Sic et *Strabo*. Alii Lyciae attribuunt. Sed prouinciarum fines a Romanis saepe mutati. Hodie : *Satalia Vecchia*.

26. εἰς Ἀντιόχειαν) Nempe Syriae, ut sequentia ostendunt. ὅθεν — ἐκλήρωσαν) *Vbi Dei beneficio praefecti fuerant huic negotio, quod expleuerant.* Παραδεδομένοι εἰς τὸ ἔργον, traditi ad negotium, i. e. praefecti negotio, quibus demandatum est negotium. Intelligi autem hic negotium docendi, per se clarum est. Respicitur ad cap. XIII, 1 — 5. Τῇ χάριτι τῆ θεῆ, *beneficio Dei.* Illud beneficium Dei erat, quod reuelatione singulari praefecti fuerant huic negotio.

27. ἤνοιξε θύραν) i. e. *Occasionem dedit,* ut I Cor. XVI, 9. aliisque locis.

CAPUT XV.

1. **K** αὶ τινες — Ἰουδαίαι) *Quidam ex Iudaeis fidem amplexis, qui ex Iudaea uenerant,* sc. Antiochiam. ὅτι ἐὰν — σὺνθῆναι) *Nisi circumcidamini more Mosaico, non potestis fieri felices.* Σὺνθῆναι h. l. non simpliciter de aeterna salute est intelligendum, sed de ea salute, uel felicitate, quam Iudaei a sua circumcissione repetebant. Haec autem felicitas in eo erat, ut circumcisi reciperentur in foedus cum Deo, et fierent membra populi Dei. Dicebant igitur illi Iudaeo-christiani Antiochenis: Nisi fueritis circumcisi, non potestis frui beneficiis, quae Deus populo suo promisit. Sub circumcissione uero reliquorum etiam rituum Mosaicorum obseruatio comprehenditur, ut patet ex comm. 5. Plerique bona fide credidisse uidentur, circumcissionem, et legem Mosaicam, utpote a Deo mandatam, etiam a Christianis esse retinendam. Alii uero tenaces ue-

terum rituum fuisse uidentur ex arrogantia, uel metu, ne a Iudaeis reliquis uexarentur. Cf. Galat. II, 4.

2. γενομένης — πρὸς αὐτούς) *Igitur orto tunc diffidio haud paruo, et commota disputatione inter Paulum Barnabamque et illos.* Nam Paulo et Barnabae imposta necessitas, cum illis hominibus disputandi. Στασίς, *diffidium, contentio.* ἔταξαν ἀναβαίνειν) *Ordinarunt ut ascenderent, i. e. proficiscerentur.* Καὶ τινὰς — αὐτῶν) e. c. Titum, Graecum, quem Paulus tum circumcidi non est passus, ne Iudaizantibus cedere uideretur. Cf. Gal. II, 1 — 5. πρὸς — Ἱερουσαλήμ) Maior enim Apostolorum et ecclesiae Hierosolymitanae apud Christianos erat auctoritas, quam Pauli et Barnabae.

3. προπεμφθέντες) *Officiose deducti.* Significatur enim hoc uerbo officium, quod ab amicis atque notis praestatur discedentibus, tam uerbis et oratione, quam factis et opera; et inde sunt λόγοι προπεμτικοί. τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἔθνων) *Conuersionem Gentilium*, sc. ad Deum, nempe Cornelii, Antiochenium, Cypriorum, Pisidarum, Pamphyliorum, Lycaoniorum, Lyciorum.

4. τῶν ἀποστόλων) Quorum praecipui erant Ioannes, Petrus et Iacobus, Gall. II, 9.

5. ἐξανέστησαν — πεπιστευότες) Sicut Antiochiae quidam e Iudaeis facti Christiani, ita et Hierosolymis quidam du-riorem illam defendebant sententiam, praecipue autem ex illis, qui Pharisei fuerant.

6. ἰδεῖν περὶ τῆς λόγου τούτου) *Vt cognoscerent ista de re, uel de hac disputatione, s. quaestione.* An hic conuentus

pro

pro concilio possit haberi, nec ne, disputatur a doctis. De qua re consulendi sunt auctores, qui de rebus ad historiam ecclesiasticam pertinentibus scripserunt.

7. πολλῆς — γενομένης) *Quum diu disputatum esset;* Paulo et Barnaba libertatem Christianorum ex gentibus conuerforum defendentibus, Iudaizantibus autem obseruationem auctoritatemque rituum Mosaicorum urgentibus. ὑμεῖς ἐπίστασθε — πικρῶσαι) *Nostis, Deum ab antiquissimis inde temporibus nos sibi elegisse, ut per me Pagani audirent doctrinam Euangelii et fide illam susciperent.* Constructio: ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο est tota hebraica, ut בחר בציון ἐξελέξατο ἐν Σιών, *elegit Sionem. Deus elegit nos, i. e. me* Petrum et ceteros Apostolos, ut per nos Euangelium traderetur. Ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, *ab antiquissimis inde temporibus, ὄντων, ab aeterno.* Alii uertunt: *ante aliquot annos, ut Pl. XLIV, 2. מקרם ימים,* ubi LXX ἡμέρας ἀρχαίας, pro iis quae ante aliquot annos euenerant. Quum autem addit Petrus: *Deus me elegit, ut Pagani per me audirent doctrinam Euangelicam,* respicit ad historiam, quae narratur Act. X.

8. ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς) *Cui perspettae et notae sunt animi cogitationes, Deus, approbavit eos, i. e. declarauit eos haud indignos, quibus Euangelium annunciaretur.* Nam μαρτυρεῖν τινι, *approbare, laudare aliquem.* καθὼς καὶ ἡμῖν) *Qui circumcisi sumus, et Mosis instituta obseruamus.*

9. καὶ ἕδεν — καὶ αὐτῶν) *Nihil discreuit, i. e. discrimen fecit nullum inter nos et illos, quod quidem attineat*

ad gratuiti fauoris beneficium, conferendum credentibus. τῆ πίστει — αὐτῶν) *Fide puras efficiens mentes ipsorum.* Ἡ πίστις, *doctrina christiana* in uniuersum, ut saepe. Per hanc Deus mentes Paganorum purgauit, dum eos a perniciosis erroribus liberauit, et flagitiis eripuit eorum mentes. Perducti enim sunt religione christiana ab idolorum cultu ad cultum ueri Dei, atque ad cognitionem uiae salutaris, quae ipsis antea incognita fuerat. Hoc igitur uult Petrus: Ipsemet olim credideram, gentiles nonnisi circumcisione et obseruatione rituum pueros effici, et dignos societate populi Dei reddi posse. Sed Deus nunc satis declarat, omnes illos recipiendos esse in societatem populi Dei, quorum mentes religione Christi ab erroribus et a uitiorum impuritate sunt purgati. Quum igitur mundati sint, non debent amplius immundis accenseri.

10. τί κειράζετε τὸν Θεόν;) *Cur Deum tentatis?* Tentate Deum dicitur is, qui agit ita ut uelit experiri, an Deus aliquid facere possit uel uelit; qui noua desiderat potentiae et diuinae uoluntatis documenta, ubi iam extant documenta certissima. Sic igitur ii, qui iugum legis Moisaicae imponere uolebant Christianis, tentabant Deum. Dederat enim Deus certissimum documentum, se Paganos etiam felices fieri uelle, dum Cornelio eiusque familiae largitus fuerat Spiritum sanctum. De certo hoc facto dubitabant illi Iudaismi defensores, et experiri uolebant, an res ita fit? Veteres quidam omittunt τὸν Θεόν, ut sensus sit: *Cur tentatis, i. e. conamini imponere iugum illis etc.* ἐπιθεῖναι — μαθητῶν) *Metaphorice: Alligare grauando fratres, ad sustinendum ea, quae neque nostri maiores neque*

nos perferre potuimus. Iugum, de quo Petrus loquitur, sine dubio est lex Mosaica cum suis ritibus. Dicimur non posse, quod perdifficile est. Valde molesta fuit obseruatio legis Mosaicae ob ingentem illum numerum praeceptorum ritualium, quem uidere potes apud Mosen de Kotzi. Et Petrus ostendit, quam durum sit, onus tam molestum iis imponi, quos Deus uelit ab eo esse liberos.

11. ἀλλὰ — καὶ κείνοι) *Sed et nos credimus*, (non obseruatione legis Mosaicae, sed) *fauore et benignitate Domini Iesu fore ut salus nobis contingat, quomodo et illis*, sc. Paganis, qui non seruantur per legem Moysi, quam nunquam habuerunt, sed beneficio Christi. Nonnulli haec uerba καὶ ὁ τρόπος καὶ κείνοι non retulerunt ad τῶν μαθητῶν, sed ad δι πατέρες, et Petrum dixisse arbitrati sunt: Nos uti illi maiores nostri credimus diuino beneficio seruari; nam etiam maiores nostri per Messiam se seruari crediderunt. Sed aduersarii hoc non concessuri fuissent Petro. Pharisaei enim, aduersus quos Petrus disputabat, omnino in ea erant opinione, Iudaeos per legem Mosaicam salute potiri, (u. 1.) non solo Messiae beneficio. Necessè est igitur, ut in conclusionè orationis Petrinae sit illud: Nos Iudaei, uti illi Pagani mero beneficio Messiae, χωρὶς ἔργων νόμις speramus felicitatem.

12. καὶ ἡμεῖον — δι' αὐτῶν) Haec eo consilio commemorarunt Paulus et Barnabas, ut confirmaretur pluribus exemplis, quod Petrus dixerat supra u. 7-9. Nisi enim Deus uoluisset, ut doctrina Christi propagaretur inter gentes, non comprobasset Pauli legationem per miracula.

13. ἀπεκρίθη Ἰάκωβος) *Loqui coepit Iacobus*, ut supra III, 12. et alibi. *Iacobus minor*, *Alphaei filius* hic intelligitur, qui post Petrum maxima auctoritate pollebat apud Christianos.

14. καθὼς πρῶτον — ὀνόματι αὐτῆ) *Quemadmodum primum Deo placuerit recipere ex gentibus ingentem multitudinem inter cultores nominis sui.* Λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτῆ, proprie: *gentem de nomine suo uocatam*, i. e. sibi propriam, cultu et obsequio sibi deditam. Verba illa: ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτῆ defunt in Codd. Verff. et Patr. haud paucis. Ἐπεσκέψατο λαβεῖν, *Libenter recipere uoluit*, uel placuit ipsi recipere. Similis huic est locutio Ierem. XXXII, 41. καὶ ἐπισκέψομαι τῆ ἀγαθῶσαι αὐτῆς. Cf. textum hebr.

15. καὶ τότε συμφωνῆσιν) *Huic rei consonant.* Petrus experientiam, et eam quidem, quae ipsi obtigerat, produxit; Iacobus Scripturam propheticam superaddit.

16. ἀνασρέψω — πεπτωκυῖαν) *Rursum aedificabo domum Dauidis collapsam.* Ἀνασρέψω, ציבן, uerbum pro aduerbio. Et Hebraeis omne habitaculum σκηνή dicitur, quia ea habitatio uetustissima. καὶ τὰ κατεσκαμμένα — αὐτήν) *Et ea quae diruta sunt in ea reficiam, eamque restituum.* Τὰ κατεσκαμμένα, sc. μέρη, *suffossas*, s. *dirutas partes.* Desumpta sunt haec et sequentia uerba ex Amos. IX, 11. 12. *Domum Dauidis*, quam reaedicandam esse Propheta dixit, non esse domum proprie dictam, sed effigiem regni Dauidici, facile apparet. Ita etiam *mons Sion*, ubi palatium Dauidis fuit, omnem omnino ciuitatem Israeliticam indicat. Sensus igitur huius commatis est: *ciuitatem Israeliticam felicitati suae esse restituendam.*

17. ὅπως ἂν — ταῦτα πάντα) *Vt reliqui homines Deum quaerant, et omnes nationes, quae ab eo nomen acceperunt; haec ita dicit Dominus.* Haec sunt e uersione graeca, a qua hebraicus textus h. l. ualde differt. In hoc enim haec extant uerba: *Vt (Israelitae) possideant reliquias Edomi, et omnes gentes quae abs me nomen acceperunt etc.* Alexandrini autem interpretes, quos Iacobus sequitur, pro יִרְשׁוּ legerunt יִרְשׁוּ, transposita porro particula אֵת, et addito יְהוָה, pro אֲדוֹמִים legerunt אֲרָמִים. Sensus huius loci e textu hebraico est, Deum post clades Palaestinae publicas effecturum esse, ut floreat iterum ciuitas afflictā, ut Israelitae accipiant imperium in Idumaeos, et in omnes nationes, quae ad cultum ueri Dei essent transiturae. Hunc locum Iacobus, Alexandrinos secutus, memoriter profert, et simul ad alia flectit. Sicuti nempe reditus ex Babylonico exilio saepe est imago recuperatae per Messiam felicitatis: ita hic etiam reaedificatio ciuitatis Iudaicae repraesentat futura simul tempora, quibus ciuitati Iudaicae per Messiam alia contigit salus. Porro quum in Psalmis et passim in Prophetis Israelitis promittitur, eos habituros esse imperium in gentes omnes, hoc minime accipiendum est historice; huiusmodi enim imperium Iudaei nunquam habuerunt; sed propheticè innuitur, omnes, i. e. plurimas nationes accessuras esse ad colendum Deum uerum, quem Israelitae colebant. Quare saepe additur, ceteras nationes uenturas esse, Hierosolyma Dei colendi causa; Iudaeam fore quasi matrem omnium gentium etc. Ergo propheticè historica cum Symbolis per illam historiam adumbratis coniuncta sunt.

18. γνωσὰ — ἔργα αὐτοῦ) Ἔργα Θεοῦ, *quicquid Deus facit, uel facere decreuit.* Sensus esset: *Non nunc demum hoc consilium cepit, aperuitque Deus: sed apud se statuit olim, et per Prophetas significat;* illud ergo stabit, et ratum erit, et quicumque contra illud faciunt, Deo resistunt. Dubia tamen sunt uerba: ἐς τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, quia a multis codicibus uel plane absunt, uel uariant, ut constructio sit talis: λέγει κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα, γνωσὰ ἀπ' αἰῶνος, *dicit Dominus, (nunc) efficiens quae iam olim nota erant,* sc. ex Scriptis Prophetarum. Ἀπ' αἰῶνος, **ΟΛΙΜ**, *olim, antiquis temporibus.* Non sine ratione suspicatur cel. *Matthaei,* totum hunc uersum, suppositum esse ab aliquo, qui, ut ipse opinabatur, lenius iungere uolebat uerba prophetae et Iacobi, ut argumenti uis luculentius appareret.

19. παρενοχλεῖν) *Facere negotium,* s. obicere molestiam gentibus, s. conturbare gentes; ne scilicet sic multis aditus ad Christianismum praecluderetur.

20. ἀλλὰ ἐπιτεῖλαι αὐτοῖς) *Scribere,* uti apud Latinos interdum *mittere* simpliciter est scribere, *epistolam mittere;* uel etiam *praecipere,* qua notione hoc uerbum saepe apud Iosephum, Ant. I, 1, 1. II, 2, 1. aliisque locis. τὰ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἁλισγημάτων τῶν εἰδωλῶν) *Vt abstineant se a pollutis idolorum cibis,* siue a pollutionibus ciborum; cuius generis sunt ea quae idolis consecrata sunt. ἁλισγήματα, *cibi uetiti,* de quibus lex agebat, quales ante omnes εἰδωλόθυτα, quae non esse impura non poterant. Sic ἄρτους ἁλισγημένους Malach. c. I, 6. 7. uocat *panes pollutos.* Ipse Lucas infra c. XXI, 25. εἰδωλόθυτον uocat, quod h. l. ἁλισγήματα τῶν

τῶν εἰδώλων. Mos erat gentilibus, ut sacrificiis peractis, pars uictimae Diis consecratae daretur Sacerdotibus, pars cederet offerentibus, qui epulas sacras uel in templis, uel in priuatis aedibus instituebant, ad quas inuitare solebant amicos. Ouid, Metam. XII, u. 154. *Sacra tulere suam: pars est data cetera mensis.* Iudaei nefas esse putabant his epulis interesse. Quare Christianis iniungendum esse censuit conuentus, ut abstinerent a talibus conuiujs inuitati. Nec sine ratione. Periculum enim erat, ne Christianis, qui his epulis interessent, persuaderent Paganī ut redirent ad idololatriam. Deinde etiam epulae sacrificales habebantur in honorem idolorum. Qui igitur iis intererant, ii participes fiebant cultus, qui idolis illis praestabatur, ut taceam scandalum quod datum fuisset alijs Christianis, si uiddissent fratres christiana libertate sic abuti, ut interessent epulis sacrificialibus Paganorum non dubitarent. Cf. I Cor. VIII, totum et I Cor. X, 14. sqq. καὶ τῆς πορνείας) Iacobus, ut facile apparet, de iis monet, quae disputationem recipere uidebantur, et quae Iudaeos poterant offendere, et impedire, quo minus pii ex gentibus cum pijs Hebraeis in unam ecclesiam coalescerent. Est igitur sermo de adiaphoris per se, quibusque ex charitatis tantum lege abstinendum esset. Quomodo autem inter adiaphora, per se uidelicet, *scortatio* poterat reponi? Probabilis igitur est *Heinsii* sententia, qui statuit esse hoc ioco ἀλίσημα πορνείας, ut ἀλίσημα εἰδωλοθύτων, ut uetetur, ne gentes cibis, qui idolis essent a meretricibus oblati, uel mercede emti meretricia fuerant, se polluant. Hellenistae aliqui haud dubie πορνείαν, i. e. πορνικὴν θυσίαν, ἀτελῶς dixerunt; ut si, πορνεῖον μίσθωμα, πορνείαν σάρκα, dicas. Nihil uero usitatius erat apud gentes, quam

quam ut meretrices, quae sufficientem corpore quaestum fecissent, luculentas Veneri Diisque uictimas, eadem hac foedissima mercede pretioque emtas partasque offerrent, quod Dei lege uetitum. Deut. XXIII, 19. Probabilior tamen uidetur esse eorum sententia, qui scortationem intelligunt non in se, ut morale quid, ut flagitium quoddam, sed quoad cum idololatria et cultu Deorum erat coniuncta. Constat enim, fuisse quaedam sacra publica, in quibus scortatio propemodum licita, et tanquam in parte sacrorum illorum haberetur, ueluti Romanorum Lupercalia et sacra Bonae Dae, Graecorumque Dionysia. Iam Mosis tempore coniunctam fuisse illam ueneream nequitiam cum idolorum cultu patet ex Num. XXV, 1. XXXI, 16. Non igitur mirum, si Apostoli, ubi prohibent epulas sacrificales, simul etiam prohibent *πορυσίαν*, cum epulis illis coniunctam. Cf. *BENDELII* Gnomon, et *WETSTENIUS* ad h. l. Porro abstinere debebant Christiani τὴν πικρὴν καὶ αἵματος) *Suffocato et sanguine*. Vide Leuit. XVII, 10. sqq. Suffocatum animal est uel sponte mortuum, uel uenatione captum, Huiusmodi animalis esu abstinendum erat Iudaeis, quoniam sanguis omnis in eius uenis et arteriis remansisset. Licitus tamen erat animalis capti esus, postquam sanguis ab omnibus uenis erat secretus. *Sanguinem* porro occisarum uictimarum Iudaei ex lege Mosis ad aram adspargere, siue in terram fundere solebant; sed ab eius esu iis omnino erat abstinendum. Ethnicis contra sanguis et suffocatum in deliciis erat. Quoniam autem esus eius Christianis ex Iudaeis erat abominabilis, profecto non poterat expectari, ut cum Christianis ex Paganis una ederent, atque cum iis se coniungerent, nisi isti in hac re sese iis accommodarent.

darent. Haec uidetur fuisse huius interdicti causa. Alias de hac re sententias uid. in *WOLFII* curis philologicis, et *DEPLINGII* obseruat. sacr. P. II. Veteres Christiani praeceptum de non edendo sanguine perpetuo obseruandum esse duxerunt, quod ex *Tertulliano*, *Minucio*, *Canonibus Apostolicis*, aliisque locis Veterum *Grotius* ad h. l. probat. Sed ea una ex causa, ut Iudaeorum offensa uitaretur, datam esse hanc legem, res ipsa docet.

21. Difficile est dictu, quomodo hoc comma cohaereat cum antecedenti. Ratio reddi uidetur, cur Christiani ex Ethnicis abstinere debeant ab esu ciborum, quorum u. 20. fit mentio. Reuocatur nimirum Iudaeis in memoriam interdictum huius rei, quoties Moses legitur; quare cauendum, ne animi eorum esu istiusmodi ciborum irritentur. *Wetstenius* hunc esse sensum statuit: Nihil hic inuouamus, neque Mosis legem abolemus. Vigeat autoritas legum Mosaicarum apud Iudaeos natos, legantur porro eius libri ab omnibus, dummodo ne isti legi subiiciantur, quos ipse subiectos non uoluit, aut plura a gentibus requirantur, quam Moses requisuit Act. VI, II. 14. Omnium optime Scholion cod. Mosq. apud *Matthaei* nodum soluere uidetur. Habet nempe haec: Μουσης γὰρ ὡς περιττὸν τοῖς Ἰουδαίοις τὰυτα ἐπισέλλειν, ἀπὸ τῶ νόμου τὰυτα μανθάνουσιν. ἀπὸ τῶ νόμου γὰρ τὰυτα ἐλλίπται ἢ γὰρ καινὴ (διαθήκη) ἔδεν τοῖστων διατέττεται, ἕδαμῦ τῶ χριστῷ περὶ τούτων διαλεγόμενα.

22. τότε ἔδοξε — αὐτῶν πέμψαι) In uerbis: ἐκλεξαμένους πέμψαι, ut eligentes mitterent, Accus. ponitur ut apud Latinos pro: ἵνα ἐκλεξαμένοι πέμψωσι. Sic Xenoph. *Cyropae*

L. VII. ἔξεις δὲ σοι ἰδόντι ταῦτα, ἐλθόντα ἴτι καὶ περὶ τῆς ἀρταγῆς βουλευσασθαι, licet tibi, ut haec uidens etiam ueniens de rapina consultes. Alii ἐκλεξαμένους passim explicant: *delectos ex sese uiros*. Ita sumitur infra comm. 25. ἀνδρας ἡγούμενους) *Viros primarios, facile principes*. Nam ἡγούμενοι h. l. sunt, qui praecipua aliqua auctoritate et dignitate inter suos florent, ob singularia, quibus a Deo exornati erant, dona. Hoc sensu apud Iosephum A. XI, 4, 4.

23. γράφαντες) Pro γράψαντες, ex Grammatices regulis, ordinarie scribendum fuisset γράψαι, ut τοῖς ἀποστόλοις, tanquam suo subiecto, responderet. Sed hoc ἀνακλήθων grammaticum a loquendi more Graecorum non abhorret, et in Scriptoribus Atticis etiam saepe inuenitur. Cf. etiam Κυρκii obseru. ad h. l. χαίρειν) *Salutem*. Est formula initialis epistolarum, Graecis consueta, subaudita uoce ἔυχομαι, *opto te ualere*.

24. ἐξ ἡμῶν ἐξελθόντες) *Egressi ex nobis*, i. e. ex nostra congregatione. Aliqui hoc sunt interpretati de discessionem quorundam atque defectionem ab Apostolis. Ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, *turbarunt nos doctrinis*, uel sermonibus. Ταράττειν est, in pace et tranquillitate ambulantes scrupulis turbare. ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν) *Auertentes animos uestros*, a recto tramite nempe. Oppositum huius uerbi est κατασκευάζειν, ut uel ex ἀνασκευῆ et κατασκευῆ Rhetorum notum est: iam quum κατασκευάζειν in sacris litteris sit, *uera religionis christianae cognitione imbuere et instruere*, facile intelligi potest, ui uocis oppositae ἀνασκευάζειν denotare, *animos falsa doctrina imbuere et corrumpere*,
atque

atque adeo a uera salutis aeternae consequendae uia abducere conari. λέγοντες περιτέμεσθαι) Dicentes circumcidendos esse, nempe fideles. Infinitiuus pro Gerundio. οὐκ ἔδωκεν) Quibus mandata talia non dedimus. Auctoritatem Apostolorum falso illi suis dogmatibus praescribebant.

25. γενομένοις ἑνωθησάμενοι) In unum sensum ingressis.

26. παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν) Qui ultimo discrimini et extremis periculis exposuerunt uitam suam. Efficaciter commendant Paulum et Barnabam, ut qui nihil existimandi sint facere sui causa, quum propter Christum et ecclesiam tot pericula subierint, et subeant quotidie.

27. καὶ αὐτῶν — τὰ αὐτῶν) Ut uerbis eadem uobis dicant, quae continet epistola, et certos uos faciant, epistolam hanc non esse suppositam. Ἀπαγγέλλοντας, Praef. pro Fut. ἀπαγγελοῦντας.

28. τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν) Nobis per Spiritum sanctum; ἔνδιὰ δυοῖν, uel: Spiritui sancto per nos loquenti; et consilia nostra dirigenti, Io. XVI, 13. et supra XIII, 2. Spiritus sanctus reuelauit, quid in ea re statuendum esset. πλὴν τῶν ἐπάναγκες, τέτων) Praeter haec necessaria. Ἐπάναγκες, necessario, est aduerbium, et phrasis nostra elliptica, quam plene enunciaueris: πλὴν τῶν ἐπάναγκες ὄντων τέτων. Si aduerbia nominibus iunguntur, participium uerbi εἰμι supplendum esse, uulgare est. Quod hic de necessitate de talibus abstinendi dicitur, id non ita intelligendum est, quasi in natura sanguinis et suffocati aliquid sit, cur christianis non liceat iis uesci. Necessaria erat haec abstinencia

tia non in se, sed relate et certo modo. Adstringitur nempe haec necessitas ad illius temporis conditionem, ut aliarum gentium cum Iudaeis esset consuetudo magis apta, et minus dissentanea uitae ratio.

29. ἐξ ὧν διατηρῶντες ἑαυτοὺς) *A quibus, si uobis caueritis.* Constructio paullo intolerantior, ut Pl. XI, 8. Apud Hebraeos litera **D** proprie ualet ἐξ, nonnunquam ἐπὶ. Ἰνὸν πράξετε) Verti potest: *recte ageritis, uel felices s. beati eritis.* Significatus *recte faciendi* hic praefendus esse uideretur. Formula: *hoc si facietis, recte facietis,* sollemnis est Graecis in clausulis orationum et epistolarum. Ἐὐρωσθε) *Valete.* Vītata Graecis clausula litterarum, sicut exordium χαίρειν. Pertinent huc, quae Paulus commemorat Gal. II, 7-9.

31. ἀναγνόντες δε) Christiani Antiochenses. ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παραλήσει) *Illa consolatione, uel nuncio laeto gauisi sunt,* ut intelligatur, fuisse eos antea dolore affectos turbidis aliorum sermonibus. Multum ipsis placebat, quod uiderent, libertatem, qua utebantur, ab Apostolis probari.

32. καὶ αὐτοὶ προφήται ὄντες) *Qui et ipsi doctores erant,* nempe ut Paulus et Barnabas, quibuscum missi erant Antiochiam. Προφήτης, נביא saepe in uniuersum est doctor, ut satis constat. διὰ λόγους — ἐπεσήμεσαν) *Cum copiosa oratione cohortati sunt et confirmarunt fratres.* Est enim παρακαλέσαι et cohortari et consolari. Τὰς ἀδελφούς, praecipue illos e Iudaeis Christianos, quibus scrupulos adimere non adeo facile erat.

31. ποιήσαντες δὲ χρόνον) *Quum uero per aliquod tempus ibi commorati essent*; Iudas nempe et Silas. Ποιεῖν προ διατρίβειν alii etiam Scriptoros habent. ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν) *A fidelibus dimissi sunt bonis omnibus uotisque.* Similes phrasas sunt apud Iosephum et Philonem. πρὸς τὰς ἀποστόλους) Legendum uidetur: πρὸς τὰς ἀποσείλαντας αὐτούς. Sic enim praeter optimos codd. habent Copt. Aeth. Vulg. cant. Euthal. Cassiod. Beda,

34. Deest hoc comma in multis Codd. et Patribus. Alii addunt: μόνος δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη. Recte nonnulli censent, temere haec esse illata, ab iis fortasse, qui comm. 22. 32. 33. et 40. inter se pugnare crediderunt. Sed potuerunt Silas et Iudas aliquamdiu Antiochiae remanere, quamuis peractis negotiis dimissi essent ab Antiochenis.

36. Hoc secundum Pauli iter ad gentes incidere uidetur in a. Chr. 51. uel 52.

37. τὸν Ἰωάννην τὸν καλούμενον Μάρκον). Ioannes, cognomine Marcus est is, cuius mentio facta est supra c. XII, 25. qui c. XIII, 5. dicitur minister Pauli et Barnabae, comes itinerum. Quam autem uenissent in Pamphiliam Paulus et Barnabas, Ioannes eos deseruit, et Hierosoly-ma rediit.

38. Παῦλος δὲ ἤξίς — μὴ συμπαλαβεῖν τῦτον) *Paulus nolebat hunc secum ducere, s. comitem itineris habere.* Ἄξιόν enim, adiuncto τῶ μὴ, saepe est *nolo*, ut apud Ioseph. A. I, 1, 4. VII, 7, 3. μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον,

qui non profectus fuerat cum iis ad hoc opus. τὸ ἔργον esse munus et occupationem tradendae religionis christianaе, facile apparet.

39. παροξυσμῶς) *Animorum incitatio, uel commotio.* Sensus est, uehementer et acriter commotos fuisse eorum animos. ὁ Πῦλος, ut Graeci hic non male notant, ἐλύττει τὸ δίκαιον, ὁ Βαρνάβας τὸ φιλόφρονον. Ceterum amoris et amicitiae uinculum non esse disruptum inter Paulum, Barnabam et Marcum, patet ex 1 Cor. IX, 6. Col. IV, 10. 2 Tim. IV, 11. Phil. u. 24. Hieronymus uocat *aedificatorium Ecclesiae iurgium*, quia seorsim plura loca adire poterant eodem tempore, quam iunctim.

CAP. XVI.

1. **K**ατήντησα) *Peruenit, s. perrexit.* Proprie *occurrenti* significationem habet hoc uerbum. Ἐκστὴ, nempe Lystris. γυναίκα (τινὸς) Ἰουδαίας τισῆς) *feminae ex illis, quae in Iudaea primae in Christum crediderant.* Nomen ei *Eunice*, 2 Tim. I, 5. πατὴρ δὲ Ἕλληνας) *Lex uetabat Iudaeis ducere extraneas legi non subiectas: feminis autem Iudaeis non uetabat nubere extraneo pio, sicut Esther nupsit Ahasuero.*

3. τῶτον — ἐξελθεῖν) *Nempe in Macedoniam, ubi Timotheus et Sitas propinquos quosdam habebant Iudaeos gente, fide Christianos, ex illis post Stephanum longe lateque dispersis.* περιέτελλεν αὐτὸν) *Non fuerat circumcissus, quia, ut Thalmudici tradunt, non erat ius matri filium circumcidere, patre inuito; patris enim potestas praeualebat.* διὰ τὸς — ἐκείνοισ) *In Macedonia, quo ire uolebat.* Sperabat

Dat ipsius opera multos ex Iudaeis nondum conuersos, ad Christum posse conuerti, quorum nonnulli regidioribus illis sententiis occupati, consuetudinem sermonemque eius declinaturi fuerant, si scissent incircumcisum. Paulus circumcisionis et usum et omissionem, ex temporum locorumque utilitate metiri nouerat. Illis, qui necessitatem circumcisionis ad salutem aeternam consequendam defendebant, fortiter restitit; ceterum facilem se praebuit infirmis, si qua eos lucrandi spes esset. ἤδεισαν — ὑπῆρχεν) i. e. Nouerant omnes, ὅτι ὁ πατήρ αὐτοῦ Ἕλληνα ὑπῆρχεν, patrem eius Graecum fuisse. Similis constructio apud Demosth. aliosque occurrit. Quum Graecum scirent parentem eius fuisse, non admissuri fuissent eius doctrinam et institutionem. Nefas enim putassent doceri ab homine, qui haberet a patre aliquid impuritatis. Ea igitur indulgentia usus est Paulus in Iudaeos, ut Timotheum circumcideret, quoniam in ea erant opinione, hominem ex patre impurum, circumcisione factum esse puriorem et sanctum.

4. τὰ δόγματα — Ἱερουσαλήμ) *Decreta facta ab Apostolis et Presbyteris Hierosolymitanis.* Δόγματα h. i. non sunt doctrinae, quae uulgo dogmata dicuntur, sed decreta de quatuor rebus fugiendis, c. XV, 20. 29. Graecis Senatusconsulta, leges, edicta dicuntur τὰ δόγματα, a uerbo δοκεῖν, ut τὸ δόγμα sit id, quod uisum est hominibus. Nostro loco additur κεικρίμενα, *facta, stabilita, sancita* ab Apostolis. Ceterum ex hoc loco intelligitur, in singulis nunc oppidis commendatum esse Christianis hoc edictum, Antiochenis scriptum.

6. καθυθέντες — τὸν λόγον) *Vetiti afflatu Spiritus sancti docere Euangelium*; nam λόγος h. l. κατ' ἐξοχὴν est doctrina Euangelii. Vetiti sunt per quoddam dictamen internum, cuius auctor spiritus sanctus, animos et consilia eorum dirigens. Certe tamen non potest dici, utrum per reuelationem peculiarem, an per uisum aliquod, an alio modo hoc factum fit? Visi expressa fit mentio infra u. 9.

7. ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν) *Quum uenissent ad fines Mysiae.* ἕκ ἑαυτῶν) Per alios poterat Euangelium ibi praedicari, quod et factum est, infra XIX, 10. 1 Pet. I, 1. et fieri debuit, Matth. XXVIII, 19.

8. παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν) *Praeterita Mysia*, praetergressi Mysiam.

9. Μακεδῶν) *Macedonem esse in somnii uiso sibi conspectum, cognoscebat ex uerbis: διαβάς εἰς Μακεδονίαν. βοήθησον ἡμῖν)* *Fer opem nobis.* Hoc Paulus recte de praedicatione Euangelii intellexit; nec aliter intelligere poterat.

10. ἐζητήσαμεν) His indicatur, Lucam, huius libri auctorem fuisse et ipsum in illo comitatu, eo quod suam personam commemoratione comprehendit. συμβιβάζοντες) *Argumentum inde trahentes*, nempe ex illo uiso noturno. Συμβιβάζειν in se est *coniungere, copulare*. Iam animus συμβιβάζων est plura inuicem coniungens et comparans, ut uideat quid inde sequatur. Hic igitur omnes περιφάσεις comparantes concluderunt, Macedoniam esse adeundam.

11. ἀναχθέντες) *Proueβι* a Troade. Est enim ἀνάγειν uerbum nauticum. ἐυθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθράκιον) *Secundo uento nauigauimus in Samothraciam.* Prospera nauigatio fidem fecit, bene eos coniecisse et rem non sine numine geri. Graeci etiam dicunt ἐρθεσπλοεῖν. *Samothracia*, infula uicina Thraciae; olim Dardania a Dardano; hodie *Samandrachi*. Νεάπολιν) *Plinius* H. N. IV, 18. A meridie Aegeum mare, cuius in ora a Strymone Apollonia, Oesima, *Neapolis*, *Datos*. Intus *Philippi* colonia.

12. ἥτις ἐστὶ — πόλις) Nec ordine nec dignitate prima fuit urbs Macedoniae *Philippi*. Quare nonnulli πρώτης legendum putant pro πρώτη, alii τῆς μερίδος omittunt, ut πρώτης Μακεδονίας πόλις κολονία fit colonia in Macedonia prima. Vid. *Bouyeri* coniect. in h. l. Sed nihil mutandum uidetur; nam πρώτη πόλις non idem significat semper quod μητρόπολις. Interdum etiam urbes Graeciae nomen πρώτης πόλις in numis usurpabant. Vid. Illustr. Michaelis introductio in libros N. T. §. 187. Alii difficultatem sic tollunt, ut dicant, Macedoniae tum in duas partes fuisse diuisam; alteram Proconsularem, quod a Proconsule regeretur; alteram Augustalem, quod esset pars Augusti; et in hac parte *Philippos* fuisse urbem primariam. Κολωνία est nomen latinum, significans urbem, quam occupatam incolebant ciues Romani. Paulus colonias maxime sequebatur, quod ibi et plus essent hominum et gentes uariae.

13. ἐξήλαθμεν — προσευχή εἶναι) *Vbi ex more erat Proseucha.* Νομίζεσθαι saepe est, in more esse, unde νομισμένα apud Ioseph. Ant. V, 1, 1. sunt *solemnia, quae ex more peragenda sunt.* Fuit moris apud Iudaeos, ut *Proseuchas*

chas quam proxime ad fluuios exstruerent, quo commodius ipsis suppeteret aqua ad manus lauandas, antequam preces facerent. Insignis in hanc rem est Iosephi locus A. XIV, 10. 23. Philo synagogas uocat προσευχάς, quia in illis et legebatur lex, et orabatur. Sed etiam quibus in locis synagogae non erant, puta ob exiguum Iudaeorum numerum, aut quod magistratus non permitterent, habebant Iudaei loca, orationibus destinata. Proseuchae s. Oratoria non semper fuerunt aedificia, sed interdum loci subdiales et solitarii, siluulae, ubi praecandi causa conuenirent. Vid. *VITRINGA* de Synagoga uetere p. 119. 217. 1109.

14. τέλειος θυστήρων) Θυστήρα est urbis nomen in Lydia, extrema Myriorum, unde uerisimile est, illam purpurariam gentili nomine Lydiam fuisse nominatam. ἥς δὲ κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν) *Cuius animum conuincebat Dominus*, nimirum per doctrinam Euangelii, quam attenta mente perceperat. *Aperitur animus*, si antea non intellecta intelligit. *Themist.* Orat. II. de Constantio Imp. διανοίγεται μοι τὸ εἶδος καὶ ἡ καρδία, καὶ διαυγέστερα γίνεται ἡ ψυχὴ, καὶ τὰ ὄμματα δεύτερα τῆς διανοίας. δρῶ γὰρ, ὃ μακάριοι, ἃ πρότερον εἶχ' οἶός τε ἦν. *Pectus mihi et cor aperitur, et pellucidior fit animus, oculique mentis perspicaciores; uideo igitur, o beati, quae antea non poteram.* Ex aliarum etiam linguarum consuetudine pectus dicitur apertum alicui rei, quod ad eam est paratum et promptum, e. c. pectus apertum uirtuti, amicitiae, uitiis. Ergo *animum aperire* simul includit hoc: reddere eum promptum et procliuem. Tota igitur uis phraeos, *Deus aperuit Lydiae cor* s. animum est haec: Deus eam reddidit intelligentio-

rem

rem et procliuiorem. Deo autem hoc tribuitur, quoniam hoc totum est opus et beneficium Dei, quando hominem impertit hac doctrina. Vnde intelligitur non immediata ratione, sed per doctrinam apertum esse Lydiae animum. προσέχειν τοῖς λαλιμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου) *Vt fidem haberet Pauli dictis.* Aequipollet enim προσέχειν cum uerbis πισθῆν τῷ κυρίῳ εἶναι, u. 15. *Demost.* ad Leochar. ποτέρῳ προσέχειν ὑμῶν ὡς ἀληθῆ λέγοντι; *cuinam uestrum ut uera dicenti fides habenda est?* Hinc saepe opponuntur ἀπισθεῖν et προσέχειν, quod multis exemplis probat Kypke.

15. εἰ κερρίκατε — εἶναι) *Siquidem* me putatis ex animo credere quod profiteor. Ἐι h. l. uertendum est, *siquidem*, uel *quandoquidem*, ut Gal. V, 25. 1 Petr. I, 17. Ita haud raro Latini etiam sumunt particulam *si*; quod nonnullis locis probat *Pricaeus* ad h. l. παρεβιάσατο ἡμᾶς) *Quodammodo uim nobis attulit*, nimirum uehementibus precibus; ut Mitio Terentianus, *uis haec quidem est*, inquit, quum non fieret orandi finis.

16. εἰς προσευχὴν) Προσευχὴ hic quoque, ut supra u. 13. de loco faciendis precibus destinato, accipi debet. πνεῦμα πύθωνος) Πυθῶν omnium ueterum consensu significat *hominem uentriloquum*, hominem qui clausis labiis loqui solet, ita ut in gutture, pectore et uentre loqui uideatur. Ipsi Veteres hos homines, quos uocant etiam ἔγγαστριμύθους, et κερνομάντες, afferunt fraudatores fuisse, qui lucri causa futura praedicerent, quasi reuelata sibi a Deo, intus in pectore uerba efformante. Appelluntur autem isti homines *Pythones* (ab Apolline, quia Apollo Pythius credebatur esse uaticinandi Deus,) quasi homines orti e familia Pythii
Appol-

Appollinis, et ab eo ornati hoc beneficio. Fingunt nempe Veteres monstrum horrendum, quod *draco* δελφύνης, ὄφης μέγας, ἀνδρὸς ὄφης uocatur. Hunc serpentem terrae filium fuisse et πυθῶνος nomen habuisse tradunt. Addunt, hoc monstrum praefuisse oraculo cuidam in monte Parnasso: Appollinem autem, *Pythone* interemto, oraculo hoc potitum esse et successisse, uelut alterum praesidem, in locum interemti *Pythonis*. *Plutarchus* de defectu oraculorum: τῆς ἐγγαστριμύθου εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ Πυθῶνας προσαγορευμένης. *Galenus* glossar. Hippocr. ἐγγαστριμύθοι, δι κεκλισμένῃ τῷ σώματι φθεγγόμενοι, διὰ τὸ δοκεῖν ἐκ τῆς γαστρὸς φθέγγεσθαι, *clauso ore loquentes, ut uideantur ex uentre loqui*. Schol. ad *Aristoph.* *Veip.* 1014. ἕτος, ὡς ἐγγαστριμύθου λέγεται Ἀθήνησι τ' ἀληθῆ μαντεύμενος διὰ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ δαίμονος. Qui plura desiderat, adeat b. *Walchii* commentat. de *seruis Veterum fatidicis*. Porro haec femina, de qua h. l. est sermo habuisse dicitur πνεῦμα Πυθῶνος, *Spiritum Pythonis*, i. e. Spiritum talem, qualem habent uentriloqui; omnes enim se cum Deo habere commercium dicebant. A diabolo hanc mulierem fuisse gubernatam nec *Lucas* dicit, nec ex re ipsa intelligi potest. Sequitur Scriptor usum loquendi illo tempore receptum, quo ita uocati sunt homines fraudatores uentriloqui. ἥτις ἐργασίαν — μαντευσμένη) *Quae magnum quaestum conciliabat Dominis suis uaticinando*. Est enim ἐργασία h. l. quaestus, seu lucrum; μαντεύεται autem et is, qui oraculum consulit, et ipsum oraculum responsum dans.

17. αὐτῇ — σωτηρίας) Paulum et eius comites esse legatos diuinos, intelligere potuit haec mulier ex Pauli rebus
bus

bus gestis. Docuerant enim per plures dies in hac urbe, et inter alia dixerant etiam hoc, se σωτηρίαν tradere hominibus. Hoc igitur repetit mulier, et dicit: hi homines uobis ἔδδν σωτηρίας monstrant. Quod autem laudauit Paulum et comites, in eo callide egit. Voluit nempe sibi conciliare maiorem auctoritatem, quasi ipsa cum his legatis diuinis haberet communionem.

18. διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος) *Molestia autem affectus*, sollicitus de ea re *Paulus*. Ideo uero aegre tulit Paulus, quod nollet sibi auctoritatem parari per illam mulierem, quam fraudatricem omnes cognoscebant, quam tantum lucri causa ita agere constabat. καὶ ἐπιστρέψας — τῇ ὥρᾳ) *Et retro conuersus, Spiritui dixit: lubeo te in nomine Iesu Christi discedere ab illa muliere; et exiit Spiritus hoc ipso momento*. Dum Paulus Spiritum discedere iubet, accommodat se loquendi usui recepto, quo omnes dicebant, Spiritum quendam fuisse in illa muliere. Quod autem exiisse dicitur Spiritus, id intelligendum est ita, mulierem ab illo horae momento desisse uaticinari et loqui per uentrem. Igitur res, quam Paulus fecit nihil amittit suae dignitatis; erat enim permagna, ad quam efficiendam requirebatur facultas nemini hominum in se concessa.

19. ἰδόντες — τῆς ἐργασίας αὐτῶν) *Quum uiderent domini puellae, euanuisse spem lucri sui*. Ita indicatur fuisse plures participes lucri istius, et huius quaestus societatem quandam. Nam plures eam emerant, et possidebant. ἐπὶ τοῖς ἀρχόντας) *Ad magistratus*. Ad duumuiros coloniae, quos iam dicet στρατηγούς, praetores, honoratiori uocabulo, sicut Capuae duumiri praetores se dici uolebant.

20. ἔκταράσκειν ἡμῶν τῆν πόλιν) i. e. pacem et tranquillitatem ciuitatis, stabilitas leges turbant.

21. ἱθῆ — ῥωμαίοις ἔσι) ἱθῆ h. l. sunt ritus, uel cultus religiosi, ut supra VI, 14. Seruius ad Aen. VIII. 187. *Cantum fuerat et apud Athenienses et apud Romanos, ne quis nouas introduceret religiones: unde et Socrates damnatus est, et Chaldaei uel Iudaei urbe depulsi. Cicero de legibus Lib. II. Separatim nemo habessit Deos, neue nouos; sed nec aduenas, nisi publice adscitos, priuatim colunt. Iul. Paulus Sentent. V. 21. 2. qui nouas et usu uel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moueantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur.* Eadem uero lex etiam et clarius contra hariolos erat lata. Fortassis etiam hoc arripuerunt seditiosi isti homines, quod Paulus et Silas Iesum regem et dominum dicerent, et multa loquerentur de regno Dei, ad quod inuitabant homines. Haec res eam speciem habere poterat apud imperitos, quasi nouam ciuitatis formam introducere uoluissent. Quare dicunt: Non licet nobis suscipere et obseruare haec instituta, quia ciues Romani sumus,

22. διεσρατηγοῖ — βαβδίσειν) Sic A. Gellius, I, 13. uestimenta detrahi imperauit, uirgisque multum cecidit. Diodor. S. XVII. 35. διε δὲ τὰς ἐσθῆτας περιβήγγυνόντες. Seneca in controuersis, ut uerba legitima refert: *summoue licitor, dispolia, uerbera.*

23. παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι) Praecipientes carceris custodi. Hunc custodem carceris nomen habuisse
Stepha-

Stephanæ Graeci perhibent, et eum esse, cuius mentio fiat, 1 Cor. I, 16. XVI, 15. 17.

24. καὶ τὰς πόδας — ξύλον) *Pedes eorum inclufit in lignum*, i. e. *illigauit compedibus ligneis*. τὰ ξύλον fuit instrumentum ligneum, quinis hinc et inde foraminibus certo inuicem spatio diuifis excauatum. In haec foramina tanquam in ocreas quasdam, pedes inferebantur noxiorum, et uinculis seu neruis astringebantur. Vid. *Henr. Valefi* annot. in *Euseb.* Hist. eccles. p. 88. edit. Mogunt. *Lucianus* Toxari 29. εἰδὲ ἀποτείσειν τὰ σκέλη δυνάμενον, ἐν τῷ ξύλῳ κατακλεισμένα, *qui neque extendere crura posset, ligneis compedibus deuincta*. *Hesychius* ποδοκάκη, ἡ ἐν ξύλῳ δεσμός, ἐν ᾧ οἱ κακῆργοὶ δεσμεύονται. Fuit tamen discriminis aliquid inter ξύλον et ποδοκάκην. Cf. *Grot.* κλοιδν autem uocarunt id, quo collum uinciretur. *Plauto* est collare.

25. ὕμνον τῷ θεῷ) *Laudes Deo canebant*, et gratias agebant pro honore sibi habito, in eo, quod pro Christo pati possent; supra V, 41. Hoc erat *gaudium in spiritu sancto*, in carcere, ubi nec genua flectere, nec manus tollere poterant.

26. καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη) Non uni, ut supra XII, 7. sed uinctis omnibus, ut scirent, Apostolos et sibi, et aliis esse utiles.

27. ἔμελλον εἶαυτον ἀναίρειν) *Metu grauioris supplicii*. Solebant enim commentarienses, si effugissent uincti, eandem pati poenam, quam uincti passuri fuerant. L. IX, 4. 4. C. *de custodia reorum*.

30. προαγαγών αὐτὸς ἔξω) In locum aliquem carceris sub dio posuit, ut liberius respirarent. κύριοι) Dominos uocare eos, quos honorare uelimus, receptum tum erat, et apud Graecos et apud Romanos. Testis *Martialis* et alii. *Seneca* epist. 3. *Obuios, si nomen non succurrit, Dominos salutamus.* τί με δεῖ ποιεῖν ἵνα σωθῶ;) *Quid faciendum mihi est, ut saluti meae consulam?* Non credibile est, hominem paganum de aeterna salute cogitasse. Erit igitur σώζεσθαι, ut in quavis alia lingua, *saluti suae consulere.* Metuit nempe carceri praefectus, ne puniretur a Diis, quod uiros tam uenerabiles, Deoque gratos duriter tractasset. Quaesuit igitur, quid sibi esset agendum, ne puniretur a Deo. An uero carceris custos spem aliquam uitae melioris ex antiqua traditione, aut ex Philosophorum doctrina acceperit, uel etiam antea iam Paulum docentem audiuerit, id est incertum.

31. πίστευσον) *In Dominum Iesum Christum credere* h. l. est religionem uniuersam Christi amplecti, eiusque praeceptis optemperare. Quare Apostoli nunc accurate et prolixè carceris custodi doctrinam Euangelii annunciant et commendant, ut patet ex com. 32. καὶ σωθήσῃ — δικῆς σου) *Sic consules saluti tuae et familiae tuae.* De uera hac salute edocuit Paulus carceris custodem, dum eum in doctrina christiana instituit.

33. καὶ παραλαβὼν αὐτὸς) Adductos ad κολυμβήθραν aliquam, quae erat intra moenia carceris. ἔλαβεν ἀπὸ τῶν πληγῶν) Abluit sanguinem uirgis excitatum. παραχρῆμα) Similia exempla dati sine mora baptismi, habemus supra VIII, 38. X, 47. XVI, 15. Non multa scitu

scitu sunt necessaria ad salutem, sed praecipua illa dogmata altae menti debent esse infixae, uertique in succum et sanguinem.

34. παρέθηκεν τράπεζαν) Παράτιθέναι proprie dicitur de conuiuatore Luc. X, 8. aliisque locis. πανοικί) *Cum uniuersa domo*, s. familia. Cod. Cantabrig. habet σύν τῷ δίκῳ αὐτοῦ, e glossemate. πεπιστευκός τῷ θεῷ) Participium hic causam reddit. Ideo gauisus est, quod non ipse tantum, sed et tota eius familia tanta luce perfusa esset.

38. διεσρατηγοῖ) Qui supra u. 19. διέρχοντες. Vulgatus bene utrobique *magistratus* uertit. τὸς βαβδέχης) *Lictores, uiatores*. Non intelligendi hic sunt lictores cum fascibus, qui Romae erant, sed lictores cum bacillis, qui apparebant, et praesto erant magistratibus colonicis. λέγοντες — ἐκεῖνος) Illud ἐκεῖνος h. l. contemptum indicat, ut Luc. XIV, 24. XIX, 27. Io. VIII, 10. Subierat duumuiros poenitentia, quod in plebis commotae gratiam, *indicta causa*, caedi iussissent homines aduenas contra morem. Romanos autem eos esse, nondum uidentur scisse.

37. δειραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ) Sc. χώρα. *Publico loco*, Dicuntur Duumuiros fecisse, quod fieri iusserant. Et multum auget iniuriam, quod facta erat in publico. ἀκατακρίτως) *Indicta causa*. Contra ius gentium, e Romanorum. Cicero: *Causa cognita possunt multi absolui, incognita nemo condemnari potest*. Ῥωμαῖος Cic. Verr. V. 57. *Illa uox et imploratio: Ciuis Romanus sum, quae saepe multis in ultimis terris opem inter barbaros et salutem tulit*. Ciuem Romanum omnino uirgis caedere non li-

cebat per leges Porcias et Sempronias : quanto minus caussa indicta ? *Cic. pro Rabirio c. IV, Lex Porcia uirgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit.* Ceterum Synecdoche est in his Pauli uerbis ; nam ius ciuitatis Romanae solus habebat Paulus, infra XXII, 25. *ὁ γὰρ) Non sane, minime uero.* Sibi ipsi Paulus debuit, ut postularet honestam deductionem ex urbe. Si enim clam abiisset, paulo post rumor fuisset sparsus, effraeto carcere ipsum aufugisse, quae res famae et auctoritati Apostolicae apud Philippenses et alios multam nocuisset. Porro etiam iure ciuili et naturali tenebatur immunitatem suam et ciuitatem Romanam asserere : quid enim sunt immunitates et iura, si quis ea negligat, et sibi eripi patiatur ? Boni cuius est, facere, ne sua negligentia alii, quibus cum uiuit ciues, et praecipue liberi nepotesque, deterioris fiant conditionis, quam fuissent absque eo.

38. *ἐφοβήθησαν)* Metuebant maiestatis crimen, quod *Verri* minatur *Cicero* circa finem *Verrinae* ultimae. Ita enim constituerant leges, ut in ciue Romano laesa, ipsa populi Romani maiestas laesa crederetur.

40. *εἰσῆλθον εἰς τὴν λυδίαν)* Al. leg. *πρὸς τ. λ.* *Ingressi sunt ad Lydiam, s. domum Lydiae, adierunt Lydiam.* Ut : *Eamus ad me.* *παρακάλεσαν αὐτὴς)* *Hortati eos sunt,* ut in fide constantes manerent, quanquam se abeuntibus. *καὶ ἐξῆλθον)* *Ex urbe;* nempe, tum ne periculis se ingererent non necessariis, tum quia Macedonia, quam ipsis Deus commendaue rat, latius patebat.

CAP. XVII.

1. Δ ιοδεύσαντες — εἰς Θεσσαλονίκην) *Per Amphipolim et Apolloniam factō itinere, uenerunt Thessalonicam.* Amphipolis in Macedonia haud procul a Philippis sita erat. Quatuor ad minimum in Macedonia erant urbes, quae Apollonia dicebantur, una mari Ionio adiacens; alia sita erat in monte Atho; tertia intra Strymonem et Nestum; quarta denique inter Amphipolim et Thessalonicam interiacebat, quam Ptolemaeus in *Geograph.* L. III. Ἀπολλωνίαν Μυγδονίας uocat. Vocabulum *διοδεύσαντες* innuit, Paulum cum sociis Amphipolim et Appolloniam nonnisi in transitu peragrasse, ueluti urbes in uia sitas, quas non propter peragenda negotia petebant, sed per quas Thessalonicam petentibus breuissimum patebat iter. Apollonia igitur a Luca memorata, est illa Mygdoniae, quae medio fere itinere inter Amphipolim et Thessalonicam sita erat. *Thessalonica* autem est urbs praeclara Macedoniae ad finem Thermaicum. ἡ συναγωγή) Articulus habet emphasin. In aliis Macedoniae urbibus non erant synagogae, sed profeuchae, supra c. XVI, 13.

2. 3. διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν) Alii rectius distinguunt: διελέγετο αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν γραφῶν διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, *multa cum illis differebat, ex Scripturis apertum faciens, et locis prolatis affirmans.* Nam *διανοίγειν* h. l. notat, *aperire, indicare, reuelare, παρατιθέναι* autem, *docere, promere, auctoritatem Scriptoris citare.* Sic saepe Athenaeus V. c. g. ὡς Νίκανδρος Φήσι, παρατιθέμενος τὸ ἐκ νεφελῶν Ἄριστοφάνους. ὡς Φήσι πάνσοιλος, παρατιθέμενος Ἐπιχάρμου. ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν) Transitio ab oratione obii-

qua ad directam, frequens et aliis, et nostris maxime Scriptoribus.

4. καὶ προσκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλῳ) *Et adiunxerunt se Paulo et Silae.* Προσκληρῶσθαι apud Philonem per saepe notat *se adiungere, coniunctum esse, adhaerere*, ut pluribus locis allatis docet *Loesner.* in h. 1. τῶν τε σεβομένων ἐλλήνων) Hic σεβόμενοι Ἕλληνες sunt pii ex gentibus, qui legem quidem Mosis non susceperant, sed, idololatria et pravis moribus relicta, unum colebant Deum, et nemini faciebant iniuriam; qui gradus erat ad Christianismum.

5. τῶν ἀγοραίων) Hesychius: ἀγοραῖοι, δὲ ἐν ἀγορᾷ ἀναστροφόμενοι. *Philo* de princ. creat: ἔμποροι καὶ κάπηλοι καὶ ἀγοραῖοι. Vox frequens profanis ut *Wetstenius* docet, denotans homines, qui omne fere tempus in foro, inepta curiositate ducti consumunt, concionibusque adfixi haerent: *Latinis circumforanei, subrostranei* dicuntur. *Cicero* orat. pro Flacco: *Opifices, tabernarios, atque omnem illam civitatis faecem, quid est negotii concitare?* καὶ δχλοποιήσαντες, ἐθούρυσεν τὴν πόλιν) *Commota turba tumultum excitarunt civitatis.* τῇ δίκῃ Ἰάσονος) κατὰ τὸ σιωπώμενον indicatur, apud *Iasonem* quendam hospitio acceptos tunc fuisse *Apostolos.*

6. δι τὴν δεικνύμενην ἀναστατώσαντες) *Ipsi, ubique locorum et gentium seditionum auctores.* Ἀναστατῶν, i. e. ταρασσῶν, perturbare.

7. ἀπέναντι τῶν δογμάτων κ. πρ.) Ἀπέναντι, i. e. ἐναντία, seu κατὰ. *Contra edicta Caesaris faciunt.* Neque enim

aut

aut olim populus Romanus, aut postea Caesares permiscere in regionibus deiciētis, quemquam regem dici, nisi suo permisso. βασιλεία — Ἰησοῦν) i. e. alium a Caesare, qui se κόσμος κύριον dicebat. Nam Christiani Iesum uocabant κύριον, non Iudaeae tantum, de quo apud Pilatum accusatus Iesus fuerat, sed totius humani generis.

9. καὶ λαβόντες τὸ ἱκανόν) *Accepta satisfactione.* Latina phrasis. Sensus esse uidetur: Quum esset eis satisfactum defensione Iasonis et ceterorum. Alii interpretantur de *satisfactione iudicio fisci.*

10. εἰς Βέροϊαν) Est urbs Macedoniae non procul a Polla.

11. ἄλλοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ) *Hi autem erant generosiores (magis ingenui) quam Thessalonicenses.* Ἐυγενής et εὐγένεια, quae proprie est eorum, quos natalium splendore illustres esse fortuna uoluit, etiam de iis dicitur, qui animo et moribus sunt bene constituti, quales h. l. intelliguntur. Philo de Nobilitate: μόνος χρῆ λέγειν εὐγενεῖς τῆς σώφρονος καὶ δικαίας. Quos et Latini nobiles dicunt. Seneca Ep. 44. *Bona mens omnibus patet. Omnes ad hoc sumus nobiles.* Nos: *edelgefihnet.* Ostendebant autem nobiliorem sentiendi rationem eo, quod Apostolis non facerent iniuriam, sed omnia ab iis dicta examinarent, doctrinamque exciperent. ὀτινες — προθυμίας) *Qui, (Iudaei Beroenses) crediderunt uerbo, (ut Graeci explicant,) i. e. susceperunt religionem alacri animo.* ἀνακρίνοντες — ἔτως) Ἐνακρίνειν h. l. est ἀνερευᾶν, ut *Chrysofomus* explicat. *Scrutati sunt scripturas,* non quod dubitarent de ueracitate Pauli et Silae, sed ut, prophetica scripta cum illorum uer-

bis conferendo, magis magisque in ueritate confirmarentur, et haberent, unde alios conuincerent.

14. ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν) *Ad mare*. Ὡς ἐπὶ, *uersus*, *ad*, illo ὡς h. l. cum ἐπὶ ut alias in ὡς εἰς uel ὡς πρὸς, fere pleonastice posito, ut *Aelian*. N. A. καὶ ὡς ἐπὶ τὴν γῆν προάγει τὸ σκάφος. *Diodor*. Sic. XIV, 49. κελούσας κατὰ τάχους πλεῖν ὡς ἐπὶ Συρακουσίδας. Secundum *Grotii* sententiam deductus quidem Paulus est ad oram maris, tanquam nauigaturus, et fama ita sparsa, ceterum reipsa properauit terrestri itinere Athenas.

15. οἱ δὲ καθιζώντες τὸν Παῦλον) *Qui comitabantur Paulum*. Καθιζάω est, *aliquo deduco, comitor, dux itineris sum*, idem quod προπέμπω, c. XX, 38. Moris erat christianis, ut Apostolos ad urbes alias comitarentur, partim honoris causa, partim ut uiae duces essent, partim ut iis de hospitio in locis, ad quos deducebantur, prouiderent; cf. c. XXI, 16. *Comitari aut uiae ducem esse* saepe hoc uerbum significat, e. g. apud *Plutarch*. in *Pericle*: *Iussit uni e seruis, accenso lumine παραπέμψαι καὶ κατασησασαί* πρὸς τὴν δικίαν τὸν ἄνθρωπον, *hominem comitari et domum deducere*. ἕως Ἀθηνῶν) *Athenas* *Cic*. de oratore L. I, c. 4. uocat *omnium doctrinarum inuentrices*. λαβόντες ἐντολήν) A Paulo.

16. ἐκδεχομένῃ) i. e. προσδεχομένῃ. *Expectante*, siue opperiente Paulo, eos scilicet, quos iusserat accersī, Silam et Timotheum. παραξύνετο — αὐτῷ) *Commotus ei fuit animus*. κατείδωλον) *Idolis refertam*, ex analogia adiectiuorum cum praepositione κατὰ innectorum, ut κατάδενδρος, κατάμπελος, κατάκαρπος etc. *Pausanias* in *Attic*. 24. Ἀθη-

ναίσις περισσώτερον τι ἢ τοῖς ἄλλοις ἐς τὰ θεῖα ἐσι σπευδῆς.
 Linius XLV, 27. Athenas inde plenas quidem et ipsas
 uetustate famae, multa tamen uisenda habentes — simu-
 lacra Deorum hominumque, omni genere et materiae et
 artium insignia.

17. τοῖς σεβομένοις) Nempe τῶν Ἑλλήνων. *Profelytis.*
 ἐν τῇ ἀγορᾷ) Quo maxime populus coibat. Sed et Philoso-
 phi forum frequentabant, et cum obuiis disputabant. *Dio*
Chrysf. de Socrate: περὶ τὴν ἀγορὰν τὰ πολλὰ διατρίβων.

18. τινὲς δὲ τῶν ἐπικρείων καὶ τῶν ζωϊκῶν) Duo genera
 Philosophorum nominat, maxime alienorum a christiana reli-
 gione. Nam Epicuræi neque mundum creatum a Deo cre-
 debant, neque Deo curam esse rerum humanarum, neque
 ulla praemia aut poenas post mortem, neque bonum aliud,
 quam quod sensibus perciperetur. *Stoici* uero negabant
 Sapientem suum quicquam Ioui cedere; nihil eum Deo de-
 bere ob id, quod saperet; Iouem plus non posse, quam
 bonum uirum etc. *Senec. Epist. LXXIII. συνέβαλλον*
αὐτῷ) Congressi sunt, disputarunt *cum illo* Adhibetur uox
 praeferim de familiaribus congressibus et colloquiis Philo-
 sophorum. Supplere potes uocem λόγος, sic enim plene Eu-
 ripides *Iphig. in Aul. u. 830. ἀισχρὸν δὲ μοι γυναῖξὶ συμβάλλειν*
λόγος, turpe uero mihi est, loqui cum mulieribus. Com-
 mune fere omnium Stoicorum fuisse fertur uitium, ut in
 disputando erga dissentientes admodum difficiles se praebe-
 rent. Vid. in totum hunc locum b. Walchii diss. cui titu-
 lus: *Stoicorum cum Paulo disputatio. περιμολόγος) Nugator.*
 Proprie est *graculus, (Kraehe, Aelster,)* quae auis in
 N 4 omnibus

omnibus linguis est imago loquacitatis. Dicunt igitur Athenienses, de quibus hic sermo: *Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?* Sunt haec dicta ex loci genio. Anacharsis apud Lucianum: τῆτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα ὃ ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων, ὅτι εἴητε ἕρωτες ἐν τοῖς λόγοις. Est autem σπερμολόγος, ut diximus, Suida et Hesychio interprete, ipsoque Glossario N. T. *garrulus, nugator*. Nimirum σπερμολόγος dicitur ὁ σπέρμα-α λέγων. Primario sic uocantur auiculae uel animalia, quae feminibus collectis uitam tolerant; hic improprie σπερμολόγοι sunt homines de alieno uiuentes, quos *parasitos* uocant ueteres, quale hominum genus *scurrilitate, garrulitate et adulationibus* sibi uictum quaerere aliisque placere studet. Plutarchus *discr. adul. et am.* adulatoribus duo uitia cognata tribuit, βωμολοχίαν καὶ σπερμολογίαν, *parasiticam uiuendi rationem. Verba inconsiderata*, quae ab iratis euomuntur, idem de ira σπερμολόγια ῥήματα uocat. ξένων δαιμονίων — εἶναι) *Nouos Deos annunciare uidetur. Δαιμόνιον* pro δαίμων, uel δαιμόνια adiectiue sunt *diuina, res ad caput de daemonibus pertinentes*. Non rarum quidem Athenis publico scito extranea numina admittere, sed priuatum id non licebat. *Valerius Max. L. 1. extr. Athenienses — Socratem damnauerunt, quod nouam religionem introducere uidebatur*. Vid. supra c. XVI, 21. ὅτι τῶν Ἰησοῦν — εὐηγγελίζετο) Putabant gentiles, illustrium uirorum animos a corporibus separatos fieri Deos minores, seruatorum humani generis. Vid. Chalcidius, commentar. in Platonis Timaeum §. 135. Diogenes Laërt. L. VIII, segm. 32. Paulum simile quid docere putabant Athenienses, quum resurrectionis Iesu mentionem facere audirent. Sub resurrectione intellige etiam omnem potestatem in coelo et in terra,

terra, et iudicandi mortuos et uiuos, quam Paulus Iesu tribuebat, infr. u. 31.

19. ἐπὶ τὸν ἄρειον πάγον) *Areopagus*, q. d. Martis col-
lis, fuit iudicium summum Athenis. Erat enim curia Athe-
niensium in colle Martio, qui est locus, in quo Mars, qui
Halirrhodium, filium Neptuni interemerat, caussam capitis
dixit, audientibus duodecim diis. Ducebant uero Pau-
lum non ad iudicium, sed ut explicaret doctrinam suam,
quod ibi multi esse solerent homines eruditi, senatores,
oratores et alii. Cf. u. 34. *δυνάμεθα γινῶναι*) Licetne
nobis per te discere, quod sit tuum Dogma, cuius sis in
Philosophia sectae? Scoptice et haec sunt dicta, sicuti
praecedentia.

20. ξενίζοντα — ἡμῶν) *Peregrina* (non audita nobis
prius) *affers ad aures nostras*. Sunt nempe ξενίζοντα,
quae uulgari linguae, uel moribus et opinionibus non
conueniunt.

21. οἱ ἐπιδημῶντες ξένοι) *Peregrini*, Athenis fixam sedem
non habentes, et ad tempus ibi commorantes. Sic Theo-
phrastus *charact. eth. c. 4.* garrulum dicit saepe narrare
solere: ὡς πολλοὶ ἐπιδημῶσι ξένοι, *multos hospites in urbe ad-*
esse. εἰς ἐδὲν ἕτερον εὐκαιρῶν) *Nulli rei tantopere uaca-*
bant, uel studebant. Utuntur hoc uerbo Polybius, Philo,
aliique. εἰς ἐδὲν autem h. l. est. *fero nihil.* *καινότερον*)
Novi aliquid. Comparat. pro Positino, quod frequens in
hac phrasi, e. g. apud Platonem: τὸ καινότερον, ὃ Σώκρατες.
Athenienses fuisse hoc ingenio, loca Profanorum apud Wet-
stenium demonstrant.

22. κατὰ πάντα — θεωρῶ) *Religionis in Deos maxime studiosos uos uideo*, sehr religioes. Δεισιδαίμων est uox media, et *superstitiosum* denotans, qui Deos esse metu adæctus credit, et cultus diuini studiosum. Non dubium est, quin Paulus h. l. uocem δεισιδαιμονεσέρης sensu bono acceperit, ut sub initium orationis beneuolentiam Atheniensium captaret. Neque enim credibile, aut prudentiæ Pauli conueniens uidetur, in ipso limine orationis eum tam odioso, et ad animos Atheniensium irritandos apto uocis significato esse.

23. διερχόμενος) *Transiens*, sc. per urbem. τὰ σεβάσματα ὑμῶν) *Simulacra quae ueneramini*; nam σεβάσματα sunt ea, per quae Dii coluntur, unde culturas non male uertit Latinus. ἀγνώστῳ θεῷ) *Ignoto Deo*. ἄγνωστος h. l. est ἄνομιμος, quasi *Deo certo* dicas, cuius nomen non exprimitur, aut ignoratur. *Lucianus* Philopatr. 9. νῆ τῶν ἀγνώστων τῶν ἐν Ἀθήναις. 29. ἡμεῖς δὲ τῶν ἐν Ἀθήναις ἀγνώστων ἐφευρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς ἕρανδον ἐκτείναντες, τῆτῳ εὐχαρισήσομεν. De aris *Deorum ignotorum* in plur. sæpe loquitur *Pausanias Attic. Eliac. I, 14.* in Olympo; *Philostratus VI. 2. Diogenes Laert. L. I.* originem huius rei narrans, dicit peste Athenis grassante, ab *Epimenide* monitos Athenienses ut sacra facerent τῷ προσήκοντι θεῷ, i. e. ei Deo, ad quem pertineret auertere pestem, non addito nomine. Putarunt igitur Athenienses sicuti alii etiam *Pagani*, per multas regiones esse alios multos Deos, qui, quoniam facile irascerentur, sacrificiis essent colendi, ne punirent sui contemptores. τῆτον — ὑμῶν) *Illum, qui pestem, aliaque omnia mala auertere potest, solum omnipotentem, uobis annuncio.*

24. ἔτος — κατοικεῖ) Minucius in Octauio: *Templum quod ei (Deo) exstruam, quum totus mundus, eius opere fabricatus, eum capere non possit? et quum homo laxius maneam, intra unam aediculam uim tantae maiestatis includam?*

25. ἰδί — προσδόμενος τινος) *Nec humanis manibus ei ministerium praestatur, quasi indigeat aliqua re.* Θερραπέειν h. l. est *ministrare*. Putabant autem Ethnici se manibus suis ministerium praebere Diis, quando illis uictimas, tanquam cibos offerebant, quasi ad conuiuia essent uenturi, irraturi nisi illis tales mensae apparerentur. Talibus ministeriis Deum uerum non indigere Paulus dicit. Προσδόμενος, qui habet quidem aliquid, sed non satis, qui insuper eget. Paulus summa arte orationem suam ita temperat, ut modo cum uulgo contra Philosophos, modo cum Philosophis contra plebem, modo contra utrosque pugnet. Vnum esse Deum credebant *Stoici*: plebs uero existimans, ab uno non omnia posse regi, imperium in plures diuidebat. *Stoici* originem humani generis ad Deum referebant: plebs uero Athenienses ab aeterno extitisse putabat, *Epicuræis* casui fortuito originem hominum attribuentibus. *Stoici* se esse optimos, quibus ad uirtutis culmen nihil deesset, credebant: Paulus docet, magna conuersione et in melius mutatione ipsis opus esse. Iidem *Stoici* omnia fatali necessitate adstricta esse docebant: Paulus contra actiones hominibus iuste imputari, ita ut praemio uel poena affici possint, quod ea fecissent, quae in ipsorum potestate erant, non facere. καὶ πνοήν) *Spirandi facultatem*, tanquam certissimum uitae indicium, quum absque ea, quam Graeci uocant

vocant ἀναπνοὴν, animalis uita ne momento quidem temporis durare possit. καὶ τὰ πάντα) Sc. ad Spiritum eum, quem infudit, sustentandum, necessaria. Non ergo ex nostro proueniunt, quae offerimus ei.

26. ἐπίσηε — τῆς γῆς) *Instituit sic, ut ex uno parente nationes omnes ortae per terras habitarent.* Ποιῶν h. 1. esse instituire et disponere rem, in promptu est. ἐξ ἑνὸς ἅματος) *Ex uno genere, semine, nimirum unius Adami.* Ioseph. A. II, 6. 3. XX, 10, 1. Athenienses se aborigines esse iactabant. *Aristophanes Vesp. 1071. ἑσμεν ἡμεῖς — Ἄττικοὶ μόνου δικαίως ἐυγενεῖς αὐτόχθονες.* *Lucianus Philopseud. 3. Ἀθηναῖοι φασὶ τὸς πρώτους ἀνθρώπους ἐκ τῆς Ἄττικῆς ἀναφῶναι, καθάπερ τὰ λάχανα.* *Iustin. II. 16.* Plura habet Wetstenius. Paulus contra docet, ab uno parente totum humanum genus ducere originem. Id non sine causâ a Deo ita esse institutum, Rabbinii animaduenterunt. *Sanbedrin IV. 5. Homo unus creatus est — ob pacem hominum, ne quis se praestantiore patre genitum gloriaretur; adhaec ne quis Epicuraeus ansam multorum Deorum afferendorum haberet; denique ad indicandam Dei eminentiam. Nam homo quidem uno ab annulo, licet multa, nonnisi confimilia signa exprimit, at ille Rex regum Sanctus B. omnium hominum formas a primi typo expressit, ita tamen ut nemo unus alteri confimilis reperiatur.* ὀρίσας — κατοικίας αὐτῶν) ὀρίσας προστεταγμένους — αὐτῶν) *Constituens certa temporum et locorum spatia commorationis eorum, i. e. quamdiu quisque uiuat, quando una aetas alteram excipere debeat etc.* Προστεταγμένους, pro quo editiones habent προστεταγμένους omnino uera est lectio; hanc enim exhibent

hibent optimi codices, uersiones etiam antiquae et Patres nonnulli; hanc etiam linguae usus postulat. Nam προτάσειν est ante alios ponere, sed προτάσσειν est iubere, decernere, constituere. Sunt igitur προστεταγμένοι καιροί tempora constituta, decreta, et ὀρίζειν προστ. κ. est, definire, constituere certa tempora. Ὁροθεσία, proprie sunt terminorum positiones. Igitur per Hendyadin constituta tempora et positiones terminorum sunt definiti temporum et locorum termini. Sensus est: quod homines existant, et quod uiuere definant, id esse a Deo; neminem tam diu uiuere, quam diu uiuere uelit, sed in ea re pendere a Deo.

27. Ζητεῖν τὸν κύριον) uel potius θεόν, quam lectionem multi Codices, uersiones et Patres exhibent. *Ut quaerant Deum.* Quaerere Deum h. l. est: contemplandis rebus concludere, esse aliquem, a quo haec omnia sunt; attendere ad naturam rerum, et inde concludere esse Deum, creatorem et Dominum omnium rerum. εἰ ἄραγε — εὐροισεν) *Si fortasse manu palpent eum et inueniant; i. e. si fortasse ueluti manibus prehensum inueniant eum.* Fecit haec omnia, ut occasionem illis daret se inueniendi uelut palpando. Nam ex operibus creationis facillime existentia creatoris et omnium gubernatoris cognosci potest. καίτοις — ὑπάρχοντα) *Quamuis intime nobis praesentem, nempe ui potentiae suae; neque enim ad subtiles disputationes de praesentia essentiali Dei Athenienses uocat Paulus, sed ad ea, quae rebus sentiebantur.* Particula καίτοις h. l. non tam concessiuam uim habet, quam ἐπιτακτικόν, ut augeatur inueniendi facilitas. Non necesse est hoc uniuersum pernosci: quilibet ex se uno potest argumentum

mentum capere. ἔ μακρὰν, Litotes, i. e. *plane prope, intime.*

28. ἐν αὐτῷ — ἴσμεν) Hebraismus. *Per ipsum, i. e. eius beneficio uiuimus, et mouemur et sumus.* κινέμεθα,) Arnobius: *Non, quod incedimus, ab eo ad nos uenit?* καὶ ἴσμεν) Idem Arnobius: *Nonne huic omnes debemus hoc ipsum quod sumus? quod esse homines dicimur?* ὡς καὶ τινος — γένος ἴσμεν) *Quare et nonnulli poëtae uestri dixerunt: Nos ab eo genus ducimus. Γένος, progenies, familia.* Τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν, pro τινὸς τῶν ποιητῶν ὑμῶν, ut c. XVIII, 15. Legitur hoc hemistichium in phaenomenis Arati, in *Cleanthis* Hymno u. 4. et aliis, e. g. *Pindar.* Nem. Od. 6. ἐν ἀνδρῶν, ἐν θεῶν γένος. *Lucretius* II. 990. *Denique coelesti sumus omnes semine oriundi; omnibus ille idem pater est.* Quod de Ioue dixerant Poëtae, id uero Deo aptat Paulus, quia et sapientiores Graeci nonnulli per Iouem Deum summum intelligebant. Docet igitur, quo sensu pro ueris haberi possint illa Poetarum dicta, eo sensu nempe, quod uitam, et omnia nostra Deo, creatori debemus. Innuere tamen uidetur etiam quandam inter Deum et homines similitudinem propter rationis et mentis praestantiam, quam Horatius appellat *diuinæ particulam auræ.*

29. χρυσῷ — ὄρειον) *Formae effigiae ex auro, argento, lapide ab arte et cogitatione humana Numen diuinum esse simile. χάραγμα, (ἀ χαράσσειν, sculpere, polire, fabricare rem,) quod fabricatum est ab opificibus et artificibus, nominatim effigies, statua. χάραγμα τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, effigies artis et cogitationis humanæ.* Ἐνθ' ὑ-

μησικ, ingenium artificis, rem cogitans. Argumentatio Apostoli est talis: Si nos fumus proles Dei, Deus parens noster non potest similis esse lapideae statuae. Qualis enim proles, talis etiam parens. Quum igitur nos fumus naturae uiuentes et intelligentes, necesse est illum etiam uiuere, cogitare, intelligentem esse. Debet esse multo praestantius quod pro Deo colitur, eo qui colit. Iam quum homo multis nominibus sit praestantior simulacro, et impium sit hominem pro Deo colere, quanto longius abest a pietate colere signum artificis arbitrio ex materia confectum? Vid. *Erasmi Rot.* paraphrasis in h. l.

30. τὴς μὲν — ἡ θεός) Diffimulauit haecenus, non ultus est ignorantiam hominum. *Tempus* pro eo, quod in tempore fit. Vocem ὑπεριδεῖν interpretantur *diffimulare*, alii *despicere et cum indignatione contemnere*, alii denique *condonare, remittere*, ut comparetur cum hebraico **חַיָּנָה** quod Seniores Deut. XXII, 1. ὑπεριδεῖν reddiderunt. *Ioseph.* A. II, 6, 9. Frequens est hoc uerbum apud LXX. de re quae non curatur, et sine ope propitia uel sine animaduersione seuera relinquitur, Gen. XLII, 21. Leu. XX, 4. XXVI, 44. coll. u. 43. Deut. III, 26. Itaque Paulus hoc dicit: Deus transmisit tempora ignorantiae, ut si ipse non animaduerneret, nec ualde displiceret ei tantus error humani generis. Passus est Deus effluere tempora, quibus ipse ignoratus est a nationibus. Cf. supra c. XIV, 16. ubi idem aliis uerbis exprimitur. τὰ νῦν — μετανοεῖν) *Nunc autem hortatur omnes ubique homines mutare sententiam*, nempe de Diis et cultu diuino. Verbum μετανοεῖν h. l. expli-

explicandum est ex usu linguae, quo significat *aliter sentire, mutare sententiam*. Haecenus, inquit, homines coluerunt idola, et ignorarunt uerum Deum; nunc debent mutare sententiam, recedere ab idololatria, et in posterum colere uerum Deum, rerum omnium creatorem.

31. διότι ἔζησεν ἡμέραν) *Siquidem diem* (apud se) *constituit*. Homines certos fecit aliquam diem iudicii fore, et si, quando ea futura esset, etiam amicissimos celauerit. ἐν δικαιοσύνη) *Iuste, uti par est*. Ἐν ἀνδρὶ ᾧ ᾤρισε, *per uirum, quem ad id negotium delegit, quem designauit*. Attice ᾧ pro ὄν. τίςιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀνασ. αὐτὸν ἐκ νεκρῶν) *Argumento eo confirmans, uel probans, sc. se per Iesum iudicaturum totum humanum genus, quod interfectum reuocauit in uitam*. Nam τίςιν παρέχειν significat, *argumentis reus confirmare, probare, fidem facere*, quo sensu haec loquendi ratio saepissime apud optimum quemque Scriptorem occurrit, e. g. Ioseph. A. II, 9, 4. Adducitur igitur Christi resurrectione hic ut argumentum, quod Iesus et omni fide dignissimus, et a Deo Iudex sit constitutus. Nam Deus Iesum resuscitando e mortuis, maximum, quod potuit, doctrinae eius testimonium praebuit. In ea autem doctrina et hoc erat, se fore iudicem humani generis, Matth. XXV, 31. seqq. Ioan. V, 25.

32. οἱ μὲν ἐχλεύαζον) *Irridebant*; Epicuræi, ut uideatur, negantes immortalem uitam post mortem. Cic. Nat. II. 17. *Plutarchus* de oracul. def. Ἐπικουρείων δὲ χλευασμὸς καὶ γέλωτας ἔτε φοβητέον. Apud Minucium Paganus, Christianos deridens, de resurrectione corporum doctrinam inter aniles fabulas refert, οἱ δὲ εἶπον — τῷ τῷ) Nempe Stoici,

Stoici, qui hominis mortui restitutionem non putabant impossibilem. De Stoica mundi deflagratione uid. *Origenes* c. Cels. Lib. V. p. 244. edit. Spenc. et quae annotata sunt a Spencero. Idem Stoici, omnia quae nunc fiunt, iterum futura esse dicebant, reuersurum e. c. Socratem Atheniensem, qualis superiore periodo fuerat, rursusque Phaenarctem e Sophronisci coniugio illum progenituram. Ibid.

34. κολληθέντες αὐτῷ) *Quum in propiorem se eius familiaritatem insinuassent*, ut iam aliquoties habuimus. Διο-
νύσιος) Non ille, qui in Gallia martyrium passus est; id enim Decio imperante contigit. δ' Ἀρεοπαγίτης) Quam doctrinam scurrae reiecerunt, Areopagita uir grauis recipit. *A. Gellius* XII, 7. *Dolabella eam rem ad Areopagitas, ut ad iudices grauiores reiecit. Seneca* de tranquill. III. *Areopagus, religiosissimum iudicium. Valerius M.* II, 6. *Isocrat. Areopagit.* Δάμαρις) Alias uocatur Δάμαρις, solent autem permutari litterae λ. et ρ. *Varinus. Δάμαρ, γυνὴ γαμετῆ, λέγεται καὶ Δάμαρις.*

CAPUT XVIII.

1. Χωρισθεὶς — κόρινθου) *Paulus relictis Athenis, uel, quum Athenis discessisset, uenit Corinthum, tunc florentem ciuitatem nouam, post ueteris a Mummio excisae instaurationem. Totius Graeciae lumen uocat Cicero pro lege Manil. c. 5.*

2. Ποντικῶν τῶ γένει) *Ortur: parentibus Ponticis; nam in Ponto multi Iudaei. I Petr. I, 1. προσφάτως) Recens, Tomus III. O nuper,*

nuper, Polybio familiaris est, et saepe ut h. l. cum praeterito iungitur. διὰ τὸ διατεταχέναι — ῥώμης) Meminit Sueton. Claud. 25. *Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma expulit*. Iosephus non meminit: unde apparet, non diu Romae obseruatum illud edictum, quod et ex fine huius libri colligere est. Christianos profecta Iudaeorum habitos esse illis temporibus, satis constat.

3. σκηνοποιοί) *Tentoriorum, tabernaculorum opifices*. Hanc artem Paulus prius exercuerat apud Arabes. Gal. I, 17. Mos erat etiam doctissimis Iudaeorum opificium ali- quod discere, unde, ubi res ferret, se sustentarent. R. Iochanan *pellio*; R. Nahum, *librarius*; R. Iochanan *Sandalararius*; R. Iuda *pistor*.

5. ὡς δὲ κατῆλθον — Τιμόθεος) Quos Paulus sequi se iusserat, c. XVII, 15. Significauerat autem illis Paulus per eos, qui se Athenas deduxerant, quo porro iter dirigeret. συνείχετο τῷ πνεύματι) *Plenus diuino spiritu agitabatur*; omnes animi uires in id intendebat; *non potuit continere se*. Alii legunt: τῷ λόγῳ. Quod si sequimur, τῷ λόγῳ συνέχεσθαι erit, quod supra VI, 4. τῆ τῆ λόγος διακονία προσκαρτερεῖν.

6. τὸ αἷμα — ὑμῶν) *Vos ipsi uobis estis auctores exitii*. Sic 2 Sam. I, 16. in Graeco: τὸ αἷμά σου ἐπὶ τὴν κεφαλὴν σου, i. e. *luis poenam debitam homicidio*; proprie enim de homicidio dicitur, ut et Matth. XXVII, 25. improprie de peccatis aliis.

7. καὶ μεταβάς ἐκεῖθεν) *Inde transeundo; s. migrando,*
 nimirum ex priore hospitio. συνομορῶσα) *Contigua, ui-*
cina, ut ii, qui synagogam frequentabant, tamen porro pos-
 sent audire doctrinam de Iesu Christo.

9. μὴ φοβῆ — σιωπῆσης) λαλεῖν, h. l. ut saepe, est
docere. Valde necessaria Paulo tum fuit haec fiduciae con-
 firmatio. I Cor. II, 3.

10. ἐγὼ εἰμι μετὰ σὺ) *Sum tibi auxilio.* καὶ εἰδὼς
 ἐπιθῆσεται σοι τῆ κακῶσαι σε) *Nemo tibi uiolentas manus in-*
ferret, ut tibi noceat. Ἐπιτίθεσθαι, sc. χεῖρας, significat *ado-*
rirari, hostiliter aliquem aggredi, eique uiolentas manus in-
ferre, insidias struere. Immunitas uero a quibusuis hostium
 insultibus Paulo promissa, de eo tantum tempore inteiligen-
 da est, quo is Corinthi commorabatur. διότι — ταύτη) *Multos enim in hac urbe noui, qui nomen mihi dabunt.*
 Eos Dominus populum suum dicit, quos populo suo se ad-
 iuncturos esse sciebat.

11. ἐκάθισε) *Moram fecit;* nam ita sumitur hebraeum
 ישי, cui respondet καθίζω, quod et alibi uertitur διαπίβω,
 μένω. Sed et Latini ita loquuntur. Cic. Famil. XVI, 2.
ad Tyronem: Iis uentis isthinc nauigatur, qui si essent, nos
Corcyrae non sederemus.

12. Γαλλῶνος — Ἀχαΐας) *Quum proconsul in Achaia*
esset Gallio. Fuit frater Senecae. Statius Sylu. II. 7. 32.
hoc plus quam Senecam dedisse mundo, aut dulcem generasse
Gallionem. Tacitus A. XVI. 17. *Annaeus Mella — qui-*
bus Gallio et Seneca parentibus natus. Comitatem, incom-
 positam suauitatem et aequitatem Gallionis laudat Seneca

Praef. ad nat. Quaest. 4. ubi inter alia: *Nemo mortalium*, inquit, *uni tam dulcis est, quam hic omnibus*. Achaia erat prouincia proconsularis sub Augusto. Tiberius Macedoniae adiunxit, et Caesarianam fecit. Sed *Claudius* has prouincias senatui reddidit, i. e. rursus fecit proconsulares, teste *Suetonio* in uita Claudii 25. et *Dione* LX. ἐπὶ τὸ βῆμα) Ad tribunal proconsulare, ut grauis criminis reum.

13. παρὰ τὸν νόμον) *Contra legem* sc. nostram, Mosaicam. Ἀναπειθεῖν uero est primam persuasionem nouis rationibus labefactatam euellere. Hoc uolunt: Iudaeis concessum est a Romanis etiam in Graecia uiuere secundum legem Moysi: hic uero neque uobis Romanis in religione se addit, neque legem Moysi sequitur, sed turbat Iudaeos. Haec accusatio inde obtentum sumebat, quod Apostoli, qui Iudaei erant, incircumcisos ad suum coetum admittebant.

14. εἰ μὲν — πονηρὸν) *Si magnum et capitale crimen admisset*; ex eorum genere, de quibus iudices cognoscere solent, e. g. homicidium, furtum. κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμεν ὑμῶν) *Iure meritoque aures uobis praeberem*. Κατὰ λόγον, cum ratione, iure merito. Sic saepe apud Platonem aliosque. Ἀνέχεσθαι notat *aures praeberere, dicenti patienter auscultare*, e. g. *Aeschines* epist. 7. δεηθεῖν ἀνέχεσθαι πολὺ μᾶλλον τῶν λοιδορούντων ἡμᾶς.

15. περὶ λόγῳ) *De doctrina*. καὶ ὀνομάτων — ὑμᾶς) *et personis et lege uestra*. Quae mei non sunt auditorii, quaeque nugalia nobis Romanis. *De nominibus* s. *personis*, puta an Iesus dicendus sit Christus. κριτῆς γὰρ ἐγὼ τέτων εἰ βέλομαι εἶναι) *Bene responsum, ut ab homine dulci, quasi dicat*:

dicat: Romani quidem libertatem religionis Iudaeis etiam in Graecia concessere, sed si quae inter ipsos de religione oriuntur controuersiae, aut eas componant inter se, aut disputent, quantum libet.

17. ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες δι' Ἕλληνας) Deest δι' Ἕλληνας in quibusdam. Sic Iudaei fecisse dicerentur, quod nunc narratur. Sed uulgaris lectio uera esse uidetur. Corinthii homines, qui tribunali adstant, quum uiderent, Iudaeos ideo a tribunali cum contemptu abigi, quod suae legis quaestiuiculis obstrepuissent proconsuli, aliis rebus occupato, ipsi quoque uelut proconsuli gratum facturi, uerbera ingessere Iudaeis, quo abirent celerius. Σωσθένην) *Sosthenes*, ipse postea ad Christum conuersus, I Cor. I, 1, aut successerat in locum Crispi u. 8. aut fuit princeps synagogae alterius ab ea, cui praeerat *Crispus*; nam in magnis urbibus plures erant synagogae, et singulis sui archisynagogi. καὶ ἔδεν — ἔμελεν) *Negligebat, insuper habebat.* Solebant Praefides (uerbis utor *Pricaei* ad h. l.) perulantias huiusmodi, quae Romani nominis maiestatem directe non imminuerent, libentes praeteruidere, ut Prouincialium collo mollius iugum sederet. Nec deerat quae prae aliarum regionum Praefidibus causa Gallionem moueret: praeesse nempe Achaiae se, illi uerae et merae Graeciae, eoque libertatis simulacra umbrasque usquequaque captanti.

18. κειράμενος τὴν κεφαλὴν) Quidam hoc ad *Aquilam* referunt, alii, et quidem rectius, ut uidetur, ad *Paulum*. ἐν κενχρεαίς) *Cenchreae* est portus Corinthiorum, ut *Piraeus* Atheniensium. Est autem is portus ad finem Saronicum. Apparet ibi ecclesiam fuisse Christianorum, Rom. XVI, 1.

εἶχε γὰρ εὐχὴν) κατ' ἐξοχὴν, uotum Iudaicum Nafraeatus, quod in Iudaea degentibus Hierosolymis perfoluendum erat. Ioseph. de B. I. II. 15. Sed qui extra Iudaeam agebant, tondebantur etiam in prouincia. *Bemidbar R. X.*

21. τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην) Vbi ἑορτὴ simpliciter dicitur, intelligitur Pascha. ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα) *Commorari, degere Hierosolymis*, ut supra c. XV, 33. Ἐἰς uero pro ἐν, ut saepe.

22. ἀναβὰς) Nempe Hierosolyrna, quod semper intelligitur, quoties de itinere per Iudaeam Hebraei loquuntur. u. 21. καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν) Apostolos et fideles, qui erant Hierosolymis. εἰς Ἀντιόχειαν) Syriae ad Orontem. Finis itineris secundi ad Gentiles.

24. Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει) *Patria Alexandrinus*. De origine Iudaeorum Alexandrinorum est insignis locus Iosephi, Ant. XII, 1, 1. ut et XIX, 5, 2. ἀνὴρ λόγιος) *Facundia dicendique ubertate et ui pollens*. Nam λόγος et ratio, et oratio, dicendi copia. Sic apud Iosephum Lib. I. de B. I. prooem. §. 5. οἱ Ἑλλήνων λόγοι sunt Graecorum *Historici, dicendi ubertate copiaque florentes*, quibus mox tribuit τὸ τῶν ἄλλων τῷ λόγῳ πλεονεκτήειν, ut alios *historicos dicendi copia et ui superent*. Cf. Ant. XVII, 6, 2. δυνατὸς — γραφαῖς) i. e. *exercitatus in scripturis interpretandis*. Stark in der Schrift.

25. ἔτος ἦν κατηχημένος τ. δδ. τ. κ.) *Institutus erat in doctrina Christi*; nam ἡ δδδς τῆ κυρίε hebraica phrasi est religio, doctrina Christi. καὶ ζέων τῷ πνεύματι) *Et magno animi feruore praeditus*. Indicatur ardor diuinus in ueritatis

tatis propagandae studio, quamvis spiritus sancti manifesta efficacitas ei nondum contigisset in mirabilibus donis. ἐπιστάμενος — Ἰωάννης) *Qui scientiam habebat baptismatis Ioannis solum*, quae essent scilicet initia doctrinae christianaе. Ergo de baptismo, posthaec instituto a Christo, nihil audierat; sed aliquam notitiam Christi et christianaе religionis omnino habebat; nam praecipuum in doctrina Ioannis erat, adesse regnum Messiae. An in Aegypto an in Iudaea Apollos acceperit baptismum et doctrinam Ioannis ignoramus. Patet autem ex hoc loco, in multis locis, etiam extra Iudaeam, fuisse discipulos Ioannis. Quia Apollos Christiano more non fuerat baptizatus, ideo nec spiritus sancti dona acceperat.

26. ἔτος — συναγωγῆ) *Liberius quam ante etiam in publicis conuentibus loquebatur, uel libere profitebatur doctrinam Christi, pro ea, qua ipse pollebat, facultate.*

27. εἰς τὴν Ἀχαΐαν) *Praecipue Corinthum.* προτρέψαμενοι — αὐτὸν) *Fratres scripserunt Christianis litteras hortatorias, ut eum exciperent beneuole.* Προτρέψαμενοι ἔγραψαν, *cohortantes scripserunt, i. e. litteras cohortatorias scripserunt.* συνέβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευμένοι) *Multum adiuuenti attulit iis qui fidem recepissent.* Nam συμβάλλεσθαι h. l. notat *conducere, prodesse.* Diodor. S. XVI. 68. καὶ πολλὰ συνέβαλετο πρὸς τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς. διὰ τῆς χάριτος) *Construunt nonnulli cum συνέβαλετο, non proxime antecedentibus. Profuit illis donis gratiae et fauoris diuini sibi tributis; per eloquentiam suam.* Rom. XII, 3. XV, 15. Cf. 1 Cor. I, 12. Alii uero construunt cum τοῖς

πεπιστευκῶσι, ut sensus sit: *qui religionem susceperant gratia diuina.*

28. διακατηλέγγετο) Singulariter composito uerbo dicit, penitus conuictis argumentando Iudaeis, fecisse fidem Apollo, quod Iesus esset diuinitus promissus Messias.

CAP. XIX.

T ^{δν Ἀπολλῶν}) Accusatiuus antiquus quartae apud Graecos declinationis. Sic Theocritus ἡ Ἄθω ἡ Ἐρδότην. τὰ ἀνωτερικὰ μέρη) *Regiones superiores*, nempe Asiae minoris. Intellige Galatiam et Phrygiam; nam respicit haec phrasis ad c. XVIII, 23. Littus maris Aegei et urbes regionesque huic uicinae adeoque et Ephesus κάτω, infra iacere a Graecis dicuntur; hinc regiones quaelibet ulterius orientem uersus excurrentes, ἄνω, superius sitae erant; proinde ἀνωτερικὰ μέρη h. l. sunt regiones, quae respectu Ephesi ad orientem iacent. εἰλεῖν εἰς Ἐφεσον) *Metropolin Asiae minoris, et sedem Romani Proconsulis, a templo Dianae celebrem.* In hac urbe erat magna Iudaeorum multitudo, quibus, Romanorum Proconsulum liberalitate, magna priuilegia aedium sacrarum, synagogarum, aliorumque commodorum concessa erant. Ioseph. XIV, 10, 13. Percommoda igitur erat haec urbs Paulo, ad propagandam doctrinam Christi.

2. εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε) *Spiritus sanctus* hic et in sequentibus, ita ut Io. VII, 39. sunt *dona illa miraculosa et extraordinaria, ecclesiae christianae reseruata*, quae Paulus haud dubium, quin pluribus uerbis descripserit. πεισθέντες) *Quum fidem suscepistis.* Nam πείθειν saepe est religio-

religionem christianam suscipere. ἀλλ' εἰδὲ — ἐκέσαμεν) Ne audiuimus quidem, nunc dari talia dona. Itaque ne fando quidem audierant de beneficio illo, quo ornati erant Apostoli et alii Christiani prima Pentecostes die.

3. εἰς τί ἐν ἐβάπτισθητε;) *Quale nam baptisma accepistis?* In nomen Domini Iesu eos non fuisse baptizatos, exinde concludebat Paulus, quod dona spiritus non accepissent. Ἐἰς τί pro ἐν τίνι, ut μοι εἰς τὸ Ἰωάννης βάπτισμα pro ἐν τῷ Ἰωάννης βαπτίσματι, baptisate Ioannis. Baptizauerat autem Ioannes in Messiam uenturum; nec poterat largiri Spiritus sancti dona, sicut Apostoli. Cf. u. 4.

4. Ἰωάννης — μετανοίας) Non cohaeret particula μὲν cum eo quod sequitur ἀκέσαντες δέ, ut multi putarunt: sed positum est κατ' ἀποσιώπῃσιν, ut supra III, 21. Sensus est: *Baptizauit ille quidem in poenitentiam, i. e. hortatus est eos, quos baptizauit, ut se emendarent, et sic mala imminetia euaderent, sed non in promissum spiritus sancti;* quae distinctio inter utrumque baptisma innuitur et Matth. III, 11. τῷ λαῷ — Ἰησοῦν) *Praecipiens populo, ut crederet in eum, qui post se suscepturus esset munus docendi, i. c. in Messiam Iesum.* Noluit ipse Ioannes haberi pro Messia, sed Iesu Nazareno hanc dignitatem uindicauit. Videntur hi Ephesini fuisse ex eorum numero, de quibus diximus in Prolegomenis ad Eu. Ioannis. Tom. II. p. 179. 180.

5. ἀκέσαντες δέ) Nempe illi, ad quos Paulus loquebatur; sunt enim haec Lucae uerba, non Pauli, ut nonnulli existimant, quod res ipsa et totus sermonis nexus ostendit. εἰς τὸ ὄνομα τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ) *A Paulo nempe nunc baptizati*

sunt ad cultum Domini Iesu. Nescierant haecenus baptismo poenitentiae obligatos se fuisse, ad fidem in *Iesum Christum*, quia, suscepto baptismo Ioannis, *Messiae uenturo* nomen dederant indeterminate, nescientes Iesum Nazarenum esse illum Messiam. Aliter se res habebat cum Apostolis. His nimirum iterato baptismate non erat opus, quia statim ab initio edocti erant, Iesum esse Messiam.

6. καὶ ἐπιθέτων — ἐκ' αὐτῆς) Hoc plerumque ita factum est. Deus ad commendandum munus Apostolicum, baptizatis non nisi precibus Apostolorum communicare uoluit. Grauiissimo hoc argumento, et in oculos incurrente miraculo conuicti sunt de ueritate religionis Christianae quotquot haec talia spectabant. ἐλάλουν — προσφίτερον) i. e. Linguis peregrinis de religione locuti sunt, et quidem afflatu diuino.

8. καὶ πείθων — τῆ θεῶ) *Fidem faciens doctrinae de regno Dei*, s. persuadendo afferens pertinentia ad eam doctrinam.

9. τὴν δδδν) *Doctrinam euangelicam*; nam δδδς γγγ, *religio*. ἀκασδς — μαθητὰς) Et ipse e synagoga exiit, et eos qui crediderant, abduxit eo, quod in synagoga tuti non erant futuri. ἐν τῇ σχολῇ Τυράννης τινός) Sophistae, siue declamatoris, cui nomen *Tyranno*. Ita Suidas. *Priscaeus* non proprium, sed appellatiuum nomen putat hominis, ita dicti forsan, quod uel eloquentiae auditores ageret ferretque, ut *Sophista Princeps* apud Suetonium in Libro de Grammaticis. Equidem huius assertionis rationes non perspicio. Eorum autem opinioni, qui hunc *Tyrannum* Iudaeum, eiusque scholam *Beth Midrasch* fuisse putant, obstare

obstare uidetur id, quod in proxime antecedentibus commemoratur, Paulum nempe propter *Iudaeos* e synagoga exiisse. Segregauit igitur discipulos (Christianos) suos a Synagoga Iudaica; non amplius in Synagogam eos duxit, sed in peculiari loco solos docuit.

10. πάντας τὰς κατοικῶντας τὴν Ἀσίαν) Qui Sacrorum caussa Ephesum uenire solebant. Erat enim templum illud commune Asiae, unde et nomen Ἀσιαρχῶν. Iudaei quoque ex aliis Asiae urbibus saepe eo ueniebant mercatus caussa aut iudiciorum.

11. δυνάμεις ἢ τὰς τυχεύσας) *Virtutes non uulgares*, i. e. miracula eximia. Litotes, ut: haud incerta cano, i. e. explorata et omnino euentura.

12. ἀπὸ τῆς χρωτὸς αὐτοῦ) χρώς, exterior pars corporis, species externa, *corpus*. σιδάρια ἢ σιμικίνθια) Significantur ambabus his uocibus linteola et fasciolae, quibus et praecingerentur, et detergerent sudorem. In specie autem σιμικίνθιον *femicinēgium*, *succinētorium* habet duplicem significatum, nimirum *Orarii*, *eines Schnupftuches*, et succinētorii quod partes anteriores opificum cingit. *Petronius* 94. ego suspendio uitam finire constitui, et iam *femicinēgio* stantem ad parietem spondam uinxeram, ceruicesque nodo condebam. καὶ ἀπαλλάσσεσθαι — ἐξέρχασθαι) uel ut alii legunt ἐκπορεύεσθαι. Hoc non intelligendum est ita, ac si linteola et fasciolae uim depellendi morbos habuissent; sed ui ac potentia Christi sanati sunt aegroti, cui fidebant, qui linteola et fasciolas admouebant corporibus.

13. τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν) Tales Exorcistas, qui quarundam formularum incantationumque ope daemonia eiecerunt, inter Iudaeos fuisse, illustris Iosephi locus docet, ubi huius rei auctorem ipsum Salomonem, edit, Ant. VIII, 2, 5. περιερχομένους autem eos uocat Lucas, quod non uno in loco subsisterent, sed huc illuc cursitarent, quaestui aucupando, quales apud Latinos circulatores. Radicibus autem simul ufos esse illos Exorcistas, ex citato Iosephi loco patet.

14. ἦσαν — ποιῶντες), Recte *Pricaeus* haec ita intelligenda esse putat, ac si scriptum esset: ἦσαν δὲ καὶ τινες etc. Neque enim praeter hos Sceuae filios nullos circumforaneos exorcistas fuisse dicit Lucas, sed in numero praestigiatorum eiusmodi etiam hos septem fuisse.

15. ἀποκριθὲν — τίνες ἐστίν;) Non recte concluditur ex his uerbis, malum quendam Spiritum per homines locutum esse. Paulus enim per biennium Ephesi docuerat et miracula patrauerat; homines igitur daemoniaci multa iam audiuerant de eo eiusque miraculis. Dicebant: Scimus quidem, Paulum esse in hac urbe, et nomine Iesu talia miracula patrare; sed uos non uidemini esse tales, qualis est Paulus.

16. καὶ ἐφαιλλόμενος — οἷος ἐκείνου) Hoc non parum fecit ad confirmandam auctoritatem Pauli, cui, sananti daemoniacos nunquam tale quid accidit.

17. καὶ ἐπέπεσε — Ἰησοῦ) *Et obstupuerunt omnes ea de re, et celebratum est nomen Iesu.* φόβος h. i. hebraico more potius est admiratio quam timor. Celebratum

tum est autem nomen Iesu ideo, quia per eum uera fiebant miracula, non talia, qualia erant fraudatorum illorum, de quibus sermo u. 13. sqq.

18. ἦρχοντο, ἐξομολογούμενοι) Venerunt ad Apostolos, confitentes, quam male uitam haecenus traduxissent commemoratis etiam criminibus grauioribus, ut illi, qui ad Ioannem Baptistam uenerant, Matth. III, 6. Multi etiam magicas artes quibus dediti fuerant, detestati sunt, quod patet ex u. 19.

19. ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων) *Περίεργα, curiosa* h. l. omnino *artes magicas* significant. Sic Dio Cassius excerpt. Valef. de Imperatore Adriano dicit: ὁ Ἀδριανὸς περιεργότατος ἦν καὶ μαντείαις καὶ μαγανείαις παντοδαπαῖς ἐχρῆτο, *Adrianus admodum curiosus erat, et diuinationibus magicisque artibus utebatur. Herodian. IV. 12. 6.* Ephesus ante alias ciuitates his prauis studiis dedita. Magorum, qui erant Ephesi, meminit *Plutarchus* Alexandro. *Menander* in puero apud *Suidam*: Ἐφέσια τοῖς γαιῶσιν ἕτας περιπατεῖ λέγων ἁλεξιφάρμακα. *Etymol.* ἐφέσια ἁλεξιφάρμακα ἢ γράμματα, δνόματα ἄττα καὶ φωναὶ ἀντιπάθειαν φυσικὴν ἐρχοσαι. Plura habes ap. *Wetsten*, et *Grotium*. κατέκαιον) *Com-* bufferunt fideles isti libros illos, non uendiderunt, ut pretium ad Apostolos afferrent; ne aliis occasionem peccandi, hisque libris utendi darent. καὶ εὔρον ἀργυροῖς μυριάδας πέντε) Est usitata ellipsis uocis δραχμῆ, in pecuniae summa indicanda. Sunt igitur μυριάδες πέντε, sc. δραχμῶν. *Quinquagies mille denarios.* Denario proxime accedit moneta Argentinensis, quae ualet 12 *Kreutzer*, 3 *Hel-* ler,

ler, ut 5 drachmae sint 1 fl. et paullo plus; 50000 drachmae plus 10000 fl.

20. ἔτιω κατὰ κράτος — ἠύξανε) *Sic magna vi religio incrementa cepit.* Hefychius κατὰ κράτος, ἰσχυρῶς, τελείως. Magorum fraudibus detectis, miracula Pauli eo maiorem fidem inuenerunt; sicque multi Christo dederunt nomen.

21. ἔθετο δὲ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι) *In animum induxit Paulus, f. confilium cepit.* Ponitur uero ἐν τῷ πνεύματι pro εἰς τὸ πνεῦμα. Sic Luc. XXI, 14. et *Plutarch.* in Ag. et Cleom. εὐθύς μὲν εἰς νῦν ἔθετο τὰ παρόντα μεθιστάσαι, *in animum protinus induxit res nouare.* Vel ἔθετο pro προέθετο.

22. αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν) *Substitit ad tempus in Asia.* Ἐπέσχε, sc. ἑαυτὸν *inhibuit se, i. e. moratus est, remansit.* Herodot. VII. 123. ἐπισχῶν χρόνον. 112. ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας. Ἐἰς τὴν Ἀσίαν, pro: ἐν τῇ Ἀσίᾳ, quae mutatio frequens.

23. ταραχος ἐκ ὀλίγου) *Non leuis tumultus.* περὶ τῆς δδῆ) Occasione Euangelii.

24. ἀργυροκόπος) *Faber argentarius, ut recte uertitur in Glossario.* ναὺς ἀργυρῆς Ἀρτέμιδος) *Aediculas argenteas, (kleine Tempelchen) Dianae.* Templum Dianae Ephesiae septem miraculis mundi est annumeratum. Demetrius autem confecit aediculas argenteas, imaginem illius templi referentes. Sic in monte Albano aedicula Iunonis fuisse dicitur. *Dio Cassius* XXXIX. νεὺς Ἦρας βραχυὸς ἐπὶ τραπέζης τινος πρὸς ἀνατολῶν ἰδρυμένος. *Petronius* 29. *Praeterea grande*

de armarium in angulo uidi, in cuius aedícula erant lares argentei positi. Diana Ephesia in nummis repraesentatur ornamento capitis alto, multis mammis, pedibus inuolutis, cum duobus ceruis a dextra et sinistras. *Minutius Felix* Octau. *Diana — Ephesia mammis multis et uberibus multis exstructa.* ἐργασίαν) *Quaestum*; nam ἐργασία non solum opificium, artificium, sed et quaestum significat.

25. ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστὶ) *Quod ex huius operis quaestu copia nobis contingit facultatum.* Nam εὐπορία h. l. non quaestum, sed copias, opes, facultates indicat. Simillime uoces has coniungit *Demosthenes* in Neaer. ὡς αὐτῇ ἢ ἀλλὰ τῷ σώματος ἐργασία ἐχ' ἱκανὴν εὐπορίαν παρεῖχεν ὥστε διοικεῖν τὴν οἰκίαν, *quum illi quaestus corporis non satis magnas ad alendam familiam copias suppeditaret.* Scitis, o socii, *Demetrius* inquit, hoc quaestu non tantum uictum suppetere nobis, sed et uitam nostram abundanter instrui. Procul dubio uel omnis, uel magnam partem hic prouentus euanescet, si exitialem doctrinam istam latius euagari patimur. Ergo pro lucro pugnemus fortiter.

26. πείσας μετέστρεψεν ἱκανὸν ὄχλον) *Multos homines peruertit, ad alias cogitationes traduxit.* λέγων — γινόμενοι) *Negans, ullam esse uim diuinam in simulacris.*

27. ἢ μόνον — ἐλθεῖν) *Nam non solum periculum est, ne haec res in contemptum ueniat.* Τῆτο τὸ μέρος uerte: *haec res, hoc negotium,* aut si placet, μέρος in uersione plane omitti potest. Ἐἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, *in contemptum uenire.* Ἀπελεγμὸς proprie est confutatio, Sap. IX, 6. deinde *contemptus.* ἀλλὰ καὶ — λογισθῆναι) *Quasi dicat: Pa-*
rum

rum est de nostro quaestu; tota religio hic periclitatur. τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς) Bene Latinus: *Maiestatem*. Posses et Numen uertere. ἦν ὅλη — σέβεται) Non falso hoc dicit. Apuleius lib. II. de eadem illa Diana: *Cuius numen unicum multiformi specie, ritu uario, nomine multi iugo totus ueneratur orbis*. Inter paucos Deos, qui a Romanis testatoribus haeredes institui poterant, erat haec *Diana Ephesia*, ut nos docet *Vlpianus* Institutio-num tit. XXII.

28. μεγάλη ἢ Ἄρτεμις Ἐφεσίων) *Xenophon* Ephes. I. δμνύω τε τὴν πάτριον ἡμῶν θεόν, τὴν μεγάλην Ἐφεσίων Ἄρτεμιν.

29. καὶ ἐπλήσθη — — συγχύσεως) A concitatione unius profligati nebulonis. ὤρμησάν τε δημοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον) *Concurrerunt coniunctim, confertim in Theatrum*. In institutis Graecarum ciuitatum fuit hoc, ut de rebus grauioribus, ad rempublicam spectantibus, in theatri ageretur, concionesque ibi haberentur, ut adeo prope fori loco fuisse uideantur. *Tacitus* Hist. II. 80. de *Vespasiano* dicit: *Antiochenſium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentes et in adulationem effusos alloquitur*. *Cic.* ad fam. VIII. 2. pro *Flacco* —. *Cornelius Nep.* Timol. 4. 2. *ueniebat in Theatrum, quum ibi concilium plebis haberetur*. *Valer. Max.* II. 2. Situs ipse locorum huic tumultui augendo ac fouendo non parum conducebat; ut enim perhibent, qui ista loca oculis perlustrarunt, *Sponius* et *Wheelerus*, Dianae templum in conspectu theatri erat situm. συνεκδήμεις) *Varinus*: συνοδοιπόροι. *Comites*.

31. τινὲς δὲ τῶν Ἀσιαρχῶν) *Afiarchae* erant praefecti certaminum, ludorumque sacrorum, uel summi Sacerdotes. Ita Ciliciarcha, Syriarcha, Phoeniciarcha, Helladarcha, Bithyniarcha, Cappadociarcha. *Strabo* XIV. Afiarchas πρωτεύοντας κατὰ τὴν ἐπαρχίαν uocat, qui et hoc nos docet, lectos ex praecipuis Asiae ciuitatibus, inter quas fuisse et *Tralles*. Potestas eorum erat annua in Asia minori, ut praesiderent in ludis, et sumtus in eos facerent. D. *de uacat. et excus. muner.* L. 5. 8. *In Asia sacerdotium prouinciae suscipere non coguntur numero liberorum V. subnixi. Modestinus* VI. 14. Ἀσιαρχία, Βιθυνιαρχία, Καπποδοκιαρχία, ἔθνεος ἰερωσύνηαι. μὴ δῆναι ἑαυτοὺς εἰς τὸ θέατρον) *Ne in theatrum se conferret, s. coniiiceret.* Latet in phrasi, quod periculum Paulo in theatro immineat, cui se non debeat imprudens committere.

32. ἢ ἐκκλησία) ἕθηρ, coetus, quum concio latine non fit, nisi a magistratu secundum leges conuocata multitudo.

33. ἐκ δὲ τῆς ὄχλου — τῶν Ἰουδαίων) *De turba autem protruserunt Alexandrum obiicientibus seu promouentibus eum Iudaeis.* Sed qui iste Alexander fuerit, quoue animo aut consilio a Iudaeis promotus ad dicendum, incertum est. Si Iudaeus tam religione quam gente fuisset Alexander, dicendus esset a Iudaeis, qui et ipsi ob contemptum cultus Dianae inuisi erant, ut uir dicendi peritus, *designatus esse*, ad causam eorum tuendam, et culpam auerfionis tot hominum a Sacris Dianae in Christianos transferendam. κατατείνας τὴν χεῖρα) *Manum extensam deorsum mouens;* qui gestus eorum erat, qui loqui incipientes, tumultuantes ad

filentium hortabantur. ἀπολογεῖσθαι) *Caussam dicere*, pro Iudaeis, contra Christianos.

34. ἐκ πάντων) *Ab omnibus*. Dionys. Hal. A. IV. 37. κραυγῆς δὲ καὶ ἀγανακτήσεως ἐξ' ἀπάντων ἐπὶ τῷ γενόμενης. Nolebant audire Iudaeum, quia facile uidebant, eum pro Diana non esse dicturum. Sic periculum Christianis depulsum.

35. κατασεύλας δὲ ὁ γραμματεὺς τῶν ὄχλων) *Quum autem Scriba populum composuisset, uel repressisset*. Κατασέλλειν dicuntur, qui animos tumultuantium concitatos sedant et componunt. Ioseph. A. I, 1, 2. τῷ δὲ θορύβῳ κατασεύλας. XVI, 3. I. τῶν μεираκίων κατασεύλων, *repressa iuuenum audacia*. Γραμματεὺς hic est scriba ciuitatis, non minister magistratuum maiorum, sed ipse magistratus nobilior. Scribis enim in graecis ciuitatibus Archiuorum cura erat demandata. Praelegebant etiam quae praelegenda essent in Senatu aut concione. Fuit igitur honorificum munus. *Schol. ad Thucyd. VII. 10.* γραμματεῖα λέγει τὸν εἰωθότα ἐν τῷ κοινῷ τὰ τῷ δήμῳ γράμματα ἀναγινώσκειν. τίς γὰρ ἐστὶν ἄνθρωπος) Saepe γὰρ in interrogatione, quae uel indignatione, uel admiratione commoto paullo uehementius animo fit, adhibetur, neque opus est referre ad aliquem enuntiationem, quae suppressa intelligi debeat. Sic apud Iosephum de B. I. III, 8, 5. ipse Iosephus, consternatus, et ueritus, ne Iudaei, in ipsum impetum facerent, eos ab isto consilio auocare conatur, orationemque incipit his uerbis: τί γὰρ τοσούτου σφῶν αὐτῶν, ἑταῖροι, φωνῶμεν, *Quorsum enim, o socii, propriae caedis adeo auidi sumus?* νεωκόρον ἔσαν τῆς μεγάλης ἑρτίμιδος) *Cultricem esse magnae Dianae,*

Dianae, peculiari quasi ministerio seruire cultui illius, et templum curare. Sunt enim νεωκόροι et ζακόροι aeditimi, quod sacra et aedes sacras curent. Κορεῖν est κοσμεῖν, et καλλύνειν, i. e. ornare, instruere, et addere speciem pulchritudinis. *Suidas*: νεωκόρος, ὁ τῶν νεῶν κοσμῶν καὶ εὐτρεπίζων, ἀλλ' ἔχ' ὁ σαρωῶν. *Aristoph.* Nub. 44. κορεῖν γὰρ καλλωπίζειν, ἔδειν καὶ νεωκόρος. καὶ τῷ Διοπετέϊ) *Simulacri de coelo delapsi.* Διοπετέϊς sc. ἄγαλμα, *simulacrum Dianae a Ioue*, i. e. *de coelo delapsum.* Erat id ex uite factum, ut, *Muciano* auctore, tradidit *Plinius* H. N. XVI. 79. *Euripides* Iphig. in Taur. 86. *Herodian.* I. II. 2. Scilicet si ignorantur artifices simulacri alicuius, fingebant sacerdotes, ut vulgi auerent superstitionem, e coelo delapsum esse huiusmodi simulacrum.

36. ἀναντιρρήτων ἔν ὧτων τέτων) *Quum igitur haec extra controuersiam*, s. *indubia sint*, sc. hoc simulacrum non χειροποιήτων, sed διοπετέϊς esse. De imaginibus Demetrii, non de ipso templo, nec de simulacro Dianae lis fuerat. δέον — ὑπάρχειν) *Vos modestos*, s. *sedatos esse oportet*; quia nimirum nihil laedunt hoc simulacrum, qui περὶ τῶν χειροποιήτων loquuntur. καὶ μηδὲν προπετέϊς πράττειν) *Latinus: et nihil temere agere.* In Glossario: προπετής, *temerarius.*

38. ἔχουσι πρὸς τινα λόγον) *Habent litem* s. *controuersiam cum aliquo.* Nam λόγος h. i. *litem, controuersiam, causam, coram iudice agendam* denotat. *Demosth. adu. Lacrit.* ἐμοὶ μὲν ἔν ἑσίν ὡς ἄνδρες δικασταὶ, πρὸς τέτῳ δὲ λόγος, *mihī quidem, o iudices, cum his lis est.* ἀγόραιοι ἄγονται) *Ἀγόραιοι* sc. *ἡμέραι. Conuentus aguntur, uel dies sunt, quibus*

bus lege agitur, quos factos Romani uocant. Omnino h. l. scribendum ἀγόραιοι, non, ut uulgo, ἀγοραῖοι. Nam ἀγοραῖος dicitur de hominibus, qui omne fere tempus in foro, inepta curiositate ducti, consumunt; ἀγόραιοι contra dicitur de rebus, quae in foro aguntur; unde ἀγόραιοι κρίσεις, iudicia, quae in foro exercentur. Igitur ἀγόραιοι sc. ἡμέραι sunt dies iudiciis in foro habendis constituti. Sic Ioseph. A. XIV, 10, 21. καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν) Et adsunt praefides. Ἀνθύπατοί h. l. sunt generaliter praefides, qui in prouincias mittebantur.

39. εἰ δὲ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε) Si quidquam desideratis eorum, quae ad ciuitatis regimen pertinent, sub quo et templi cura comprehendebatur. ἐν τῇ ἐνώμφῃ ἐκκλησίᾳ) In legitimo coetu, conuocato a magistratu ciuitatis; in concione.

40. καὶ γὰρ κινδυνεύομεν — συροφῆς ταύτης) Periculum enim est, ne crimen intendatur nobis de hodierna seditione, commota nulla de causa, qua demonstrata rationem reddere possimus istius turbulenti concursus. Περὶ τῆς σήμερον, sc. ἡμέρας, propter id quod hodierno die factum est. Erant exceptiones quaedam, ut in aduentu hostium, incendio, et rebus similibus. Ideo dicit, nullam concursus huius causam posse reddi.

CAP. XX.

I. Καὶ ἀσπασάμενος) Ἀσπασασθαι significationem habet complexus in compellendo et salutando, cui mori etiam osculum alicubi adiunctum fuit. Non solum salutabant osculo aduenientes, uerum etiam discessuri. Xenophon Hist. Graec.

IV. init. ἐπεὶ δὲ κότις ἔμμελλεν ἀπιέναι, ἦλθε πρὸς τὸν Ἀγεσίλαον ἀσπασόμενος.

2. εἰς τὴν ἐλλάδα) Graecia h. l. intelligenda est ueteri et proprio sensu, de regionibus inter Thessaliam et Peloponnesum interiectis, uel de tota Achaia prouincia, quo sensu *Graecia* est apud *Sueton.* in *Claud.* c. 16. *Ptolem.* τῆς Ἀχαιῆας — ἦν ἐλλάδα καλεῖται.

3. ποιήσας τε μῆνας τρεῖς) *Posteaquam uero tres menses exegisset.* Nominatiuus hic absolute ponitur pro ποιήσαντος, genitiuo consequentiae. Sic. *Marc.* IX, 20. et *Eurip.* in *Phoeniss.* u. 290. μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπυ κλεινὸς γόνος, *quum me uero missurus esset, Oedipi filius inclutus.* ἐγένετο γνώμη) *Consilium initum,* i. e. decretum est.

4. Σώπατρος Βεροιαῖος) Idem nomen est Σώπατρος et Σωσίπατρος. In multis Codd. ut et *Verff.* nonnullis post Σώπατρος additur Πύρρῃ, i. e. *filius Pyrrhi.* *Pyrrhus* nomen est frequens in Thessalia et uicinis regionibus. καὶ Γαῖος Δερβαῖος) Qui origine Derbaeus, natus in Macedonia. καὶ Τιμόθεος) Hic accensetur Thessalonicensibus, quia maiores eius ex Iudaeis erant, qui Thessalonicae quondam uixerant.

5. ἔμενον ἡμᾶς) *Exspectarunt nos.* Hic obiter significat *Lucas,* quod non exprimit, se Paulo comitem fuisse huius itineris et sequentium, Romam usque. ἐν Τρωάδι) Τρωὰς et regionis nomen et urbis cuius modo meminit, quae et Antigoniam et Alexandria dicta fuit.

6. ἄχρις ἡμερῶν πέντε) *Die quinto, f. post dies quinque, ut intelligatur illo in itinere eos fuisse diebus quinque.*

7. ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων) *Primo hebdomadis die, (cf. Matth. XXVIII, 1.) qui dies conuentus Christianis proprius, 1 Cor. XVI, 2. dies κυριακή, Apoc. I, 10. συνηγμένων ἡμῶν) Quum congregati essemus. Vt iam tum solebant die dominico, praecipue in memoriam resurrectionis Christi. Ignatius epist. ad Magnes. diem dominicam uocat, τὴν κυριακὴν, τὴν ἀναστάσιμον etc. Itaque credibile est, fractione panis hic denotari conuiuium discipulorum cum eucharistia coniunctum, praesertim quum esset tam solennis ualedictio. Eucharistiam etiam Syrus intelligit. παρέτεινε τε τοῦ λόγον) *Extendit, f. produxit sermonem. Plutarch. in Catone min. Contenta et aspera uoce ἀπέτεινε τοῦ βρώματός τὸν λόγον, in longum produxit sermonem.**

9. Ἐυτυχός) Videtur hic iuuenis fuisse e famulatio cuiuspiam. In corpore Inscriptionum uett. et apud Artemidorum inter seruilia nomina occurrit etiam Ἐυτυχός, ut *Pricaeus* ad h. l. obseruat. καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ) *Alto sopitus somno. Καταφέρεσθαι in se notat, deiici, prosterne, idque de hominibus somno profundiori obrutis uel nude adhibetur, uel additur εἰς ὕπνον. Plutarchus discr. adul. et am. εἰ τοσαῦτα κοιτῶν καὶ ἀγρυπνῶν κατ' ἐχθρῆς — somno obrutus es. Idem consol. ad Apoll. Diogenes Cynicus κατενεχθεὶς εἰς ὕπνον, ad somnum profatus. ἀπὸ τῆς τριτέτης) *De superiore tertia contignatione. Iuuenal. III. 199. Tabulata tibi iam tertia fumant. Schol. Superiora tecta**

tecta et tristega. καὶ ἤρθη νεκρῶς) *quasi mortuus sublatus est*. Sic enim uertendum esse uidetur ob comma 10.

10. καὶ συμπεριλαβὼν — αὐτῷ ἔς) Amplexus est eum, huc illuc eum mouit, ut experiretur, an fortasse signa uitae in eo saperfint. Dum autem palpat et monet corpus, sentit spirare adhuc hominem.

11. κλάσας — γευσάμενος) i. e. *Quum cibum sumfisset, iter factururus.* ἐφ' ἱκανὸν, δμιλήσας) *Satis diu locutus.* Ἐφ' ἱκανὸν, sc. χρόνον. Ὁμιλεῖν intelligendum est de familiariore sermone, post sermonem grauiorem, de quo sermo u. 9. ἔτως ἐξῆλθεν) ἔτως h. l. est particula illatiua, f. *consecutiua*, respondens Germanorum *So* in eadem re, ut Io. IV, 6.

13. ἡμεῖς — εἰς τὴν Ἄσσον) De se et aliis Pauli comitibus loquitur hic Lucas. Paulus pedestri itinere profectus est Assum. Fuit autem *Assus* urbs Troadis. *Pausan.* Eliac. II. 4. *Plin.* H. N. XXXVI. 27. ἔτω γὰρ ἦν διατεταγμένος) *Sic enim constituerat, uel ordinauerat.* Significatio media. πεζεύειν) *Pedestre iter facere* maluit, quamuis Assus oppidum erat difficili et periculoso aditu, ut notat *Eustathius* in II. 7.

14. ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον) *Quum autem congressus esset* (Paulus) *nobiscum ad Assum, siue Assi.* Latinus interpres: *Quum autem conuenissemus in Assum.* Συμβάλλειν τινι est, *peruenire ad aliquem, occurrere* aliqui. *Homer.* Odyss. ω. u. 259. ἔτος ἀνὴρ νῦν δὴ συμβλημένος ἐνθάδ' ἰούτι, *hic uir, qui nunc primum obuium factus est, huc uenienti.* εἰς Μιτυλήνην) *Lesbi insulae urbem praecipuam.*

15. κατηντήσαμεν ἀντικρὺ χ(ς) *Deuenimus recta in Chium.* Ἀντικρὺ inter alia et *penitus*, et *provsus*, et *directe* significat. Chios nota est insula inter Lesbum et Samum. παρεβάλομεν εἰς Σάμον) *Appulimus ad Samum.* Herodot. VII, 179. Thucyd. III. 32. etc. καὶ μείναντες — εἰς Μίλητον) *Quum in Trogylio mansissemus, sequenti die uenimus Miletum;* uel ut alii malunt: *Quamuis Trogylii diuersati essemus, postridie tamen quam a Samo soluera- mus, Miletum appulimus.* Trogylium Ioniae est promon- torium, non longe a Samo. *Miletus*, urbs Ioniae, unde *Thales*, *Anaximander*, et alii.

17. πῶς πρεσβυτέρως τ. ἐκ.) Vocantur iidem et Epi- scopi, u. 28. nempe quia inspectores erant gregis. No- tant Graeci, quod consuetudine N. T. iidem uocentur Epi- scopi et Presbyteri, quum contra Romanae ecclesiae do- ctiores, et Episcopales Angliae discrimen inter Episco- pos et Presbyteros iam Apostolico aeuo locum habuisse statuunt.

18. πῶς — ἐγενόμην) *Quomodo me erga uos gesserim.* Confer cum hoc et tribus proxime sequentibus uersiculis I Theff. II, 1 - 12.

19. δακρύων καὶ πειρασμῶν) *Multis lacrymis*, propter pertinaciam et malitiam Iudaeorum fufis, et inter persecu- tiones. Πειράσμοι, *persecutiones, calamitates*, quibus uires hominis, uirtus et constantia tentantur.

20. ὡς ἔδεν ὑπερσελάμην — ἰμᾶς) *Quod nihil celauerim uat dissimulauerim* eorum nempe, quae ad salutem ue- stram conducere arbitrabar, *quo minus exponerem uobis, do- ceremque.*

ceremque. Nam ὑποσέλλασθαι hic est *diffimulare, celare*, ut apud Ioseph. de B. I. I, 20. 1. μηδὲν τῆς ἀληθείας ὑποσελάμενος, ἀντιρῶς εἶπεν, *nihil de ueritate subducendo, libere dicebat*. Et 26. 2. μηδὲν ὑποσελλόμενος. In uerbis τῷ μὴ ἀναγγεῖλαι uocula μὴ abundat, quod folenne est post uerba *negandi*.

21. διαμαρτυρούμενος — χριστῶν) *Docens Iudaeos et Graecos, quomodo conuertendo se ad Deum mōres mentemque emendare, et religionem Christianam amplecti deberent*. Διαμαρτύρεσθαι, *docere*. Πίσις ἢ εἷς τ. κ. ἢ. 1. X. *religio christiana*.

22. ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι) Varie explicantur haec uerba. Kypke uertit: *ego uinctus spiritu, s. per spiritum*, eo sensu, ut Paulus se a spiritu sancto cogi, impelli et quasi *uinculis constringi* dicat, ut non possit non Hierosolyma proficisci. Nam eleganter interdum δέειν ponitur pro *cogere, impellere, constringere*, ut apud Pind. Pyth. γ. u. 96. ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται, *at lucro etiam sapientia impelli solet*. Sic et Camerarius, Beza et Pricaeus, qui conferre iubet Matth. IV, 1. Luc. II, 27. Grotius πνεύματι δεσμέεσθαι exponit, *spiritu uincula praesentire*, futura nempe cernere quasi praesentia. Heinsius Paulum non tantum uincula praesensisse concedit, se et inde contristatum spiritu, et quasi constrictum fuisse.

23. πλὴν — μένσιν) κατὰ πόλιν, in singulis ciuitatibus. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, *Prophetae per spiritum sanctum loquentes*. Pricaeus metathesin esse putat, pro: λέγον, ὅτι κατὰ πόλιν δεσμά με etc. ut sensus sit: *Etiam nunc uideo, me nullam fere ciuitatem transiturum, in qua aut uincula aut uin-*

culis praeuia non exspectant me. Sed non est opus. Nam κατὰ πῶλον intelligendum est de singulis celebrioribus ciuitatibus, ubi tum erant coetus Christianorum. μένειν hic ut Latinis manere pro exspectare.

24. ἀλλ' ἕθενος λόγον ποιῆμαι) Sed nullius rei (aduersae) rationem habeo. Nam λόγου ποιῆσθαι est, rationem habere, curare, aestimare. Demosth. Or. 2. in Philipp. ἀλλὰ καὶ τῆ δικαίῳ λόγον ποιῆμενοι. ἕδδ' ἔχω — μετὰ χαρῆς) Neque uitae dispendium aestimo, dum quod superest uitae prout decet infumfero. καὶ τὴν — ἔλαβον) Strenui bonique militis constantiam spondet; quasi dicat: Locum a duce meo acceptum nullo uitae discrimine derelinquam.

25. ἐν οἷς διήλθον) Apud quos sum uersatus transeundo.

26. ἵτι — πάντων) Formula profitendi innocentiam suam, Matth. XXVII, 24.

27. εἰ γὰρ ὑπεσειλάμην) Non enim desisti, aut tergiversatus sum, aut impediri me passus sum, quo sensu occurrit apud Ioseph. Ant. II. 5, 5. VI. 5, 5.

28. προσέχετε ἑν ἑαυτοῖς) Non potest gregi attendere, qui non sibi attenderit. Debet autem attendere sibi Pastor ecclesiae, ne uita et moribus alios offendant. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον) Dicit eos constitutos a Spiritu sancto, quia constituti erant ab Apostolis, plenis Spiritu S. quamquam approbante plebe. ποιμαίνειν) Ad pascendum, i. e. custodiendum, et instituendum et regendum, ut, quod Episcopi officium sit, attendatur. τὴν ἐκκλησίαν τῆ θεῷ) Κυρίως pro θεῷ legunt Codices omnium antiquissimi, praestantissimi, e diuersis recensionibus oriundi, uix unquam consentientes

sentientes in lectione aliqua, quin a celeberrimis Criticis approbata sit. Lectio θεῶς nititur potissimum testimonio uersionis *latinae* Vulgatae. Cf. Griesbachii edit. ad h. l. ἡν περιποιήσατο — ἁματός) *Quam acquisiuit sanguine suo, i. e. morte cruenta.* Nam per mortem cruentam Christus illam potestatem colligendae sibi ecclesiae adeptus est. Ief. LIII, 10.

29. μετὰ τὴν ἀφίξιν μου) *Post discessum meum.* Glossar. profectio, ἀφίξεις. Dionysius Hal. Ant. L. V. *Vt multi his beneficiis deuincti, μηκέτι τῆς οἰκάδα ἀφίξεως πόθον ἔχουσιν, domum abeundi desiderio non amplius tenerentur.* Herodotus IX, 76. μετὰ δὲ τὴν ἀπίξιν τῆς γυναικός. λύκοι βαρεῖς) *Lupi saeui atque infesti, i. e. lupis saeuis similes.* Sic Doctores peruersi hic uocantur. Apud Polybium L. I, c. 10. ueriti dicuntur Romani, ne Poeni, occupata Sicilia λίαν βαρεῖς καὶ φοβεροὶ γείτονες, *ualde molesti et formidabiles uicini ipsis fierent.* μὴ φαιδόμενοι τῷ ποιμνί) *Meiώσεις, i. e. perniciosissimi gregi.* Quales isti fuerint, docet nos Ioannes in epistola prima. Conf. etiam I Tim. IV, 1-3.

30. λαλοῦντες διεσραμμένα) *Docentes peruersa, falsa, i. e. errores, qui, ut eo facilius animis se insinuent, ueritatibus immiscentur, et intorquentur.* Proprie διεσραμμένον est aliquid *incuruatum*, ερεβλόν, σκολίδν; ueritatem enim Graeci ut *uiam rectam*, errores ut *curuum* aliquid sibi fingunt. τῷ ἀποστῆν) *Subauditur. ἐνεκα.* Ideo docent carni placentia, ut discipulos ab ecclesia abductos sibi faciant sectatores. Ἀποστῆν, *abstrahere, persuasionibus auellere.*

31. διὰ γρηγορείου) *Cauete uobis, et facite, ut et alii eos caueant.* νόκτα καὶ ἡμέραν) i. e. quauis occasione, etiam cum molestia mea.

32. παρατίθεμαι — χάριτος αὐτοῦ) *Commendo uos Deo et doctrinae de gratia eius. Commendo uos Deo, i. e. prouidentiae diuinae.* τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, *doctrinae de eius fauore.* Inusitata est phrasis, commendare aliquem doctrinae christianae. Videntur igitur haec coniungenda esse cum sequentibus, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι, ut sensus sit: *Commendo uos Deo, qui per doctrinam potest uos aedificare.* ἐποικοδομῆσαι) *Aedificare, i. e. efficere ut in scientia, fide et bonis operibus crescatis, sicut domus, quae paullatim surgit.* Eph. II, 25. Col. II, 7. Ὁικοδομεῖτε, *facere ut res melior et perfectior euadat.* κληρονομίαν) Beneficia Messiae et *uitam aeternam*, quia firma est eorum possessio. Est nimirum ἡλιγγ proprie *occupatio Palaestinae, et felicitas, qua in hac terra sua fruebantur Iudaei*, deinde uero transfertur ad *omnis generis felicitatem, maxime eam, quam Iudaei in regno Messiae olim expectabant.* Ps. XXXVII, 18. Eph. I, 14. ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πάντιν) *Inter omnes uere Christianos.* Ἐν ut hebr. כּ, *inter, cum.* In societate omnium, *qui per fidem consecrati sunt Domino*; nam hi sunt ἡγιασμένοι.

34. ταῖς χεῖρας — αἱ χ. αἱ) *Uisus meis, et eorum qui erant mecum, ministrarunt hae manus, i. e. ipsi mihi necessaria ad uictum et amictum subministraui.* Sic Xenoph. Socr. II. αἱ δὲ αἱ χεῖρες ἐκάσῳ ὑπηρετοῦσι.

35. ἔτω κοπιῶντας) *Etiam cum molestia aliqua.* δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων) *Infirmos sustentandos, ne cadant*

dant scilicet. Infirmos uocat, qui suspicari poterant, Paulum commodi sui causa comminisci doctrinam Euangelii. Omnes tales anas praecidere Paulus uoluit. *ὅτι αὐτοὺς — λαμβάνειν*) Hoc est inter illa, quae Paulus didicerat non ex scripto, sed relatu eorum, qui Dominum nouerant. Sensus huius effati, quanquam aliis uerbis, extat Luc. VI, 30. seq. XI, 41. *Aristot. Nicomach. IV. I. μᾶλλον ἐστὶν τῷ ἐλευθερίῳ τὸ δίδόναι, οἷς δεῖν ἢ λαμβάνειν, ὅθεν δεῖ, καὶ μὴ λαμβάνειν, ὅθεν ἔ δεῖ.* Plura his similia notat Wetstenius ex Profanis.

CAP. XXI.

1. *Ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν*) Quasi ui auulsi. Significanter exprimit affectus mutuos. *ἐυθυδρομήσαντες*) *Vento secundo.* Proprium uerbum de nauigatione, qua cursus tenetur. *Κῶν*) Hoc pro *Κῶν*, Attice dici, scribit Gaza, *Schol. paru.* in Il. ξ. 255. *εἰς τὴν Κῶν νῆσον. γράφεται δὲ σὺν τῷ ν. κατ' ἄπτιαιτικὴν. Pausan. Lacon. 23. πλείοντες δὲ εἰς Κῶν. Κοσ,* insula maris Aegaei, et quidem una ex Sporadibus. *εἰς Πάταρα*) *Patara* una ex praecipuis sex urbibus Lyciae, inter quas et Myra. *Strabo XIV.*

3. *ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον*) *Quum Cyprus nobis ostenderetur, et appareret; quum Cyprum aperuissimus.* Est uox nautica. *Theophanes: ἀναφανέντων δὲ αὐτῶν τὴν γῆν.* Sicut *ἀπομυθέντες τὴν κεφαλὴν*, pro *οἷς ἀπετμήθη ἡ κεφαλὴ*, ita *δε ἀναφανέντες τὴν Κύπρον*, pro: *οἷς ἀνεφάνη ἡ Κύπρος.* *ἐκῆσε — τὸν γόμον*) *Ibi nauis exponere debebat onus*, sc. Ephesi receptum. *Ἀποφορτίζεσθαι*, Verbo medio est *onere se leuare, onus suum deponere.* *Philo de exiecrat. p. 935.*
D.

D. ubi terra incolis orbanda dicitur ἀποφορτισαμένη τὸ τῶν ἀσεβῶν δικητῶρων ἄχθος, *exonerans se impiorum incolarum mole.* Ἀποφορτιζόμενον, praes. pro fut.

4. διὰ τῆς πνεύματος) *Spiritu prophético.* μὴ ἀναβαίνειν) Brevis locutio. Subintelligendum enim: nisi uinciri uellet. Dicebant, ut prophetae euentura Paulo Hierosolyamis, si eo uenisset, ut ita ipsum humana affectione deterrent, ne Hierosolyima tunc proficisceretur. Futurum esse, quod hi et alii Prophetæ praedixerant, ipse Paulus probe sciebat; sed ducebat muneris sui esse, etiam cum uitae dispendio facere quod decreuerat. Vid. supra c. XX, 22-24.

5. ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας) *Postquam euenit, ut illos dies completeremus, quos sc. statutos habueramus.* Ἐξαρτίσαι, i. e. πληρῶσαι, **Νῆδ.**

7. τὸν πλῆν διανύσαντες) *Quum perfecissemus nauigationem, sc. totam nauigationem ex Macedonia, c. XX, 6. εἰς Πτολεμαίδα) Urbem Phoenices, cuius nomen antiquum Ἄκη. Suidas sub uoce Ἄκη. Strabo XVI.*

8. οἱ περὶ τὸν Παῦλον) *Comites Pauli.* Defunt haec uerba in optimis Codicibus et uersionibus antiquis, omnino omittenda. εἰς Καισάρειαν) Stratonis, quae in Iudaea, s. Syria Palaestina. φιλίππυ — ἐπτὰ) i. e. Qui quum olim de numero septem Diaconorum fuisset, factus erat presbyter περιουεῖτης, nulli certae ecclesiae affixus, quales Euangelistae uocabantur, Eph. IV, 11.

9. προφητεύουσαι) *Quae interdum diuino afflatu loquebantur.*

10. Ἐγαβος) Is, de quo supra c. XI, 28.

11. καὶ ἄρας τὴν ζώνην τῆ Παύλου) Notus prophetarum mos, ipsis etiam rebus conspicuis futura praesignandi. Sic Zonam suam iussus defodere *Ieremias* c. XIII. Erat igitur haec actio Symbolica, in qua erat illud: Quam certum est me nunc cingere Paulum, tam certum est, cum uinctum iri Hierosolymis.

12. οἱ ἐντόπιοι) *Incolae, indigenae*. Innuuntur Christiani Caesareaenses, qui Paulo et sociis eius h. l. opponuntur. *Arrianus* peripl. mar. Eryth. saepe hac uoce utitur, e. g. βασιλικοὶ ἄλιεῖς ἐντόπιοι, piscatores regii indigenae.

13. συνδρῦπτοντές με τὴν καρδίαν;) *Animi mei robur frangentes; cor meum molle reddentes*. Συνδρῦπτειν, *frangere, emollire, effoeminare*. ἐτοίμως ἔχω) *Paratus sum*. Demades de duodecenn. ἐτοίμως ἔχω τελευτᾶν.

15. ἀποσκευασάμενοι) Alii legunt ἐπισκευασάμενοι, et sane difficile uidetur, secundum alterutram lectionem pronunciarere. Ἀποσκευάζεσθαι est, *aliquid ex loco amouere, auferre*. Ioseph. Ant. XIV, 16, 2. II, 6, 2. Ex hoc uocis usu, ἀποσκευασάμενοι uertendum esset: *Sarcinis, impedimentis quippe itineris, depositis*. Secundum alteram lectionem ἐπισκευασάμενοι, sensus esset: *Quum accepissemus res ad iter necessarias*. Propter rem haec lectio omnino est praefenda. Qui enim proficiscuntur, non deponunt sarcinas, sed instruunt se necessariis ad iter.

16. τῶν μαθητῶν) Nempe τινες. ἄγοντες παρ' ᾧ ξενοδομεν) Breuis locutio, pro: ἄγοντες ἡμᾶς πρὸς τινα παρ' ᾧ ξενοδομεν.

ξενισθῶμεν, *ducentes* (i. e. ducturi, praef. pro fut.) *nos ad eum, ad quem diuiteremur.* Nam Mnafon illè ex Cypro uidetur habitatum iuisse Hierosolyma.

17. ἀσμένως — δι ἀδελφοί) Ἀσμένως, *lubenti animo, ut Act. II, 41. Fratres autem h. l. intellige Apostolos et Presbyteros Hierosolymitanos. Ceteri enim Christiani non fauebant Paulo, ut patet u. 20. sqq.*

18. τῇ δὲ — πρεσβύτεροι) Videtur Iacobus conuocasse Collegium Presbyterorum, quia deliberandum erat de rebus magni momenti, Paulum spectantibus. Nouerant enim animos plurimorum Christianorum Hierosolymitanorum alienos esse a Paulo. u. 20. sqq.

20. καὶ πάντες — ὑπάρχουσιν) Magno studio tenentur seruandae legis, etiam de sacrificiis, de cibis uetitis, aliisque rebus eiusmodi. Nec id mirum: nam decretum, quod fecerant Apostoli, tantum ex gentibus uocatos tangebatur, non autem natos Iudaeos. Neque tum Paulus quicquam Iudaeos ea de re docere coeperat, quod fecit aliquanto ferius, et quidem extra Iudaeam.

21. κατηχήθησαν δὲ περὶ σῆ) De te hoc intellexerunt, nempe sermone et litteris illorum in Asia Iudaeorum, qui tot molestias Paulo exhibuerant. μηδὲ τοῖς ἔθουσι περιπατεῖν) *Neque praecepta ritualia obseruent.* Ἔθου hic sunt τῶν, *praecepta ritualia.* Falsa erat haec criminatio. Paulus enim nusquam Iudaeos a lege Moysis auertere studuerat, sed ex decreto Hierosolymitano c. XV. Profelytorum tantum et Ethnicorum libertatem uindicauerat.

22. τί ἔν ἱσσι;) *Quid igitur factu opus est?* Respondet enim partim sequenti δεῖ, partim u. 23. uerbis τῶτε ἔν ποιήσον. πάντως — συνελθεῖν) Quia ante πλήθος articulus deest, non male coniicit *Pricaeus*, *concursum* potius quam *conuocationem* denotari; incertum uero, an ad consultandum, an uero, ut fieri amat, ad quid nouum et insolitum.

23. εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν) *Votum*, intellige magnum, i. e. *Nasiraeatus*. Vid. Num. VI, 13 - 21. Illis *Nasiraeis* lege *Mosis* praescriptum erat, ut durante tempore uoti abstinere uino omnique potu inebriante; ut cauerent sibi, ne corpus mortuum tangerent, utque per illos dies precibus et rerum diuinarum cogitationi operam darent. Hoc erat ἀγνίσθαι, *purificari*. Durante hoc tempore non licebat iis radere caput; licebat autem illo tempore finito. Denique fiebat ἀγνισμὸς sacrificio oblato in templo. His peractis, liberati erant uoto, et liberius uiuere poterant.

24. ἀγνίσθητι σὺν αὐτοῖς) Ἀγνίσθαι h. l. significat abstinere a uino rebusque aliis, quae interdictae sunt *Nasiraeis*. καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς) More apud *Iudaeos* receptum erat, et pro insigni pietatis officio habebatur, ut in pauperum *Nasiraeorum* gratiam ditiores erogarent sumtus ad sacrificia, quae, dum illi tonderentur, offerre necesse erat. Insignis de hac re est locus *Iosephi Ant. L. XIX, 6, 1.* de *Agrippa Hierosolymam redeunte, qui multos Nasiraeos tonderi mandauit.* ἵνα ἐυρήσωνται τὴν κεφαλὴν) i. e. ut uoti liberentur eo facilius. Est metonymiā signi pro signato. Nam sicut obligatio uotiuā exprimebatur demisso capillo,

ita liberatio coma abrasa. Num. VI, 18. ὅτι ὡν — ἐδὲν ἐστὶ) Supplendum: ἀληθῆς. Eorum, quae de te rumor sparfit, nihil ueram esse; falsam esse famam, quae de te sparsa est, quasi Iudaeos legis obseruatione auerteres. *σειχῆς* — *Φυλάσσω*) i. e. *σειχῆς κατὰ νόμον*. *Te uiuere conuenienter legibus Mosaicis*. Hac igitur ratione uoluerunt cauere tumultum, qui metuendus erat, si Pauli causa concursus hominum fieret.

25. *περὶ δὲ τῶν περικεκοτόων ἐθνῶν*) Quasi diceret Iacobus: alia est ratio uocatorum ex gentibus; illos enim a legis onere liberos communi decreto pronunciauimus. *κρίναντας* — *αὐτοῦς*) *Nihil tale seruandum ipsis*, nempe eorum, quae Moses praescripsit. Cf. supra c. XV, 20. 29.

26. *διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τῆ ἀγνισμῆ*) *Professus, se expleturum esse dies purificationis*. Suscepit nempe castimonium in dies septem, (cf. u. 27.) ita ut dies ipsius pariter exirent cum diebus aliorum, qui aliquanto ante, ac in maius tempus se obligauerant. Licebat enim cuique, eum, quem uellet, uotivae obligationi praestituere terminum. Num. VI, 5. Sic Paulus in dierum hebdomada se obligauit; illi alii in duas, tres, aut quatuor hebdomadas. *ἕως ἔ* — *ἡ προσφορά*) Aoristus hic significat rem, quae fieri debebat: *Vsque dum offerenda esset pro unoquoque* (eorum, qui se obligauerant) *oblatio*; i. e. ita tempus sumfit, ut pariter cum illorum tempore defineret.

27. *οἱ ἀπὸ τ. Ἀσίας Ἰουδαῖοι*) Nempe doctrinae Christi aduersarii, qui nunc ad celebrandum festum Hierosolyma forte uenerant.

28. βοηθεῖτε) Βοηθεῖν est ad clamorem oppressorum accurrere, opis ferendae causa, quasi πρὸς τὴν βοήθην θεῖν. *Demosthenes* Mid. extr. εἴαν τις ὑμῶν ἀδικήμενος ἀνακράγη, προσδραμῶνται καὶ παρίσονται βοηθῶντες. ἔτι τε — (ερδν) Sc. in atrium Israelitarum. Non autem licebat Ethnicis intrare septum illud lapideum, quod in tres cubitos attollebatur, inscriptumque columnis habebat: μὴ δεῖν ἀλλόφυλον εἰσθῆς τῷ ἀγίῳ παρίναί. *Ioseph.* de B. I. V, 14. Si quis alienigena, etiam Romanus, id septum transgredere, is occidi poterat, teste eodem *Iosepho*, L. VI. Sed Paulus non introduxerat Graecos in templum, ut patet ex u. seq.

30. καὶ εὐθέως ἐκλείθησαν αἱ θύραι) Nempe a ianitoribus templi, metuentibus, ne qua in templo seditio oriretur, aliis Paulum male tractare, aliis tueri uolentibus.

31. ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης) *Peruenit indicium ad tribunum.* φάσις idem est quod φήμη καὶ μήνυσις. *Gerichtliche Anzeige.* *Pollux* VIII. 47. κοινῶς δὲ φάσεις ἐκαλεῖντο αἱ μήνυσις τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων. Chiliarchus h. l. est praefectus eius cohortis, quae temporibus festis, ac proinde etiam in Pentecoste, praesidium habebat in porticibus templi ad prohibendos tumultus, si qui orirentur. Hoc praesidium militum Romanorum fuit in arce, prope templum Hierosolymitanum, *Antonia* dicta.

34. εἰς τὴν παρεμβολήν) *In castra*, i. e. in aedificia, in quibus praesidium militare habitabat. Nos dicimus *Casernen*.

35. ἐπὶ τὰς ἀναβαθμὰς) *In gradibus*, ascensurus ex porticu in Antoniam. *Ioseph.* de B. I. V, 5, 3. Καθὰ δὲ συ-

νηπτο δ ἐπὶ τῇ μεσημβρινῇ καὶ κατ' ἀνατολὴν γωνία κείμενος πύργος (τῆς Ἀντωνίας) ταῖς τῷ ἱερῷ ροαῖς, εἰς ἀμφοτέρας εἶχε καταβάσεις. συνέβη — τῷ ὄχλῳ) Propter nimiam urgentis infrequentisque multitudinis densitatem euenit, ut quem milites ducere uolebant, etiam portarent eum.

37. ἑλληνιστὶ γινώσκεις;) *An graece nosti?* Latina loquendi formula. Hebraica non intelligebat Tribunus.

38. δ' Αἰγύπτιος) De hoc Pseudopropheta, populique Iudaici concitato narrat *Iosephus* A. XX, 8, 6. et de B. I. II, 13, 5. Lucas tradit, τετραμυριάς; *quatuor millia hominum* fuisse, quae hunc impostorem sint secuta; Iosephus autem loco posteriori, τρισμυριάς, *triginta millia*. Aut igitur cum *Valesio* dicendum est, numerum promiscuae multitudinis peruenisse quidem ad *triginta millia* hominum, ex illis autem tantum fuisse *quatuor millia* sicariorum, quorum hic meminit Lucas; aut cum *Grotio* statuendum, horum nebulonum fuisse in initio nonnisi *quatuor millia*, postea uero eorum multitudinem creuisse ad *triginta millia*. Sed uidetur etiam Iosephus a se ipso discrepare, quem uarie explicant interpretes.

39. ταρσοῦς — πολίτης) i. e. Κύλιξ, Τάρσος ἐκ ἀσήμε πόλεως πολίτης. Erat *Tarsus* Ciliciae totius caput, teste Strabone. *Plinius* H. N. V, 22. Tarsum uocat liberam urbem.

40. ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν) *In gradibus* Antoniae, de quibus supra com. 35. τῇ ἑβραϊκῇ διαλέκτῳ) i. e. lingua Hierosolymitana, magna ex parte Syriaca, qua tum Iudaei utebantur.

CAP. XXII.

1. Τῆς πρὸς ὑμᾶς οὖν ἀπολογίας) *Meam iam ad uos defensionem* audite. Defensio est etiam, ubi factum negatur. Purgatio eius est species, ubi, facto concessio, culpa remouetur.

2. μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν) *Eo magis se quietos prae-buerunt*. Significatur, non solum a mutuis colloquiis, sed et ab alio quocunque strepitu illos abstinuisse. Placuit populo, quod Paulus sermone hebraico, qui sanctus habebatur in Palaestina, mallet uti, quam graeco. Paulus captandae beneuolentiae causa hac lingua usus est.

3. ἀνατεθραμμένος) *Educatus*. Παιδευμένος uero de institutione accipiendum est. Simillimus est locus *Appiani bell. Ciu. L. IV.* ubi Cassius in Rhodo enutritus de Rhodiis conquerens, auxilium sibi dicit denegatum esse, ὑπὸ τῶν παιδευσάντων καὶ θροψάντων, *ab eruditoribus et educatoribus suis*, ab iisdem uero praelatum sibi dolet Dolabellam, ὃν οὐκ ἐπαίδευσαν ἔδὲ ἀνέθροψαν, *quem neque erudiuerint, neque educauerint*.

παρὰ τὰς πόδας Γαμαλιήλ) Non est quod ex hoc loco antiquitas fingatur discipulorum, ad magistrorum pedes sedentium; sed commode reddi potest, *apud Gamalielium*, ex Hebraismo, cuius uestigia etiam in Graecis antiquis Atticisque scriptoribus reperiuntur, quale est, quum *Plato* in *Theag.* dicit: ἐκ τῶν ποδῶν ἀποχωρήσομεν, aut *Xenoph. Symp. 4, §. 51.* ἐκ ποδῶν ἀπέρχονται. 3 *Macc. IV, 8.* *Themist. Or. 27.* παρὰ πόδας ἐστὶ καὶ πλησίον, *ante pedes id semper et prope est*. Docet antiquitas Iudaica, ad mortem Gamalielis usque, stantes coram magistris discipulos institutos esse; qua de re omnium optime egit *Vi-*

tringa de Synag. uet. L. I. P. 1. c. 7. παιδευμένος — νόμος) Haec cura et diligentia, non dubium est, quin spectet ad ceremonias et instituta maiorum, in quibus exponendis, aliisque commendandis, Pharisaeorum studium uersatum esse constat. Confirmat *Iosephus* A. XVII, 3, 4. et de B. I. II, 8, 14. ζηλωτής — θεῶς) Sic Gal. 1, 14. de se ipso: ζηλωτής τῶν πατρικῶν παραδόσεων ὑπάρχων.

4. ταύτην τὴν ὁδὸν) i. e. *Homines huius sectae uel religionis*. Vid. supra c. IX. ἀχρι θανάτου, *ad necem usque*. Id statim explicat: quum uinctos traderem etc.

5. πρὸς τὸς ἀδελφούς) Ita hic uocat Iudaeos, ob communem ex Iacobo originem. Sequentibus uersiculis Paulus narrat historiam suam supra c. IX. commemoratam.

9. τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν) *Vocem non intellexerunt*. Cf. supra IX, 7. Ibi comites Pauli audiuisse uocem dicuntur. Tolle potest haec difficultas hoc modo. Vox φωνή nunc significat *sonum*, nunc *sermonem*, siue uerba distincta. Loco c. IX. dicitur, illos audiuisse *sonum*; quum enim fulmen illud circumfulgeret Paulum, sine dubio etiam tonitrua audita sunt. Hunc sonum audiuerunt comites. In nostro autem loco dicitur: *Non intellexerunt sermonem* loquentis mecum, et dicentis: Saule, cur me persequeris. Nam ἀκούειν, ut hebr. שמע saepe etiam esse *intelligere*, satis constat.

11. ἀπὸ τῆς δόξης τῆς φωτὸς ἐκείνης) *Prae gloriosa, splendida illa luce*. Δόξα, גִּבּוֹר, eximium quendam fulgorem h. l. significat.

12. εὐσεβῆς κατὰ τὸν νόμον) *Pius*, non quouis modo, sed etiam secundum legis nostrae praescripta, ut Zacharias et Elisabet. Hoc multum pertinet ad rem, de qua agebatur.

14. προχειρίσαστέ με) *Elegit te*. Nonnulli uertunt: *Expedituit, praeparauit te*. At προχειρίζεσθαι frequentius notat *eligere*, et Ananiae procul dubio in animo adhuc uersabantur uerba Dei c. IX, 15. quibus Apostolum σκεῦος ἐκλογῆς uocauerat. Sic Polyb L. V, c. 72. ὁ δὲ Ἀχαιοὺς προχειρίσασάμενος Γαρσύηριν, *Achaeus Garsyerim* ducem *eligens*. τὸν δίκαιον) Iesum, illum summe innocentem et bonum.

16. τὴν μέλλεις;) *Quid moraris?* Etymol. μέλλω, τὸ βραδύνω. *Aristoph.* Nub. 1301. ὕπαγε τὴν μέλλεις. βάπτισαι — ἀμαρτίας σε) *Suscipe baptismum, et patere abluere peccata tua*. Ἀπόλυσαι, in Medio. Suscepto baptismo cura, ut certus fias remissionis peccatorum. Ἐπιμαρτυρούμενος τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, *esto in posterum cultor Domini Iesu*. Hoc enim est inuocare nomen Domini Iesu.

19. αὐτοὶ ἐπίσανται) Ostendit Paulus, sibi nonnihil esse spei, quod Hierosolymitae, qui se pridem nouissent, tantam mutationem non possent nisi magnae ueraeque causae attribuere.

21. εἰς ἔθνη μακρὰν) *Intra gentes procul, extra Palaestina*, ubi homines in remotissimis regionibus uiuentes, qui nihil norunt de odio illo quo persecutus es Christianos.

22. ἄλλοι τότε τοῦ λόγου) *Vt qui pati non possent, gentes fieri participes communis salutis*.

23. *ρίπτόντων τὰ ἱμάτια*) *Iactantibus uestes*. Qui longius aberant, his signis testabantur, se cum illis facere, qui propius adstantes clamabant. Prodebant etiam ualde concitatum offensumque animum. *Xiphilinus* Nerone: *τάστε χεῖρας καὶ τὰ ἱμάτια ἀνέσειον*. *Lucianus* de saltat. 83. τὸ θεάτρον ἄπαν συνεμελιήνει, καὶ ἐπήδων, καὶ ἰβόων, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀπερρίπτου. *Ouidius* Am. III, 274. *et date iactatis undique signa togis — at ne turbet toga mota capillos.* κωνιορτὸν βαλλόντων) *Ennius* Annal. VIII. *Iamque fere puluis ad coelum uasta uidetur.*

24. *μάξιεν ἀνετάξασθαι αὐτὸν*) *Flagellis ex eo quaeri*. *Mos Romanus* quaestionem habendi per flagra. ἵνα ἐπιγνώ) *Ex ipsius confessione.*

25. *ὡς δὲ προτείναν αὐτὸν τοῖς ἱμάσιον*) *Quum eum traderent loris, i. e. scuticis, flagellis*. *Προτείνειν* tradere, porrigere. *Philo* de uit. Mos. δολασθεὶς τοῖς ἡδὴ προτεινομένοις, *delectatus donis quae sibi iam tradita essent*. *Alii aliter*. Ad sequentia cf. not. ad c. XVI, 37.

28. *πολλὴ κεφαλαίον*) *Magna pecuniae summa*. Κεφαλαίον pro *pecuniae summa* saepe occurrit. *Demosthenes* in *Euerg. Accipiens a me in mensa 1313 drachmas et duos obolos*, τὸ σύμψαν κεφαλαίον, *integram summam*. Sic etiam ap. *Ioseph. A.* XII, 2, 2. et cap. 4, §. I. eiusdem libri. *ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι*) *Atqui Tarsus non colonia erat, sed libera urbs, Plinio* teste, V, 27. Potuit autem fieri, ut aliquis maiorum *Pauli* bellis ciuilibus, quae inter *Caesarem Augustum*, et *Brutum*, *Cassiumque*, aut etiam inter eundem *Caesarem* et *Antonium* intercessere, ius illud sibi

com-

comparauerit. Vnde colligas, ex opulenta familia fuisse Paulum.

30. καὶ ἐκέλευσεν — αὐτῶν) Quia intellexerat, de religione controuersiam esse, explorare uoluit Synedrii sententiam, cuius erat de religione cognitio.

CAPUT XXIII.

1. **A**τνείας — τῷ συνεδρίῳ) Vt decebat hominem bonae causae et optimae conscientiae innitentem. Ἐγὼ πάση — θεῷ) Ego cum optima conscientia Dei uoluntati conuenienter uixi. Verbum πολιτεύεσθαι, Medium, dicitur proprie de iis, qui rempublicam gerunt, deinde pro: institutis quibusdam uti, ut πολιτεύεσθαι νόμῳ πατρίῳ apud Iosephum de Maccab. §. 4. patriis legibus, i. e. Mosaicis, conuenienter uiuere, et 2 Macc. XI, 25. πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων ἔθνη. Ita fit, ut πολιτεύεσθαι significet uiuere, uitae tenorem gubernare uel dirigere. τῷ θεῷ, i. e. κατὰ τὸν θεόν, uoluntati Dei conuenienter.

2. ὃ δὲ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας) Intelligendus esse uidetur Ananias ille, qui Pontificatu M. functus est, Quadrato, antecessore Felicis, Syriae praesidente, auctore Iosepho, A. XX, 6, 2. neque dubium est, quin eam dignitatem etiam tempus quoddam retinuerit tum, quum Felix Praefes in Syriam missus esset, sub cuius Praesidio Ionathas Ananiae successit in Pontificatu; Ioseph. XX, 8, 5. Hic Ananias, Pontifex M. missus fuit Romam uinctus a Quadrato, rationem Caesari Claudio redditurus una cum Anano, Praefecto Templi, ob contentionem inter Samaritanos et Iudaeos, et ob quorundam Iudaeorum, res nouas moliendi, studium, Io-

seph. XX, 6, 2. Dubium uero non est, quin Romae, innocentia ipsius cognita, absolutus, Hierosolymam redierit. Cf. *Ioseph. Ant.* XX, 9, 2. Fufius de hac re *Krebsius* in h. l. differit. ἰπέταξε — σόμα) Offensus forsān uultus eius constantia, quod uox ἀτυσίας innuit; uel quod liberiore quam hominis factus ferret, exordio usus est. Παρεσῶτας, intellige ὑπερέτας, non quosuis ex adstantibus.

3. τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεός) *Percutiet, i. e. puniet te Deus.* Grauiissime peccauit Pontifex, qui, quum ipse captiuitatis incommoda sensisset, sensu misericordiae erga captiuum non tactus, insuper ciui Romano alapas impingi iusserat, quod nec tribunus fuerat ausus. Quo genere mortis ipse tandem perierit, nescimus; at, quum Collega *Jonathan* a Sicariis iugulatus, successor autem *Ismael* in *Cyrenaica* capite plexus legatur, *Ioseph. Ant.* XX, 8. 8. uerosimile est, ipsum, qui grauiora meruerat, non meliori fato diem obiisse. τοῦχε κεκονιαμένε) Sic hominem exterioe apparatu tumentem et uere et eleganter appellauit, ut in *Matthaeo* Christus Phariseos similes esse dixit sepulcris κεκονιαμένους. Egregia similitudo, ad exprimendos homines impios qui honoris aut commodi caussa pios se simulant. παρανομῶν) *Contra legem agens; wider Recht und Billigkeit.*

5. ἐκ ἡδαιν — ἀρχιερεὺς) *Camerarius*: Ironiae manifestum est indicium. In eadem sententia est etiam *Pri-caeus*, addens, ἐκ ἡδαιν, significare, *oblitus eram, minus animo recalebam meo.* *Westenius*: ἐκ ἡδαιν, i. e. *non cogitauit, non satis attente considerauit.* Quasi dixisset: *parcite, quaeso, fratres, iustae meae indignationi, si aestuantis animi*

animi impetu abreptus liberius aliquid elocutus fuerim, quam oportuit, immemor illius et personae, et officii mei. Agnosco errorem: non debui maledicere Pontifici, quantumuis fecerit non digna suo honore; sed impediit animi ardor, ne ista, ut par erat, attentius cogitarem. Alii putant, reuera nesciisse Paulum, hunc esse summum Pontificem, quia diu abfuerit Hierosolymis, nec ordinis ratio habita fuerit in tumultuario isto confessu. ἀρχοντα — κακῶς) Exod. XXII, 27. ubi in Hebraeo est נָשִׁיב, quomodo uocari solebat princeps senatus, quem locum istis temporibus plerumque occupabat sacerdos summus.

6. γνῶς — Φαρισαῖον) Non deerat Paulo humana etiam prudentia, qua in bonum Euangelii utens, columbae serpente utiliter miscebat, et inimicorum dissidiis fruebatur. ἐγὼ Φαρισαῖός εἰμι, υἱὸς Φαρισαίου) *Pharisaeus sum*, ex disciplina pristina; et etiamnum, quod attinet ad fidem resurrectionis. Pro υἱὸς Φαρισαίου alii legunt υἱὸς Φαρισαίων, *discipulus Pharisaeorum*, quod uel praeceptores, uel parentes, patrem et auum aut proauos Pharisaeos habuisset. περὶ ἐλπίδος — κρίνομαι) Est ἕν διὰ δυοῖν. Rectum fuerat περὶ ἐλπίδος ἀναστάσεως, *ob spem de resurrectione*. Κρίνομαι, *uocor in ius*. Non mentitus est Paulus, Pharisaeorum discipulum se dicens; recte tamen notat ad h. 1. *Chrysostomus*: πάλιν ἀνθρώπινως διαλέγεται (Paulus) καὶ ὁ πανταχῶ τῆς χάριτος ἀπολάυσει, ἀλλὰ καὶ παρ' ἑαυτῶ τι συγχωρεῖται εἰσφέρειν. Voluit nempe in rem suam uti dissidio Pharisaeorum et Sadducaeorum; nec id sine successu fecit, ut patet ex u. 7. seqq.

8. Σαδδουκαῖοι — μηδὲ πνεῦμα) Deum esse credebant, sed praeter eum nihil, quod non sensibus perciperetur, non angelos existere, non superesse corporibus animos, ideoque nec fore resurrectionem. τὰ ἀυφώτερα) Coniunxit hic opinionem de angelis et de Spiritu, tanquam unam. Quod de Sadducaeis et Pharisaeis h. l. refert Lucas, confirmat Iosephus de B. I. II, 8, 14.

9. γραμματεῖς τῷ μέρει τῶν Φαρισαίων) *Legisperiti factionis Phariseorum.* Quaelibet secta habet *litteratos* et idiotas; illi solent esse os partis suae. Μέρος h. l. ut saepe, *factionem, partem* significat. Διεμάχοντο, *acriter pugnabant*, contentiose agebant, uehementissime contendebant. εἰδὲν — τῷ τῷ) Hoc non ueritatis amore, sed contradicendi studio dicebant. εἰ δὲ πνεῦμα — ἄγγελος) Dixerat Paulus (c. XXII, 6. sq.) apparuisse sibi in itinere aliquem, qui cum eo sit collocutus. Fortassis negarunt Sadducaeii hoc factum esse uel fieri potuisse; Pharisei autem affirmarunt. Cf. Io. XII, 28. 29. μὴ θεομαχῶμεν) *θεομαχεῖν, cum Deo pugnare est*, aliquid uoluntati diuinae aduersum moliri. Sed desunt haec uerba in libris nonnullis antiquis, Versionibus et Patribus. Vulg. et Aeth. praecedens εἰ δὲ uertunt: *quid si, aut: quis nouit an non?*

10. ἐυλαβηθεὶς — ὑπὲρ αὐτῶν) *Veritus tribunus, ne Paulus discerneretur ab illis.* Sensus horum uerborum, quae irae feruidissimae descriptionem continent, est: *ueritum esse tribunum, ne Paulo manus uiolentae inferrentur.* Διασπᾶν enim, *discernere, dilaniare*, notat excruciare uerbis aut uulneribus et multilationibus, uel etiam *occidere.* τὸ ἐράτευμα) *Totam militum manum* deduxit ab Antonia in conclaue

conclauē illud apud templum, in quo senatus habebatur.
 εἰς τὴν παρεμβολήν) in Antoniam, ut supra.

11. ἐπιστὰς αὐτῷ ὁ κύριος) Deus ipsi apparuit per angelum, ut supra aliquoties.

12. συσροφήν) *Coniurationem*, sicut mox explicatur. Sic συσρέφασθαι est *coniurare* 2 Sam. XV. 31. 1 Reg. XVI, 9. 16. 2 Reg. IX, 14. aliisque locis. ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς) *Execrando seu deuouendo se promiserunt.* Voto addiderunt diras, i. e. pessima sibi imprecati sunt, nisi id implerent.

13. οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες) *Qui conspirationem hanc fecerant.* Phrasin hanc habet Polybius l. IV, c. 2. de Apelle dicens: ποιεῖται συνωμοσίαν πρὸς τοὺς περὶ Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν, *cum Leontio et Megalea coniurationem facit.*

15. ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ) *Significate et declarate tribuno.* Suidas: ἐμφανίζωσι, φανερωσίν. σὺν τῷ συνεδρίῳ) i. e. Non uos soli, sed una cum collegis uestris, quo maior significationi sit auctoritas. πρὸς ὑμᾶς) Nempe ex Antonia in conclauē, in quo senatus habebatur. ἀκριβέστερον) *Exactius*, quam in prima cognitione. Solent enim rei per interualla temporum saepius audiri, siue quod noui aliquid iudici innotuerit, siue ut exploretur, an sibi constent. πρὸ τοῦ ἐγγίσει αὐτὸν) *Antequam ad uos ueniat.* Sed amplius significatur, uelle se caedem perpetrare in uia, satis longe ab eo loco, in quo senatus habebatur, ne senatus eo nomine argui posset.

16. ἀκύσας) Rem minus occulte gerebant, non putantes fore, qui rem Paulo aut tribuno deferret.

17. ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλιάρχον) Prudenter Paulus ipsum iuuenem tribuno mittit, ut aetas eius et simplicitas plenior fidem faceret.

19. ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ) *Manu prehensum*, ut iis solemus facere quos ex turba abducimus.

20. συνέθεντο) *Constituerunt*, i. e. conuenit inter Iudaeos, s. Iudaei consenserunt. Et sunt Graecis συνθήκαι, et Attica mutatione συνθήκαι, quae a Latinis uocantur pacta, conuenta.

21. ἐπαγγελίαν) *Mandatum*, i. e. si iubeas Paulum produci. *Hesychius*: ἐπαγγέλλωσιν, κελεύωσιν.

22. παραγγελίας — πρὸς με) Transfatio ab indirecta oratione ad directam, frequens Hebraeis, sed et aliis Scriptoribus.

23. ἕως καισαρίας) *Caesaream* ad Procuratorem, ad cuius forum iam tota haec res pertinere uidebatur. καὶ ἑπτὰς ἑβδομήκοντα) Solent peditibus equites attribui, qui eis praesidio sint. δεξιολάβες διακοσίς) *Satellites, stipatores ducentos*. Sive δεξιολάβες legas, siue ex uno codice uetustissimo δεξιοβόλος, ignotum est militum genus, de quorum utrouis pauca notauit Grotius. ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτὸς) Frequens est in Syria noctibus iter facere ob calores diurnos. Verum hic consilium hoc eo pertinebat, ne in ipso itinere insidiae fierent, ante deducto Paulo, quam ad coniuratos eius rei notitia perueniret.

24. κτήνη τε παρασῆσαι) *Et iumenta praeferre.* Transit oratio a directa ad indirectam, contra quam modo. ἵνα ἐπιβιβάσαντες — τὸν ἡγεμόνα) *Vt imponentes Paulum (iumento) incolumem ad Felicem perducerent.* Sic Iosephus A. II, 6, 9. οἴσγε πρὸς τὸν πατέρα μὴ ἕξεσιν ἀνασωθῆναι μόνοις, *nobis solis non licet redire ad patrem incolumes.* Quum hic Felix *Procurator* tantum Iudaeae fuerit, ne quis nomine ἡγεμόνος ductus, suspicetur, *Praesidem* fuisse, tenendum est ἡγεμόνα dici h. l. qui proprie nominetur ἐπίτροπος. Nam Iosephus tribuit ei propria uoce τὸ ἐπίτροπέειν, et de B. I. II, 13. hunc Felicem uocat Ἰουδαίας ἐπίτροπον. Felix hic fuit libertus *Claudii*, frater *Pallantis*, qui apud *Claudium* omnia potuit. Tacitus Hist. V. 9. *e libertis Antonius Felix per omnem saeuitiam ac libidinem ius regium seruili ingenio exercuit.* Fuit trium reginarum maritus, teste *Suetonio* in *Claudii* uita, c. 28. quod intellige non eodem tempore; sed alia mortua duxit aliam: et reginas intellige regum filias et neptes, quomodo *Antigone* et *Electra* ἀνασσαί apud Tragicos. Harum reginarum una fuit *Drusilla*, infra nominata, c. XXIV, 24. *Agrippae* regis foror.

25. γράφας — τύπου τῆτου) *Scribens epistolam, quae hanc continebat, s. habebat formam; aut breuius: scribens epistolam in hanc formam, hoc tenore, ut loquitur Cicero.* Τύπος, omnino integram formam, s. ut uulgo dicunt, *extensum epistolae* significat. Sic 3 Macc. III, 30. de epistola *Ptolomaei*, quae integra ibi praemissa est, dicitur; καὶ ἡ μὲν τῆς ἐπιστολῆς τύπος ἕτως ἐγγράπτο, *et ita forma epistolae, s. epistola ipsa conscripta erat.* Περιέχειν τύπον idem ualet, ac ἔχειν τύπον.

27. καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν) i. e. *quum iam prope esset, ut ab eis interficeretur.*

29. μηδὲν δὲ — ἔχοντα) Nullius criminis reum, quod Romanas leges morte puniant, aut uinculis coërceant: non signiferum rebellionis, non homicidam, non feditiosum. Ἄξια θανάτου dicuntur, *quae mortem merentur.* Ἐγκλημα ἔχειν h. l. idem est quod ἐγκαλεῖσθαι, *accusari.* Sic Ap-
pian. de bello Annib. Claudiam Quintiam μοιχείας ἔγκλημα ἔχουσαν ἔτι ἀκριτον, *adulterii accusatam, nondum cognita causa.*

30. μῆνυθείσης — ἔσεσθαι) Sermonem ita incepit, quasi dicturus esset μελλούσης: dixit autem μέλλειν, quasi praecessisset: μῆνυθέντος δὲ μοι ἐπιβελήν. Ita saepe constructio fit ad sensum magis, quam ad uerba.

31. εἰς τὴν Ἀντιπατρίδα) *Obadiah de Bartenora* notat, esse locum ultimum in finibus Iudaeae. *Hieronymus* Epitaph. Paulae: *Deinde (a Caesarea) Antipatrida, semirutum oppidulum, quod de patris nomine Herodes uocauerat et Lyddam uersam in Diospolim.* Saepe huius urbis meminit *Iosephus* e. g. Ant. XVII, 15, 1, XVI, 5, 2. de B. I. II, 19, 1. IV, 8, 1.

32. ὑπέσχεσαν εἰς τὴν παρεμβολὴν) Reuersi sunt in Antoniam, sc. pedites. Neque enim opus tam multis erat, quum iam longius abitum esset ab Hierosolymis, ubi erant coniurati. Aduersus uulgaria itinerum pericula sufficiebat equestre praesidium.

33. οἵτινες) Hoc ad remotius, i. e. ad equites referendum.

34. ἐκ ποίας ἑπαρχίας ἐστὶ) *Ex quam prouincia esset?*
 Ἑπαρχία est prouincia etiam infra XXV, 1. Plutarch.
 Catone: ἄλλαχ' τῶν ἑπαρχιῶν ἦν ἐντὸς ἰστανίαν καλεῖσθαι δι
 ῥωμαῖοι.

35. διακρίσομαι ὅσ) *Attente te audiam, et causam
 tuam cognoscam.* Plutarch. Cic. Ἀντιόχῃ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ διή-
 κησεν. Pericl. διήκῃσ — Ζήνωνος. ἐν τῷ πραιτωρίῳ τῷ
 Ἡρώδῃ) Ita dicto, quod ab Herode exstructum esset. *Prae-
 torium* a praetore Romano, i. e. imperatore nomen habet;
 sed, ut fieri solet, coëpit proferri latius eius uocis usus
 ad omnes domos uirorum illustrium.

CAP. XXIV.

1. Καὶ βήτορος Τερτύλλῃ τινός) *Homine Romano, qui et
 linguam Romanam, et actionum formulas melius nosset.*
 Graecis βήτωρ est orator, et causae patronus. Latini eam
 uocem graecam magis de dicendi magistris usurpant, quos
 Graeci σοφιστὰς uocant. ἐνεφάνισαν — Παύλῳ) *Detulerunt,
 accusarunt Paulum apud Procuratorem.* Ἐμφανίζειν
 saepe apud Iosephum aliosque est pro indicare aliquid ita,
 ut cum alterius accusatione sit coniunctum; e. c. Ant.
 XIV, 10, 8. eodem cap. §. 12. et c. XI, §. 4. Ἐμφανίζειν
 autem κατὰ τινος, eadem constructione dictum est, qua
 Rom, VIII, 33. τίς ἐγκαλέσει κατ' ἐκλεκτῶν τῷ Θεῷ.

2. κληθέντος δὲ αὐτοῦ) i. e. *adduci iussu*; nam sub
 militari custodia seruabatur.

3. πολλῆς — προνοίας) *Captat Rhetor beneuolentiam
 Praetoris, cuius prouidentia et pax ipsis contingeret, et*
Tomus III. P praeclare

praeclare administraretur prouincia. Ἐιρήνην intellige de tranquillitate illarum regionum procurata a Felice. Verbum κατορθῶσαι significationem habet perfectionis, et rei bene ac praeclare gestae. Polybius L. I. ὡς δὲ αὐτὸν καὶ διὰ τὴν ἰδίαν πρόνοιαν κατορθώσῃς, quasi ipse per se et sua prouidentia rem bene gessisset. Cicero de fin. III, 7. quae autem nos aut recta, aut recte facta dicamus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros uirtutum continent — rectum factum est κατόρθωμα ad mentem Stoicorum. τῷ εἶναι τὸτῳ est genti Iudaeorum. Laudem, quam hic Tertullus tribuit Felici, eandem et Iosephi narrationes ei tribuunt. Sic u. c. Iudaeam latronibus inposterioribusque repletam et infestatam cura sua uirtuteque liberauit, teste Iosepho XX, 8, 5. Aegyptium illum Pseudopphetam, res nouas molientem, eiusque affectas ui armisque repressit, l. c. §. 6. seditionem, quae inter Iudaeos Caesareenses et Syros grauissime exarserat, restinxit, multaque alia facinora egregia, commodo Iudaeorum, perpetravit. Cf. eundem de B. I. II, 13, 2. πάντῃ τε καὶ πανταχῶς ἀποδεχόμεθα) *Semper et ubique agnoscimus*, uel laudamus. Haec enim elegantissima est τῷ ἀποδέχασθαι notio. Iosephus A. VI, 14, 4. Δίκαιον δὲ ἀποδέξασθαι τῆς Φιλοτιμίας τὴν γυναῖκα, conuenit autem, laudare mulierem ob prolixam liberalitatem. Vnde εἰταινεῖν et ἀποδέχασθαι apud eundem tanquam Synonyma iunguntur, A. VII, 1, 2. ib. 2, 2. aliisque locis. Πάντῃ τε καὶ πανταχῶς, *semper et ubique.* Quod nunc facimus praesenti tibi, inquit Tertullus, id etiam de absente praedicamus. Non in os solum laudamus.

4. ἵνα δὲ — ἐγκόπτω) *Ne te pluribus morer; aut, ne pluribus tibi molestus sim.* Est et hoc inter rhetorica artificia, polliceri se breuem fore, praesertim apud occupatos. συντόμως, sc. λεξόντων, *quae paucis dixerurus sum.* Loquitur ita Tertullus ut ad hominem multis negotiis distractum, et ut meliorem iniquae causae colorem superduceret. τῇ σὴ ἐπιεικείᾳ) *Ea humanitate, qua soles.* Solent coniungi ἐπιεικεία et πραότης. Intelligitur hic facilitas et patientia in audiendo.

5. εὐρόντες — λοιμὸν) *Deprehendimus scilicet hunc uirum pestilentem, noxium.* Particula γὰρ in orationis initio eleganter adhibetur, et reddenda est *scilicet, nempe.* Participium uero εὐρόντες pro εὐρομεν positum est; qui Participiorum usus, etsi Hebraeis est familiarissimus, non ita tamen proprius, quin apud Graecos etiam inueniatur. Homines noxios λοιμῶς, *pestes, s. pestilentes* uocant Graeci. Sic etiam Cicero dixit: *pestem ciuitatis*, pro Rabirio; *pestem patriae*, pro Sestio; *pestes imperii*, pro Deiotaro. πρωτοστάτην) *Principem et antesignanum.* In Glossario: πρωτοστάτης, *princeps.* Sic uocantur, qui in arte, qui in conuiuio, qui in iudicio aut re quauis alia primum locum obtinent. τῆς τῶν Ναζωραίων αἰρέσεως) *Nazaraeorum sectae.* Ita in Iudaea uocabantur, qui extra Iudaeam Christiani, nempe a Domino ipsorum, Iesu Nazareno. Et sic hodie quoque Iudaei et Muhammedani Christianos appellant.

6. ὅς καὶ — βασιλῶσαι) *Introductis alienigenis. Falsum crimen. Κρίνειν, punire.*

7. μετὰ — ἀπήγαγε) Elliptice, pro: ἐκ χ. ἢ ἀρκάτων, ἀπήγαγε, quem sensum respexit Latinus, dum uertebat: *eripuit eum.*

8. παρ' ἑ) *A quo*, nempe Paulo. ἀνακρίνας) Quaestione habita per tormenta. Ita recte hic accepit Syrus.

9. συνέθεντο) *Affenserunt*, s. *confirmarunt.* Sed per multi codices habent *συνεπέθεντο*, eodem sensu.

10. νεύσαντος ἑωπὶ τῷ ἡγεμόνος λέγειν) *Quum Procurator signum nutu dedisset, ut ipse responderet.* ἐκ πολλῶν ἑτων) Si Iosepho credimus, *Cumano* successor datus est, anno Iul. 97. et nunc annum agebat sextum in provincia. A. XX, 6, 3. Notandum est autem, uno tempore *Cumanum* et *Felicem* administrasse regnum Iudaeae, quod antea Agrippa pater obtinuerat, adeo, ut *Cumanus* Iudaeae et Galilaeae, *Felix* autem Galilaeae Transamnanae, quae, teste Iosepho, Iordane et Coelesyriae Philadelphiaeque montibus includeretur, Procurator esset. Sed *Cumano* damnato, *Felix* Iudaeae et Galilaeae quoque administrationem accepit, adeo, ut ex eo inde tempore non solum Galilaea Transamnana, quam antea iam Procurator obtinuerat, sed Iudaea etiam ipsius ditioni subiecta pareret. Ios. A. XX, 7. de B. I. II, 12, 8. εὐθυμότερον — ἀπολογέμαι) *Alacrius* uel ut Vulgatus reddit, *bono animo pro meipso causam dico.* Non ut Tertullus, mercede conductus, quamcunque causam, etiam deteriolem defendo: sed, quod aequissimum est, pro me ipso uerba facio. Nouerat *Felix* tum experientia propria tum historia gentis eiusque Procuratorum edoctus, quam prouisi ad seditionem essent Iudaei.

12. καὶ ἤτε — διαλεγόμενον) Nempe de rebus ad religionem pertinentibus; multo minus sermones ad seditionem spectantes habui.

13. ἔτε — κατηγοροῦσάς με) Neque demonstrare possunt, de quibus me accusant. Eorum quae obiiciant mihi nihil probare possunt. Supple: τὰ ἰ. ταῦτα, περὶ ὧν κατηγοροῦσι. Παραστῆσαι, clare et liquido demonstrare et ob oculos ponere. Sic apud Ioseph. A. IV, 3, 2. VIII, 2, 5.

14. κατὰ τὴν ἑθνην, ἣν λέγουσιν αἰρεσιν) Secundum religionem eam, quam uocant sectam. Sectae appellationem Paulus corrigit, non quod tum esset odiosa, sed quod non satis digna. τῶ πατρῶν θεῶ) Magna erat gentilium erga θεὸς πατρῶς, Deos patrios religio, per quos etiam praecipue iurare solebant. Sic Demosthenes de corona iurat per τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθειον, ὃς πατρῶδες ἐστὶ τῆ πόλει, Apollinem Pythium, qui urbi (Athenis sc.) patrius est. Sapienti uero Apostolus agebat consilio, dum contra obiectam sibi haeresin u. 5. se Dei patrii cultu, et legis atque prophetarum obsequio tuebatur. Inuisum quippe erat gentilibus, si quis se peregrinis aut Diis aut Deorum cultibus addiceret. Praeterea Iudaeis per multa Imperatorum inferiorumque magistratum decreta et senatus consulta sancita erat potestas, Deum patrium colendi. Breuissima igitur uia, qua christiani Romanos magistratus sibi conciliare, et cultus sui libertatem consequi poterant, haec erat, ut se eundem cum Iudaeis Deum colere, et iisdem libris sacris fidem praestare et obsequium affererent. δ.καίων τε καὶ ἀδύτων) Sadducaei resurrectionem et proborum et improborum, Phariseorum multi resurrectionem impiorum negabant.

16. ἐν τέρῳ — διαπαντός) *Propter hoc, i. e. propter hanc fiduciam, exerceo me, ut inoffensam habeam conscientiam respectu Dei et omnium omnino hominum.* Ἀπρόσκοπος est is, qui ita uiuit, ut nemo eius uita possit offendi. Quum autem conscientia nostra sit iudicium de nostra uita, quo homines alii offendi non possunt, erit hoc loco intelligenda notio adiuncta probitatis, ut conscientia ἀπρόσκοπος sit conscientia bona, conscientia recte factorum. Ἀσκή, *exerceo*, nempe memetipsum, quod apud Hellenistas saepe subauditur, quia Hebraei saepe pro reciprocis usurpant modo actiua, modo passiuua.

17. δι' ἐτῶν δὲ πλείονων) *Post aliquot annos.* Sic διὰ habemus Gal. II, 1. et alibi. παρεγενόμενον) *Veneram Hierosolyma.* Eleemosynarum perferendarum causa profectus erat Hierosolyma. Non igitur nocere, sed prodesse uoluit. Quod obtulerit uictimas, commemorat ideo, quod haec res occasio tumultus fuit.

18. ἐν οἷς) *In quibus, sc. rebus, studiis.* In quibus dum occupor. ἡγνισμένον) *Abstinentem a uino aliisque rebus, a quibus Nazaraei abstinent.* Supra XXI, 24. 26.

19. τινὲς δὲ) *Si genuinum est δὲ, subaudiendum uideatur εἶδον, uiderunt.* Si omittatur, tunc uerba: τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι, coniungenda sunt cum antecedentibus, nempe cum uerbo εὔρον, u. 18. sensu faciliori.

20. ἢ αὐτοὶ ἔσονται) *Aut hi ipsi, nimirum accusatores mei, de quibus comm. I.* Illud autem ἐπάτωσαν est ex illa causae fiducia, quam reis solet sufficere bona conscientia.

21. ἢ περὶ — ὑμῶν) Nisi hoc crimen esse uolunt, quod palam professus sum, credere me, mortuos a Deo posse resuscitari. Ipse Pontifex M. Ananias Sadducæorum sectæ addiētus fuisse uidetur. Vid. supra XXIII, 6. sqq.

22. ἀκρίβως δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ, ἀνεβάλετο αὐτῆς) Meliores codices habent: ἀνεβάλετο δὲ αὐτῆς ὁ Φῆλιξ, eodem sensu. *Ampliauit eos Felix*, i. e. distulit in aliud tempus causæ huius cognitionem. Loquitur sic Cicero pro *Cæcinnæ* et tertia *Verrina*. Solemnis uox iudicis differentis ulteriorem causæ cognitionem erat: *Amplius*, sc. cognoscendum. ἀκριβέστερον εἰδῶς — καθ' ὑμᾶς) Interponitur hic ἐπιπὼν inter media uerba hoc sensu: *Vbi exactius didicero, quid sit de hac secta, et ubi Lyfias uenerit, causam istam terminabo*. Nempe διαγιώσκειν est *desinire causam*: διὰ enim in compositione sæpe consummationem significat. Statum huius controuersie uidebat Felix, partim esse legalem, partim inficialem. Legalis erat an secta Nazaraena esset contra legem Iudæorum: inficialis, an Paulus concursum, aut tumultum concitasset. De priori audiendi erant complures uiri eruditi, præter accusatores; at de altero testis certus erat ipse *Lyfias*. Quare merito interlocutus est Felix.

23. τηρεῖσθαι — προσέρχεσθαι αὐτῶ) Iussit *asseruari eum, sed liberaliter et laxè asseruari*. Vox ἀνεσις non uinculis tantum, sed et rigidiori custodiæ opponitur. Sic Ioseph. Antiqq. XVIII, 6, 10. de Agrippa post Tiberii excessum non amplius in carcere, sed suis aedibus custodito: φυλακὴ μὲν γὰρ καὶ τήρησις ἦν, μετὰ μόντοι ἀνέσεως τῆς

εἰς τὴν δαίταν. Ἴδιοι h. l. sunt populares, Pauli doctrinae additi, familiares. Ἐπιτηρῆται, necessaria ad uitam superpeditare.

24. παραγευόμενος δ φῆλιξ) Nam exierat ad uxorem arcessendam. σὺν Δρουσίλλῃ — Ἰουδαία) Duas Drusillas Felix uxores habuit; alteram Iudaeam, de qua hic sermo, Agrippae maioris filiam; alteram Romanam, Antonii et Cleopatrae neptem; de qua Tacitus, Hist. Lib. V, c. 9. Quam autem prius secum habuerit, adhuc dubitatur. Graevius ad Sueton. Claud. c. 28. suspicatur, Drusillam Antonii neptem diem obiisse antequam Felix uenerit in Iudaeam, ibi uero duxisse Drusillam Agrippae. Hanc ipsam, Herodis Agrippae maioris filiam, Azizo, Emesorum regi nuptam, nefariis artibus a marito abduxit, sibi uxorem adiciuit; de qua re Iosephus XX, 7, 2. περὶ τῆς εἰς χριστὸν πίστεως) Vt priorem partem sui in hac re officii exsequeretur.

25. ἐμφοβος γενόμενος) Expauesactus; metuens sibi, si res sic se haberet; conscius sibi uitae flagitiosae. Non erat iusti hominis, seruili ingenio, i. e. per omnem saeuitiam ac libidinem exercere ius regium, quod de Felice dicit Tacitus Hist. Lib. V, c. 9. nec erat continentis, a marito nolente uxorem abducere. τὸ νῦν ἔχον πορεύς) In praesentia ut nunc se res habet, abi. Sic Maximus Tyrius Differt. 8 Reffene an contra haec fecerit Socrates, inquirere ἀναδησόμεθα συμπρὸν ἔσσει τὸ νῦν ἔχον, paululum in praesentia differemus. Aristeas de 70. interpr. καταλήξω τὸ νῦν ἔχον, in praesenti finem faciam. Sic et alii. καιρὸν δὲ μεταλαβῶν) Opportunitatem s. tempus opportunum autem

autem παῖς. Sic Polybius L. II, c. 16. μεταλαβόντες δὲ καιρὸν ἀρμόττοντα, *opportunitum uero παῖσι tempus.*

26. ἄμα καὶ — λύση αὐτὸν) Nempe et quia ciuem Romanum esse intellexerat, et principem sectae multorum millium.

27. ἔλαβε — Φῆσον) Ioseph. A. XX, 8, 9. et de B. I. II, 14, 1. idem tradit. *Θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις) Quum uellet gratiam a Iudaeis inire.* Paulo accuratius tamen κατατιθέναι χάριν explicatur: *gratificari alicui, ut mutuum ab eo beneficium expeῖτες, beneficium depositi uice apud aliquem collocare.* Xenoph. *Cyrop.* L. VIII, *Regnum equidem minime admitterem, χάριν δ' ἀνδρὶ ἀγαθῷ καταθέσθαι δεξαίμην ἄν, gratiam uero locare apud uirum bonum admitterem.* Moris erat magistratibus, ut discedentes e prouinciis incolas beneficiis sibi deuincire studerent. Referre uolebant eam ab incolis gratiam, ne accusationibus suis et querelis eos Roman sequerentur; quod nihilominus euitare non potuit Felix. *Iosephus Ant.* XX, 8, 9. Πορεύε δὲ Φῆσος διαδόχῳ Φήλικι πεμφθέντος ὑπὸ Νέρωνος, οἱ πρωτεύοντες τῶν τὴν Καισαρείαν κατοικούντων Ἰουδαίων εἰς τὴν Ῥώμην ἀναβαίνουσι, Φήλικος κατηγοροῦντες. καὶ πάντως ἄν εἴθε δώσει τιμωρίαν τῶν εἰς Ἰουδαίαν ἀδικημάτων, εἰ μὴ πολλὰ αὐτὸν οὐ Νέρων τ' ἀδελφῷ Πάλλαντι παρακαλέσαντι συνεχώρησεν, μάλιζα δὲ τότε διὰ τιμῆς ἔχων ἐκείνον.

CAP. XXV.

1. Φῆσος ἔν ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ) *Quum igitur Festus in prouinciam peruenisset.* Quum Iudaea ex eo prouinciarum genere fuerit, quae a *Procuratoribus* tantum administrarentur,

ei non tam uox ἐπαρχίας, quippe quae amplioris prouinciae appellatio est, quam potius ἐπιτροπής, conuenire uidetur. Sane Iosephus XX, 11, 1. Praefecturam administrationemque Iudaeae ἐπιτροπήν, uocat; accurate sane, et uoce maxime propria. Sed, uti apud Latinos uox *Praefidis* de omnibus in uniuersum prouinciarum Gubernatoribus interdum sumitur; sic apud Graecos ἐπαρχοι et ἐπαρχία de cuiuscunque prouinciae Praefidibus et administratione adhibetur. Sic Iosephus hunc ipsum Festum, quem probe sciebat proprie ἐπίτροπον nominandum esse, tamen ἐπαρχον dicit XX, 8, 11. Notandum est porro, hos Procuratores in Iudaeam fuisse missos post mortem Agrippae Magni, de quo supra c. XII. Quum enim hic esset mortuus, et filium uix septendecim annorum, Agrippam minorem, reliquisset; Claudius, quum, amicorum et libertorum consiliis edoctus, periculosum iudicaret, adolescentulo, qui nondum ex ephebis excessisset, tantae magnitudinis regnum committere, Fadum misit, qui Iudaeae, totiusque regni praefes esset, de qua re Iosephus XIX, 9, 2. de B. I. II, 11, 6. Et quamquam postea Agrippa minor, quum ad imperii maturitatem peruenisset, a Claudio tetrarchiam Philippi, et Batanaeam, una cum Trachonitide et Abila accepisset; tamen Iudaea eius ditioni potestatique non subiecta est, sed a Procuratoribus administrata. Ioseph. XX, 7, 1.

2. ἐνεφάν.σαν — Παύλῳ) Hic quoque ἐμφανίζειν *deferendi accusandi* notionem habet, ut supra c. XXIV, 1. Commate 5. κατηγορεῖν dicitur, quod h. l. ἐμφανίζειν. παρακάλην) In Glossario: παρακαλῶ, oro, obsecro, rogo.

3. αἰτούμενοι — Ἱερουσαλήμ) *Petentes, ut in hoc ipsis gratificaretur, et Paulum accerferet Hierosolyma.* ἐνέδραν — ἰδδν) *Clandestina ficariorum usuri opera.*

4. ἀπεκρίθη — Καισαρεία) *i. e. Bene eum ibi feruari, nec quicquam causae esse, cur transferretur, quum ibi non minus, quam Hierosolymis accusari possit. Romani Praefides non semper in una urbe ius dicebant, sed ubicunque erant. ἰκπορεύεσθαι) Hierosolymis nempe Caesaream.*

5. οἱ δυνατοὶ ἔν ἐν ὑμῖν) *Qui inter vos auctoritate, dignitateque praestant.* Hac notione haec vox quum apud alios Auctores, tum apud Iosephum frequentissime occurrit, e. g. A. XII, 4, 3. κατ' ἔτος δὲ ταῦτα (τέλη) τοῖς δυνατοῖς τῶν ἐν ἑκάσῃ πόλει ἐπίπρασκεν ὁ βασιλεὺς. *Rex cuiusque urbis potentissimis uectigalia uendebat, ubi δυνατοὶ iidem sunt, qui cap. eodem §. 1. dicuntur δε ἐπίσημοι, principes in patria.* Paulo post §. 4. iidem δυνατοὶ dicuntur δε τοῖς ἀξιωμασι ἐν ταῖς πατρίσι διαφέροντες, *qui in patriis suis dignitate ceteris praestant.* Possimus et δυνατός simpliciter exponere τὸς δυναμένους, sc. κατηγορῆσαι, *qui possunt accusare.* uel οἱ δυνατοὶ sunt, οἱ ἄριστα κατηγορῆσαι δοκῶντες, quasi dicat: Turbae confusae uoces nil significant; tollit faciem et formam iudiciorum incondita multitudo: seligantur ergo ceteris instructiores ad accusandi munus obeundum.

6. ἐν αὐτοῖς) Sc. Ἱεροσολύμοις. *ἡμέρας πλείους ἢ δέκα)* Legendum esse uideatur: *ἡμέρας ἢ πλείους ἢ δέκα.* Solemus sic loqui, ubi numerum exacte definiendum notitia aut memoria non suppetit.

7. αἰτιάματα) *Accusationes, criminationes.*

9. *Θέλεις — ἐπ' ἐμῶν*) *Visne, profectus Hierosolymam a synedrio iudicari, me praesente?* Sic ἐπὶ et infra sumitur c. XXVI, 2. Habebat Synedrium iurisdictionem quandam in Iudaeos; sed civitatis Romanae ius validius erat iure synedrii; itaque Paulus, utpote civis Romanus, inuitus cogi non poterat illos agnoscere iudices.

10. *ἐπὶ τῷ ἐσῶς ἐίμι*) *Ad tribunal Caesaris constitutus sum.* Recte tribunal Caesaris uocat id, quod Procurator habebat nomine ac mandato Caesaris. *Ἔμε δὲ κρίνεσθαι*) Nam de ciue Romano praefidum Romanorum erat cognoscere. *Ἰσθαίεις ἔδὲν ἠδίκησα*) Ideo iudicium tuum non reformido, quia certus sum, nihil a me laesos Iudaeos, iniue eos de me queri. *ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις*) Melius nosti scilicet, quam ut opus fit, me ea de re te docere. Scis id ex *Felice*, et ex iis, qui Felici in cognitione adfuerunt.

11. *Ἐδὲς με δύναται ἀντιτῆς χάρισασθαι*) i. e. Nemo me potest Iudaeorum lubidini condonare, in eorumque gratiam condemnare. *Δύναται* hic ad facultatem legitimam refertur. Donat reum inimicis, qui eum ipsorum iudicio tradit. *καίσαρα ἐπικαλεῖμαι*) *Caesarem appello, s. ad Caesarem pro uoco*, si nitaurum me uis synedrio iudicandum tradere quod uidebatur agere *Festus*. Licebat hoc Romanis legibus in tali casu. Nam erat contra leges Romanas ciuem Romanum prouincialibus hominibus iudicandum tradere, et id nolentem.

12. *μετὰ τῷ συμβουλῆς*) *Consultabat cum consilio*, quod constabat ex iis, qui cum praetore erant, an scilicet deferendum

rendum effat in ea re. *καίσαρα — πορεύση*) *Caesarem appellasti*, i. e. quandoquidem ad Caesarem prouocasti, ad Caesarem ibis. Prouocatio non erat simpliciter facta, sed sub conditione; uerum Festus libenter arripiebat occasionem, qua se ab hac molestia et inuidia liberaret.

13. Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς) Agrippa minor, de quo uide annot. ad comma 1. huius capituli. *Βερνίκη*) Est nomen Macedonicum pro *Φερνίκη*. Nam Macedones φ in β mutabant. Sic et *βρύγας* dicebant pro *φρύγας*. Fuit autem haec Berenice huius Agrippae soror. Nupta erat patruo suo, Herodi Agrippae, et post mortem eius *Poiemoni*, Ciliciae Regi; sed infamis fuit ob incestum cum fratre Agrippa. *Ioseph. Ant. XX, 7, 3.* *Βερνίκη δὲ μετὰ τὴν Ἡρώδου τελευταίην, ὅς αὐτῆς ἀνὴρ καὶ θεῖος (patruus) ἐγενόνη, πολὺν χρόνον ἐπιχειρήσασα, Φήμης ἐπισχέσης, ὅτι τὰ δελφῶ συνήει, τίθει Πολέμωνα, Κιλικίας δὲ ἦν ἕτος βασιλεὺς, περιτεμνόμενον ἄγεσθαι πρὸς γάμον αὐτὴν, ἕτως γὰρ ἐλέγχειν, ὡς το ψευδεῖς τὰς διαβολὰς. καὶ ὁ Πολέμων ἐπίσθη μάλιζα διὰ τὸν πλῆτον αὐτῆς. ἢ μὲν ἐπὶ πολὺ συνέμεινεν ὁ γάμος, ἀλλὰ Βερνίκη δι ἀκολασίαν, ὡς ἔφασαν, καταλείπει τὸν πολέμωνα.* *Iuuenalis VI, 155.* *Adamus notissimus, et Berenices in digito factus pretiosior, hunc dedit olim Barbarus, incestae dedit hunc Agrippa sorori etc. Tacitus Hist. II, 81. Regina Berenice — florens aetate formaque, et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. Suetonius in Tito 7. Suspecta in eo (Tito) etiam luxuria erat — nec minus libido propter insignem reginae Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur — Berenicen statim ab urbe dimisit, inuitus inuitam. Iosephus in libris quidem de bello Iudaico, quos uiuo et uidente*

dente Agrippa scripsit, honorificam semper Agrippae mentionem facit, eiusque pietatem in Deum et patriam, et studium legis laudat; in libris uero antiquitatum, qui eodem iam mortuo scripti editique fuerunt, tanquam luxuriosum, incestum, impium in legem et templum lacerare non est ueritus. A. XX, 8. II.

14. τῷ βασιλεῖ — τὸν Παῦλον) *Retulit ad Regem ea quae ad Paulum spectabant.* Ἀνατίθεσθαι non solum notat referre, enarrare, (ut apud Plutarch. in narrat. amator. τὴν πράξιν ἀνείθετο τῶν ἐταίρων τιδν, rem nonnullis e sociis suis exposuit,) sed etiam imponere, committere, tradere. Sic Aristoph. in nubib. act. 5. scer. 2. *O nubes, haec ego uestri caussa fero mala, ὑμῖν ἀναθεῖς ἅπαντα τὰ μὰ πράγματα, dum uobis omnia mea commisi negotia.* Festus igitur hanc litem Agrippae non solum enarravit, sed et in eius ueluti iudicis comperentis humeros quodammodo transtulit, ut nimirum suis consiliis in re ipsi, tanquam Iudaeo, notiore, et magis ad ipsum pertinente, Festum inuaret. u. 26. 27.

15. δίκην) i. e. ἐκδίκησιν, *supplicium, iuris executionem.* Alii legunt καταδίκην, damnationem, sententiam mortis.

16. ἔτι εἰς ἔθνος Ῥωμαίους) Romanae (inquit) ciuilitatis non est, sed barbaricae feritatis. χαρίζεσθαι — ἀπώλειαν) *condonare aliquem in perniciem, i. e. condemnare aliquem in alterius fauorem.* τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τῆ ἐγκλήματος). Ex latino sermone formata locutio: *Antequam locum respondendi, i. e. facultatem, potestatem acceperit, uel: antequam copia ei data fuerit, causae pro se dicen-*

dicendae, uel defendendi illatum crimen. *Nec enim prohibendus reus quominus cuncta proferat, quibus innocentia eius subleuari possit*, ut apud Tacit. Annal. II. Rescript. Seueri et Antonini XLVIII. 17. I. 1. D. de requis. uel obs. Damn. et hoc iure utimur, ne absentes damnentur, neque enim inaudita causa quemquam damnari aequitatis ratio patitur. *Dionysius Hal.* VII, 53.

17. ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος) *Nullam moram interponens*. Sic. Thucyd. II, 42. ἀναβολὴν τῷ δεινῷ ἐποίησατο. *Plutarch.* Camill. ἔγνω μὴ ποιεῖσθαι τῆς τιμωρίας ἀναβολὴν. ἐκέλευσα — ἄνδρα) *Vulg: adduci hominem, i. e. induci.* Ἀχθῆναι pro εἰσαχθῆναι.

18. ἕδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον, ἧν ὑπενόουν ἐγώ) *Nullum crimen detulerunt ex eorum genere, de quibus ipse suspicabar*, nimirum delicti capitalis aut maleficii. Phrasis αἰτίαν ἐπιφέρειν, *accusationem afferre, crimen deferre, criminari*, satis frequens est. Sic Demosthenes in *Neaeram* ἐπενέγκας αὐτῷ αἰτίαν ψευδῆ, *crimen fictum contra illum afferens*. Paulo post: ψευδῆ αἰτίαν ἐπιφέρων. Sic et alii.

19. δεισιδαιμονίας). *Religione*. Vocabulum μέσον, in bonam partem, sed saepius in malam adhibetur. Sic apud *Ioseph.* in Decretis Asiaticis pro Iudaeis, a *Iac. Gronouio* collectis: δεισιδαιμονίας ἕνεκα στρατίας ἀπέλυσα, *religionis causa Iudaeis ueniam militiae concessi*. Cf. Ant. X, 3, 2. Quia Agrippa ipse erat Iudaeus, sine offensione non potuisset religionem Iudaicam uocare *superstitionem Festus*.

20. ἀπορρέμενος — ζήτησιν) *Quum ego in rei istius inquisitione haererem*, ignarus scilicet disputationum, quae sunt

funt inter Iudaeos, et ex quibus normis eae fint diiudicandae. Ἀπορέσθαι significationem habet inopiae confilii, et omnium rerum, in Or. Demosth. in Timoth. πανταχόθεν ἀπορέμενος.

21. τῷ δὲ Παύλῳ — διάγνωσιν) *Quum autem Paulus in hoc appellaret, ut Caesaris cognitioni seruarietur.* Est ellipsis: τηρηθῆναι, pro: εἰς τὸ τηρηθῆναι. Ὁ Σεβαστὸς, proprie *Venerandus*, adorandus, est cognomen Imperatoris Romani *Augustus*. Inde ab Augusto, qui primus assumpsit, sequentes Imperatores hoc cognomen retinuerunt.

22. ἐβυλόμην — ἀκῦσαι) Curiositate ducebatur, quali olim Herodes, Luc. XXIII, 8.

23. μετὰ πολλῆς φαντασίας) *Cum magna magnificentiae splendorisque ostentatione.* Diodor. Sic. XII, 83. δι μὲν Ἀιγυπτίῳι χρημάτων πλῆθος ἐπέδειξαν, τὰ μὲν δικόθεν, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἀσυγγετόνων χρησάμενοι, φαντασίας ἔνεκεν. Suidas. δι δὲ Ῥωμαῖοι μετὰ μεγάλης φαντασίας καὶ συμπαθείας τῷ δήμῳ προήγον ἐπὶ τὰς πράξεις. *Sopater*: κομπικῶς καὶ μετὰ πολλῆς φαντασίας. Sic apparent Agrippas et Berenice in eadem urbe, in qua pater ipsorum a uermibus corrosus ob superbiam perierat. ἀκροατήριον) Graeca uox facta ad exemplum Latinae. Est enim in iure Romano frequens hoc sensu uox auditorii. *Audienz-zimmer.* καὶ ἀνδράσι — πύλωνος) *Caesareensium primis.* Τοῖς κατ' ἐξοχὴν ἔσι, iis, qui in *excellencia erant*, i. e. praestantibus dignitate.

14. δι συμπρόντες ὑμῶς ἄνδρες) *Vos qui una hic adessis.* ἐνέτυχόν μοι) *Mecum egerunt, interpellarunt me.* Sic Philo I. de uita Moysis. *Moses ἐνετύγχανεν ὡφθαλμῶς τῷ θεῷ*

Ἐφ' ἵνα ἐξ ἀμηχάνων βύσῃται συμφορῶν, *supplex clam Deum adibat, ut eos a desperatis rebus eriperet.* Hesychius:

Ἐντευσις. ἀπάντησις κατὰ τῶν πλημμελεσάντων. δεήσις εἰς ἐκδίκησιν.

26. γράψαι τῷ κυρίῳ) Domini nomen, tanquam Deo proprium, ab *Augusto* et *Tiberio* recusatum, posteriores Imperatores receperunt. *Plinius* in Epist. Traianum οὐσθαγίεσ Dominum appellat. *Sueton.* August. 53. *Domini* appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit. *Tiber.* 27. *Dominus* appellatus a quodam denunciauit, ne se amplius contumeliae causa nominaret. De litteris ab eo, a quo appellatum est, iudice dandis locus est in Digestis, Lib. XLIX. 6. D. de libellis Dimissoriis: Post appellationem interpositam litterae dandae sunt ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quem alium, quas litteras dimissorias siue Apostolos appellant. Sensus autem litterarum talis est, appellasse puta *L. Titium* a sententia illius, quae inter illos dicta est. Ἐπις τῆς ἀνακρίσεως γενομένης) Ἀνάκρισις hic est praeuia quaedam inquisitio, non iudicandi, sed iudicis edocendi causa. Sumitur eodem sensu a *Marciano*. L. *Diuus Adrianus* D. de custodia et exhibitione reorum; c. 2. *Nouella* de his, qui Eunuchos faciunt.

27. ἀλογον) *Absurdum*, carens ratione, sicut ἔυλογον consentaneum et aptum. μή καὶ τὰς — σημεῖαι) *Et non significare litteris crimina ipsi obiecta.* Vt aliquid certi exploratique possit scribere, uult praesente rege *Agrippa*, Iudaicarum legum ac quaestionum non ignaro, audire,

quid illud esset, de Iesu Nazareno, quod ei pro crimine obiiiciebatur.

CAP. XXVI.

1. **Ε**κτείνας τὴν χεῖρα) Vt solent dicturi. Polyænus IV. ἀνέτεινε τὴν δεξιὰν ὡς δημηγορήσων. Apuleius Met. II. Porrigit dextram, et instar Oratorum conformat articulum: duobusque infimis conclusis digitis ceteros eminentes porrigit.

2. ἐπὶ σοῦ) Te præsente. Non enim iudex erat Agrippa. Supra XXV, 9.

3. μάλιχα γνώσῃν ὄντα σε) Accusatiuus γνώσῃν ὄντα σε, qui cum præcedenti genitiuo ἐπὶ σοῦ male cohaerere uideatur, absolute ponitur pro genitiuo consequentiae, γνώσῃς ὄντος σε. Fit hoc inprimis uocula ὡς præmissâ imo et alias. Sic Pausanias in Messen. f. L. IV. Διαβάντα δὲ τέτρως, τεδίου ἐς τὸν ὀνομαζόμενον Στενυκληρικὸν, ἴ quis amnes illos transferit, campî se ostendunt, qui Stenyclerici uocantur; ubi διαβάντα ponitur pro διαβάντος δὲ τινος.

4. τὴν μὲν ἔν — γενομένην) Vitam igitur meam, quae ab adolescentia, quae ab initio erat, i. e. ab ineunte adolescentia. Τὴν μὲν ἔν βίωσίν με, i. e. (ut ille apud Lucianum in Cataplo,) οἶόν τινα τρόπον ἐβίωσα. Vitae uictusque consuetudinem Cicero in Familiaribus uocat. Οὐδὲν facit accessum ad tractationem: μὲν, non sequente δὲ, mollit fermonem.

5. ἀνωθεν) Vel, a superiore aetatis ineuntis tempore
nel ab origine et serie generis mei. κατὰ τὴν ἀκριβεστά-

την — Φαρισαῖος) *Secundum exquisitissimam sectam nostrae religionis etc.* Φρησκειά significat religionem, cultum diuinum et cerimonias. Iosephus de B. I. II, 8. 14. Φαρισαῖοι μὲν οἱ δοκῶντες μετὰ ἀκριβείας ἐξηγῆσθαι τὰ νόμιμα. Vit. 38. τῆς τῶν Φαρισαίων αἰρέσεως, οἱ περὶ τὰ πάτρια νόμιμα δοκῶσι τῶν ἄλλων ἀκριβείᾳ διαφέρειν.

6. ἐπ' ἐλπίδι — γενομένης) *Propter spem felicitatis, maioribus nostris a Deo promissae.* Ἐπαγγελία, *promissa felicitas.* Intelligit spem resurrectionis et uitae aeternae, quae certior et firmior est facta per resurrectionem Iesu Nazareni, ueri Messiae. Nam Pharisei sperabant quidem resurrectionem mortuorum, sed dubia erat persuasio. Per Christum nobis data est fides certissima resurrectionis nostrae, et uitae aeternae.

7. εἰς ἡν — κατανηῆσαι) *Quam felicitatem tota gens nostra, perpetuo et indefesso studio Deum colens, se consecuturam esse sperat.* Ἐἰς ἡν, sc. ἐπαγγελίαν. Δωδεκάφυλον, *duodecim tribuum populus,* Iudaicus nimirum. Graeca libertate nouam uocem finxit Lucas, concinne admodum. Ἐν ἐκτενείᾳ, *indefesso studio.* Κατανηῆσαι εἰς τι, *ad aliquid peruenire; consequi aliquid.* Historice tantum Paulus haec commemorat, bene gnarus, Iudaeos sacrificiis et rituum obseruatione non posse consequi felicitatem a Deo per Messiam promissam.

9. ἐγὼ μὲν εἶν — πράξα) *Putavi equidem mihi necesse esse, ut nomini (uel religioni) Iesu Nazareni in multis aduersarer, s. multa aduersa agerem.* Sic phrasin usurpat Demosthenes de fals. legat. καὶ παρὰ ταύτην ἀποδημίαν πάν-

τα ταναντία ἔπραττον τῆτοις, et in hac profectioe illis per omnia fui aduersatus. Ὀνομα h. l. est cultus, religio.

ΙΟ. κατήνευκα ψῆφον) Sententiam dixi, s. suffragium tuli, i. e. approbaui assentiendo caedes illorum.

ΙΙ. τιμωρῶν αὐτῆς) i. e. κολάζων, puniens, afficiens supplicio. Nam τιμωρῶν et τιμωρῆμενος, cum accusatio casu, poenae et supplicii significationem habet, ut in Oreste Euripidis: *καλαμῆδης σε τιμωρῶν φόνε, poenas exigens abs te ob caedem Palamedis.* Cum Datio eadem uerba habent auxilii et ultionis significationem. Hippocrates: *τιμωρέσας τῷ παθήματι, subuenientes et opitulantes malo.* ἠνάγκαζον βλασφημεῖν) His uerbis Paulus ait, se suppliciorum atrocitate coëgisse pios, ut ueritatem negando, oratione uterentur contumeliosa in Deum atque turpi; uel: coëgi, inquit, illos, maledicere Christo, id quod postea quoque crudelitas inimicorum Christiani nominis facere consueuit. *Plinius Ep. X, 97. Quum praeunte me Deos appellarent, et imagini tuae thure ac uino supplicarent; praeterea maledicerent Christo, quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt reuera Christiani.* περισσῶς τε ἐμμανόμενος αὐτοῖς) *Supra modum in eos uelut furore accensus;* nam de furioso admodum impetu haec recte accipi possunt, quia de istiusmodi consiliis et actionibus commotionis inconsideratae et impotentis et effrenatae, Graeci uerbo *μαίνεσθαι*, et Latini *insanire*, usi sunt, e. g. *Insanire libet quoniam tibi.*

12. ἐν οἷς, sc. ἔργοις, πράγμασι. *Dum haec ita fiunt.*

14. σκληρὸν σοι — λακτίζειν) *Durum tibi erit, aduersus stimulos calcitrare*; i. e. magno tuo damno fiet, si mihi diutius repugnaueris. Male tibi cessura est tua pertinacia. Prouerbiū desumptum a bobus aduersus stimulos, quibus aguntur, calcitrantibus, atque ita se ipsos magis laedentibus. Fuit autem κέντρον nihil aliud, quam pertica, cum cuspidē acuta. Prouerbiū hoc *de his, qui res sibi male cessuras moliantur*, ad Iudaeos a Graecis uenerat. *Aeschylus* Agamemn. 1633. πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πήσας μογῆς. Idem in Prometheo: ἕκὼν ἐμοίγε χρώμενος διδασκάλω πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτανεῖς. *Schol.* πρὸς κέντρα κῶλον ἐκταίνει ὁ βῆς, λακτίζει δὲ κεντῆμενος ὑπὸ κέντρον, ὡς λακτίζει πρὸς κέντρον, καὶ τὸ κῶλον ἀμάσσει. ὁ γὰρ πρὸς κέντρα λακτίζων τὰς ἰδίους πόδας ἀμάσσει. Φησὶν ἔν. εἰάν μοι μὴ πεισθῆς, βλάψεις σεαυτὸν. *Terrent.* Phorm. I, 2. 28. *Nam quae inscitia est, aduersum stimulum calces?*

16. προχειρίσασθαι — ἐφθῆσομαί σοι) *Vt te eligerem uel designarem ministrum atque doctorem eorum quae uidisti, et quae tibi manifestabo.* προχειρίσασθαι σε, i. e. ἵνα σε προχειρίσω. De significatione huius uerbi cf. supra XXII, 14. Usitata Graecis forma orationis est in uerbis: ὦν τε εἶδες, ὦν τε ἐφθῆσομαί σοι, postpositiuo articulo congruente cum prioribus: *Eorum quae uidisti, et de quibus siue ad quae tibi apparebo*, siue exhibebo me conspiciendum. Posses etiam supplere: ὦν χάριν τε ἐφθῆσομαί σοι, *propter quae tibi apparebo*, sc. uoluntatem meam tibi manifestaturus. Saepe enim de multis Paulus fuit admonitus uis quibusdam. Sensus est: *Eligo atque designo te Apostolum.*

17. ἐξαιρέμενος — ἀποσέλλω) *Exempturus te manibus populi huius et gentium, ad quas te nunc mitto.* Ἐξαιρεῖσθαι nonnulli explicant ἐκλέγειν. Sed Hesychius recte: ἐξαιρέμενος. ἀποκλιζόμενος, ρυόμενος. Subinde enim hoc uerbum permutatur cum ῥύεσθαι, e. g. Pf. CXLIII, 8. Hanc significationem contextus hic postulat.

18. ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν) i. e. ut ad cognitionem ueritatis salutaris eos perducas. Oculi mentis aperiuntur, quum id, quod rectum, uerum, et nobis salutare est, cognoscimus. ἀπὸ σκοτίας εἰς φῶς) Ab ignorantiae et uitiorum tenebris ad sapientiae uerae lumen atque uirtutis studium Ἡ ἐξουσία τῷ σατανᾷ, regnum Satanae, imperium exercentis in homines per superstitionem et ignorantiam rerum diuinarum, quae ualde crassa fuit apud idololatrias. Cf. Col. I, 13. seqq. κλήρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις) Aeternam felicitatem cum omnibus uere piis. Ἐν pro *inter*, ut saepe.

22. ἐπικυρίας ἔν τυχῶν τῆς παρὰ τῷ θεῷ) *Diuino igitur adiutus auxilio.* Polybius L. I, c. 10. μὴ τυχόντων ἐπικυρίας τῶν Μαμερτίνων, *nisi Mamertinis auxilium feratur.* Ammonius: ἐπικυροὶ εἰσιν οἱ τοῖς πολεμικμένοις βοηθῶντες, καὶ συλλαμβανόμενοι. ἕστηκα) *Sum incolumis, in statu permansi pristino.* Vox haec h. l. respicit ad τὸ διαχειρισθῆσθαι u. 21. cui Apostolus opponit, se ope diuina adhuc *in uiuis esse*, imo se etiam *prorsus illaesum esse.* Opponitur ἵσασθαι, *in statu suo conseruari τῷ πίπτειν, e statu pristino deturbari.* μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ) *Instituens omnis generis et ordinis homines.* Genus loquendi hebraicum.

23. εἰ παθητὸς ὁ χριστός) *Christum debuisse pati.* Ἐε pro ἔτι, sicut supra u. 8. et παθητὸς pro eo, qui debebat pati,

pati, ut apparet ex Luc. XXIV, 26. Alibi haec uox non reperitur hac forma Adiectiui; sed ex re concluditur, hanc h. l. ueram esse significationem. Nam Paulus tradit euentum naticiniorum; unde patet, *παθῆναι* esse eum, qui reuera passus sit. *ἔκ πρώτου* — *ἔθνεσι*) *Et primum fuisse, qui post resurrectionem, uel ab eo tempore, quo ex mortuis resurrexit, annuntiaturus esset doctrinam ad salutem populo suo et ceteris gentibus, nimirum per Apostolos.* *Ἐκ, a.* Temporis, ut Matth. XIX, 12. Rom. I, 4. Luc. VIII, 27. Paulus uero eam ob causam praecipue inuisus Iudaeis, quod gentibus etiam Euangelium secundum Christi uoluntatem praedicaret. Quare is omnino mihi sensus uerus esse uidetur. Possunt tamen uerba *πρῶτος ἐκ ἀναστάσεως νεκρῶν* etiam sic uerti: *Primus inter hos, qui ex mortuis in uitam redeunt, primus scilicet ordine et tempore; nemo enim ante Christum tam solenni et singulari modo in uitam rediit; deinde etiam primus dignitate; nam per reditum in uitam declaratus est dominus generis humani, et fecit nobis spem, nos quoque in uitam esse redituros.* Hic ergo post reditum in uitam Iudaeis et Paganis misit nuncios felicitatis. *Lux* est doctrina ad salutem Ies. XLII, 6. *felicitas.*

24. *μαίνη Παῦλε*) Plebis et illitteratorum hominum uulgaris apud ueteres erat opinio, eos qui sapientiae et litteris nimiam impenderent industriam, mente motos insanire. Serio ita censebant Abderitani, qui, quum Democritum suum ad singula ridentem, ob sapientiam nimiam mente captum esse crederent, Hippocratis opem implorabant, ut patet ex epistola ad Hippocratem, in huius Operibus Sect. 8. Ibi-

dem in epistola quadam refert Hippocrates de ciuibus suis dixisse Democritum: δυσαρεσύνονται γὰρ ὑπ' ἀκρασίας ἄτασι, καὶ μακρὴν τὴν σοφίην νομίζουσιν.

25. ἀλλ' ἀληθείας — ἀποφθέγγομαι) Proloquor ea, quae sunt uera, sana, salutaria, sobria. Vel: profero haec uere et modeste. σωφροσύνη, de animi sanitate.

26. ἐπίσταται — ὁ βασιλεὺς) De miraculis factis per Iesum et discipulos eius. λαμβάνειν — ἴδεν) *Habeo persuasum, nihil horum ipsum ignorare quicquam.* Nihil enim in angulo, i. e. occulte et clam gestum est horum. Significat ea quae designarint Iudaei, non tantum ad Iesum Christum, sed etiam ad sese pertinentia. Quum in nomine σωφροσύνης sanae mentis significatio sit, refutatur scilicet obiectae uesaniae uitium.

28. ἐν ὀλίγῳ — γενέσθαι) *Parum abest, quin mihi persuadeas ut fiam Christianus.* Locutio bene graeca. Nam et Plato dixit in Apologet. ἔγνω ἄν καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τῆτο, prope idem de poëtis cognoui. Ironice ita locutum esse Agrippam, *Pricaeus* putat, q. d. Christianum me fieri nimis cito uis; tantilli spatii non est opus, a patrio me ad tuum cultum transire. Sed Pauli responsio suadet, ut serio haec ab Agrippa dicta esse credamus.

29. εὐχαίμην ἄν τῷ θεῷ) *Deum precor.* *Ευχασθαι θεῷ primario significat *uota Deo facere, s. nuncupare.* Quum uero cum factis uotis preces ad Deos emissae iunctae esse solerent, hinc factum est, ut εὐχασθαι θεῷ s. θεοῖς simul significet: *precibus a Deo aliquid expetere.* Occurrit cum Datio et sequenti Infnit. apud Demosthenem adu. *Leptin.*
εὐχομαι

ἐυχόμεαι τοῖς θεοῖς, μάλιστα μὲν ἡμῖν χρήματα πολλὰ γενέσθαι,
Deos precor, ut imprimis aerarium habeamus locuples.
 ἐν δλίῳ καὶ ἐν πολλῷ) i. e. non propemodum tantum, sed
plane. Ideo addit ἐν πολλῷ, quia alter ἐν δλίῳ dixerat.
 Seruat enim idem dicendi genus. δοῖος — τῶτων) Omnia
 illis opto, quae in me sunt, praeter incommoda. Vincula
 autem uocat, custodias sibi circumdatas.

30. καὶ δι' συναθήμενοι αὐτοῖς) *et affeffores eorum,* nempe
 Chiliarchi et praestantes dignitate uiri, c. XXV, 23.

31. ἀναχωρήσαντες) In suas domos se recipientes, uel
 potius in cubiculum aliquod tribunali adiunctum. πράσσει)
Agit, de uitae instituto.

32. εἰ μὴ ἐπεκέλητο Καίσαρα) Nam appellatione pote-
 stas iudicis, a quo appellatum est, cessare incipit ad absol-
 uendum non minus, quam ad condemnandum. Crimina enim
 integra seruanda sunt cognitioni superioris.

CAP. XXVII.

1. Παρεδίδον τῶν τε Παύλων) Nempe Festus, et qui ab eo id
 mandatum acceperant. Frequens est apud Hebraeos subau-
 dire Nominatiuum uerbo congruentem. στέρης Σεβασῆς)
Cohortis Augustae. Supra c. X, 1. *Claudianus* de Bello
 Gild. *Diēaque ab Augusto Legio. Tacit. Annal. XIV, 15.*
ad annum. Iul. 104. Tumque primum conscripti sunt equi-
tes Romani, cognomento Augustanorum, aetate ac robore
conspicui, et pars ingenio procaces, alii in spe potentiae.
Sueton. Ner. 20.

2. πλοῖω Ἀδραμυττῆνω) Multae sunt urbes dictae Ἀδράμυττες, Ἀδράμυττα, Ἀτράμυττος. Celeberrima omnium est urbs Africae maritima, quam hic indicari censet *Hieronymus*. Nauis haec uidetur Africanas merces in Syriam, deinde Syriacas in Lyciam deportasse. μέλλοντες πλεῖν τὸς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους) Pro μέλλοντες alii Codices habent μέλλοντι. Ab Africa ueniebat nauis, legebat oram Asiae, et urbes quasdam maritimas negotiorum suorum causa adibat. Πλεῖν τόπους, quomodo Virgilius: *Tyrrhenum nauigat aequor. ὄντος — Θεσσαλονικέως*) Hic *Aristarchus*, Christianus factus, Paulum ex Macedonia in Iudaeam usque comitatus fuerat; supra XIX, 29. XX, 4. Idem Paulum iam custodiae datum ex amore in ipsum et ueritatem comitari sponte uoluit, Romaeque primum adiutor eius, Philem. 24. deinde uinculorum particeps fuit, Col. IV, 10.

3. ἐπέτρεψε — τυχεῖν) i. e. πορεύεσθαι ἵνα ἐπιμελείας τύχη. *Permisit ei, ut ad amicos accedens frueretur eorum cura et beneuolentia.* Quamquam Paulus captiuus erat, tamen Iulius ea humanitate in eum usus est, ut ei permetteret in urbem abire, et inuisere amicos, quorum hospitio exciperetur et beneuolentia frueretur.

4. ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον) *Praeteruexi sumus Cyprum.* Si uentus fauisset, alto se commisissent, et Cyprum ad dextram partem reliquissent, ut Aëtor. XXI, 3. nunc autem coguntur legere littus Ciliciae, inter Cyprum et Asiam, u. 7. Vbi nauis uento contrario cogitur a recto cursu recedere, ita ut tunc insula sit interposita inter uentum et nauem, dicitur *ferri infra insulam.*

5. πέλαγος) *Altum mare, quod procul a terra est.*

6. πλοῦν Ἀλεξανδρίνου) *Multae naues ex Alexandria Italiam petebant, aduehebantque frumentum ab Aegypto, et Perficas Indicasque merces. Appellabant autem plerumque Puteolos; Seneca Epist. 77. Sueton. Aug. 98. Ner. 45. Naues Alexandrinae solebant alto se committentes recto cursu in Italiam tendere: sed si per tempestatem nauigatio minus erat tuta, nonnunquam ad Syriae oram traiciebant, et superata Cypro, praeteruectisque Cilicia et Pamphylia, per mare Graecum Italiam petebant. Socrates H. E. II, 24. Sozom. VI, 25. Athanasius a. 349. Roma Alexandriam repetens, appellit Antiochiae in Syria, inde per Laodiceam, Hierosolymam, et Pelusium Aegyptum intrat. ἐνεβίβασεν) *Imposuit.* Thucyd. I, 53. ἔδοξεν ἔν αυτοῖς, ἀνδρας εἰς κελήτιον ἰμβιβάσαντας — προπέμψαι τοῖς Ἀθηναίοις.*

7. βραδυπλοῦντες) *Non ob oneris magnitudinem, ut accepit Syrus: sed ob uentos aduersos, (u. 4.) et spatium tantillum maris tot diebus emensum. τὸν Κνίδου) Cariae obiectam, et Veneris simulacro ac cultu nobilem. μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τῆ ἀνέμου) Non finente uento, nempe nos tenere rectum cursum. Σαλμώνην) *Mela: Ingens et C. quondam urbibus habitata Crete, ad orientem promontorium Salmonium. Hodie: capo Salomon.**

8. μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτήν) *Quum difficulter eum locum praeternauigassemus. Μόλις difficultatem saepe significat; παραλέγεσθαι, uox nautica, hic et infra u. 13. est praeteruehi. εἰς τόπον — Λακεία) In locum quem uocabant bellos portus, cui uicina erat urbs Laeaea, uel quem admodum alibi scribitur, Lucaea. Stephanus: καλή ἀκτή,*

τόλις

πόλις κρητῶν. Locus adhuc hodie in Creta nomen retinet
calos limenas.

9. οὗτος ἤδη ἐπισφαλῆς τῆ κλοδῶ) *Quum periculosa iam esset nauigatio.* διὰ τὸ — παρεληλυθέναι) Per τὴν νησιείαν intelligendum est *ieiunium magnum s. publicum*, quod agebatur die magno expiationis qui in X. Tisri incidebat. Post illud tempus, mense nimirum Tobri, nauigatio incerta est, et discrimini propior. Vegetius de re milit. V, 9. Hoc ieiunium νησιεία simpliciter dicitur etiam apud Philonem L. II. de uita Mos. p. 657. C.

10. θεωρῶ — τὸν κλέν) *Prospicio inter saeuarum procellarum uim et cum iactura non solum mercium et nauis, sed uitae quoque omnium futuram esse nauigationem.* Nam ὕβρις h. l. est uis atque saeuitia procellarum atque tempestatis. *Horat Carm. I. 4. Ventis debes ludibrium.*

11. τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ) Κυβερνήτης est, qui nauem gubernaculo regit. Ναύκληρος uero in *Glossario* recte uertitur *naucularius*, dominus nauis. *Plutarch. praec. Polit. ναύτως μὲν ἐκλέγεται κυβερνήτης, καὶ κυβερνήτην ναύκληρος.* *Artemidor. I, 37. ἀρχεὶ δὲ — πρῶτος δὲ κυβερνήτης, κυβερνήτης δὲ δὲ ναύκληρος.* His, ut in arte sua uersantibus, Centurio hic auscultandum censuit: Pauli tanquam inepta suggerentis uerba, furda aure praeteriuit.

12. ἀνεύθετος — παραχειμασίαν) *Quum portus ille haud satis idoneus esset ad hiemationem.* Sicut εὐθετος est idoneus, ita ἀνεύθετος, non idoneus, incommodus. Hesych. ἀνεύθετος, ἀχρήστῃ. ἔθεντο βελήν) *Consultarunt, ad deliberandum proposuerunt, uel facta consultatione decreuerunt.*
Plutarch.

Plutarch. in Caesare : βελὴν δὲ θέμενοι διεκριθῆσαν, *capto uero consilio discesserunt.* βλέποντα κατὰ Λίβα) *Spectantem ad Africum.* ἀφ, latine *Africus*, fiat ab occasu brumali. κατὰ κατὰ χῶρον) χῶρος uox est non graeca origine, sed latina, *Chorus.* Fiat ab occasu aestiuo, aut, ut alii uolunt, solstitiali. Nordwestwind. Portus ergo iste in angulo situs duo mari uentisque diuersis obiciebat cornua.

13. ὑποπνεύσαντος) Ἵπδ saepe in compositione rem imminuit. Itaque ὑποπνεῖν est *leniter flare.* δόξαντες τῆς προθέσεως κερρατημέναι) *Nautae scilicet.* Κρατεῖν προθέσεως est uoto potiri. Id ideo existimabant, quia Australe Cretae littus legere uolentibus *Auster* obtigerat. ἄραντες) *Quum soluisset,* sc. nauim. ἄρειν et ἀκαίρειν dicuntur, *tam qui mari nauigant, quam qui terra iter faciunt.* Ioseph. A. III, 1, 3. XI, 11, 1. et apud Philonem saepe. ἄσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην) *Propius praeternauigabant Cretam.* ἄσσον nec nomen proprium est, nec uox poetica. Ioseph. A. I, 20, 1. de Iacobo : τὸς μὲν πρῶ-πεμπε, τὸς δὲ λειπομένους ἄσσον ἐκέλευσεν ἀκολεθεῖν, *proxime sequi se iubet.*

14. ἄνεμος τυφωνικός) *Ventus procellosus.* *Pollux :* ἄνεμος βίαιος, σκληρὸς τυφῶν. Est autem τυφῶν et τυφῶς, ut Grammaticis placet *περισπωμένως*, habetque significationem *incendii*; et κατ' εἰδωλοποιίαν ingentem quendam atque celestibus quoque infestum daemonem hunc Poetae fecerunt, qui et τυφάων et τηφωσύς. *Etymol.* Τυφῶν παρὰ τὸ τύφω, τὸ καίω, τυφῶν γὰρ ἔστιν ἢ τῷ ἀνέμῳ σφοδρὰ πνοή, ὃς καὶ εὐροκλύδων καλεῖται. *PLINIUS* de repentinis flatibus *Hist. Nat.* II, 49. *Sin uero depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne,*
hoc

hoc est sine fulmine uerticem faciunt, qui ΤΥΡΗΘΝ uocatur, i. e. uibratus ecnephas. Defert hic secum aliquid abruptum e nube gelida conuoluens, uersansque, et ruinam suo illo pondere aggrauans, et locum ex loco mutans rapida uertigine : praecipua nauigantium pestis, non antennas modo, uerum ipsa nauigia contorta frangens. εὐροκλύδων
Eurus procellas ciens, et fluctus commouens. Dicitur quidem Euroκλύδης, et Euroauster, sed etiam Leuconotus. Seneca Q. N. V. 16. ab oriente hiberno Eurus exit, quem nostri uocauere *Vulturum*.

15. συναρπασθέντος — ἀντοφθαλμῶν τῷ ἀνέμῳ) *Quum autem correpta, i. e. circumacta uel circumtorta esset nauis procellae uis, nec posset resistere uento.* Artemidorus, II, 2. χειμῶνι βιάσῳ τῆς νεῶς συρχεθείσης dixit. Ἀντοφθαλμῶν proprie notat *audacter aspicere, contra tueri*; per metaphoram autem *obniti, resistere.* Iosephus pro eo habet ἀντιβλέπειν, A. VI, 6, 2. οἷς παθήμασιν ἐκέτι ἦν ἀντιβλέψαι, quibus malis resistere non poterat. ἐπιδόντες ἐφερόμεθα) *Permittentes nos sc. uento, (suppl. ἑαυτῆς) ferebamur.* Vel secundum alias : *Ventis nauem concedentes.* Plutarchus de malignit. Herod. τῷ φέροντι προσωτάτῳ τῆς Ἀττικῆς ἀνέμῳ παραδόντες αὐτοῖς, uento se permittentes, qui ipsos quam longissime ab Attica prouheret. Ἐφερόμεθα, proprium in hac re uerbum. Graeci dicunt φέρεσθαι κατὰ κῆμα καὶ ἄνεμον.

16 νῆσιον δὲ τι ὑποδραμόντις) *Quum prope insulam uenissetus.* Κλαύδιον) Hierocles Synecd. ἐπαρχία Κρήτης — νῆσος Κλαύδος. Ptolemaeus III, 7. νῆσον δὲ παράκεινται τῇ Κρήτῃ,

Κρήτη, ἢ τε Κλαύδος, ἐν ἡ πόλις. Mela II, 7. hanc infu-
lam uocat *Gaudos*.

17. βοηθείας ἐχρῶντο) *Adiumentis utebantur*. *Adiu-*
menta hic uocantur adminicula illa, quibus naui periclitanti
succurritur, qualia h. l. sunt *cinctura nauis et dimissio τῶ*
σκεύος. ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον) *Naues funibus utrinque*
sub fundum adductis et utraque earum latera adstringenti-
bus contra uentorum et fluctuum uim munire uoluerunt
Veteres. *Polybius* Leg. 64. μ. ναῦς συμβελεύσας τοῖς Ῥοδίοις
ὑποζωννύειν. *Hesychius*: ζωνεῦματα, ὑποζώματα, σχοινία
κατὰ μέσον, τὴν ναῦν δεσμευόμενα. *Theognis* 513, Νηὸς τοι
πλευρῆσιν ὑπὸ ζυγὰ θήσομεν ἡμεῖς κλεαρῖθ' οἳ ἔχομεν. μὴ εἰς
τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι) *Ne nauis una cum ipsis impingeretur*
in Syrtim. Sic uocantur omnia loca uadosa a duobus in
Africa arenosis sinibus dictis hoc nomine. *SALLUSTIUS*:
inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. *Nam duo*
sunt finus prope in extrema Africa, impares magnitudine,
pari natura: quorum proximae terrae praealta sunt, ce-
tera, uti fors tulit, alta, alia in tempestate uadosa. *Nam*
ubi mare magnum esse et saeuire uentis coepit, limum are-
namque et saxa ingentia fluctus trahunt; ita facies loco-
rum cum uentis simul mutatur. *Ios. de B. I. II, 16, 4.*
αἱ φοβεραὶ καὶ τοῖς ἀκέραις Σύρτες. χαλάσαντες τὸ σκεῦος)
Quid hic sit τὸ σκεῦος, non satis certum est. *Grotius*:
demisso malo; nam malus hic κατ' ἐξοχὴν dicitur σκεῦος,
sicut et *Syrus* accepit. *Kypke*: *demittentes ancoram, s.*
ancoras. Sane u. 29. similis metus in loca aspera inci-
dendi faciebat, ut *ancoras* proiicerent. Quod ad τὰ σκεύη
etiam *ancorae* pertinuerint, docet *Iulius Pollux* I. I, c. 9.
Plutarch.

Plutarch. praec. reip. ger. ὡς περ ἐν πλοίῳ σκευὸς ἱερὸν, sicut sacra ancora in nauī. χαλάσω τὴν ἱερὰν ἄγκυραν, *sacrant ancoram demittam*, Suidas dicit in hac uoce. Aliis τὸ σκευὸς h. l. est *uelum*.

18. σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν) *Quum uehementi tempestate fluctibusque maris huc illuc iactaremur*. Sic χειμάζεσθαι apud optimum quemque, Iosephum etiam A. XII, 3, 3. ἐκβολὴν ἐποιῶντο) *Iactum fecere*, nautae scilicet. Ἐκβολή, *iactus*, in Glossario. Fit id leuandae nauis gratia. Solet autem hic ordo seruari, quem et in hac historia habemus. Primum iaciuntur merces, ut hoc loco; deinde utensilia ut statim sequitur, postremo et cibaria, ut infra u. 38.

19. αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τῆ πλοίῳ ἐβρέψαμεν) *Ipsimet sarcinas nostras e nauī proiecimur*. Τὸ πλοίῳ pro ἐκ τῆ πλοίῳ. Per σκευὴν intellige *uasa, utensilia, omnemque apparatus*, qui uiatorum erat, in hac nauī proficiscentium. *Eustathius* in Od. β. ἔρα, ὅτι ἔπλα κἀνταῦθα λέγει τὴν σκευὴν τῆς νεώς — ἰσθὺν — βαθμῶς.

20. χειμῶνός τε ἐκ ὀλίγης ἐπικειμένῃ) *Quum tempestas haud exigua incumberet, s. nos urgeret*. Plut. Symp. VI. ἐν τοῖς μεγάλῳι χειμῶσι λοιπὸν — ἡμᾶς) *Iam spes omnis salutis nobis erat demta, uel amputata*. Λοιπὸν h. l. ponitur pro ἤδη, *iam*, quod non infrequens auctoribus. *Aelian.* V. H. III, 14. προφάσεως αὐτοῖς περιηρημένης.

21. πολλῆς δὲ ἀπιτίας ὑπαρχέσης) *Quum autem esset multa a cibo abstinentia*. Non quod alimenta deessent, ut mox uidebimus, sed quod ingens illa iactatio adimat omnem

omnem appetitum, ac contra cibi fastidium pariat. κερ-
 δῆσαι τε — ζημίαν) *Euitare hanc tempestatem atque dam-*
num, supra u. 10. Κερδεῖν hic est *lucrifacere*, i. *euitare*.
 Themistius orat. 8. quinquen. *Non quem pastorem consti-*
tuisi, eum si pro pastore se lupum ostendat κερδαίνειν τὴν
προσήμεσαν δίκην ἕως, poenam promeritam effugere pateris.
 Sic etiam Ioseph. A. II, 3, 2. Ζημία hic est *mercium et*
rerum preciosarum damnum. Ἔρβρις autem *tempestatis in-*
commoda et iniurias hic notat.

22. ἀποβολή — τῆ πλοῖς) *Nullius uitae iactura fiet,*
s. nemo uestrum amittet uitam, sed nauis tantum amitte-
tur; i. e. μόνυ τῆ πλοῖς ἔσαι ἀποβολή. Nempe, si me audie-
 tis, quae conditio ex superiori oratione satis intelligitur.
 Ἀποβολή autem ψυχῆς eleganter hic pro *iactura s. amissione*
uitae dictum. Sic Ioseph. A. II, 6, 9. παιδων ἀποβολή,
liberorum iactura. XIV, 14, 3. φορτίων ἀποβολή, *ia-*
ctura oneris.

23. τῆ θεῷ, ἃ εἰμι) Post uerba ἃ εἰμι subaudi κτῆμα
 i. δῶλος, *cuius peculium, s. seruus sum*. Eadem ellipsi utitur
 Demosthenes pro Phormion. ἔδωκε Σατύρω τὴν ἑαυτῆ γυ-
 ναῖκα, ἑαυτῆ ποτε γενομένην *dedisse uxorem suam Sa-*
tyro, qui quondam seruus illius fuerat. Differt tamen ἃ
 εἰμι a sequenti ἃ λατρεύω. Per hoc enim indicat Paulus,
 se etiam serui officio strenue et gnauiter defungi, et non
 esse ἀχρεῖον δῶλον.

24. κεχάρισται — μετὰ σοῦ) *Condouuit tibi Deus, i. e.*
tui gratia in uita conseruabit singulos itineris tui socios.
 Sic Dionysius Hal. Ant. L. V. quum consul Brutus in filios
 capitalem sententiam protulisset, ab omnibus dicit recla-

matum esse, addens: *Indignum quippe iudicabant, talem uirum multari filiis, καὶ χαρίζεσθαι τὰς ψυχὰς τῶν μετράκιων ἐβόλοντο τῷ πατρὶ, et uitam adolescentum donare patri uolebant.*

26. ἐκπεσεῖν) *Impingere, ut u. 17. Herodotus VIII, 13. Φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ ἐκ εἰδότες τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας.*

27. διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδριακῷ) *Quum iactavemur in mari Adriatico. Διαφέρεσθαι est iactari, agitari, incerto cursu huc illuc ferri. Plutarchus in Arato: ὡς περ ἐπὶ ναυαγίᾳ τῆς πατρίδος ἐν τοσούτῳ σάλῳ καὶ κινδύνῳ διαφερόμενος, ueluti in patriae naufragio in tantis undis et periculo iactabatur. Hesychius: Ἰόνιον πέλαγος δὲ νῦν Ἀδρίας. ὑπερόνθι δι ναῦται προσάγειν τινὰ ἀυτοῖς χώραν) Suspicabantur nautae appropinquare sibi regionem aliquam. Lucas optice loquitur nautarum more. Sic Achilles Tatius L. II. dicit: Portus relinquebatur γῆν γὰρ ἐωρῶμεν ἀπὸ τῆς νηὸς κατὰ μικρὸν ἀναχωρῆσαν ὡς αὐτὴν πλέεσαν. Aen. III, 73. Prouehimur portu, terraeque urbesque recedunt. Lucretius IV, 300. et fugere ad puppim colles campique uidentur.*

28. βολίσαντες) *Demissa bolide. Βολὴς est funis cum plumbo, quo deiecto, nautae maris altitudinem explorant. Senckbley. ὀργυιᾶς) Ὀργυιᾶ est, quantum patent palmarum manus, unde passui nomen, s. mensura inter ambas manus expansas contenta, eine Klafter. Etymol. ὀργυιᾶ σημαίνει τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν, σὺν τῷ πλάτει τῆς κήθους. Eustathius: ὀργυιᾶ, τρίπηχου μέτρον.*

29. εἰς τραχεῖς τόπους) Aspera loca uocantur *saxosa*, ut hic recte explicat Syrus, qualia multa esse circa insulas solent. ἐκ πρύμνης — τέσσαρας) Sic Virgilius: *Ancora de prora iacitur*. Pluribus autem opus ancoris, ubi faeuit mare.

30. χαλασάντων τὴν σκάφην εἰς τὴν θάλασσαν) Nimirum ut in eam delapsi, derelicta nauī, salutī suae consulērent. Ad *Herenn.* I. Magnitudine tempestatis omnes perterriti nauim reliquerunt, et in scapham conscenderunt. προφάσει — ἐκτείνειν) *Sub specie, quasi ex prora ancoras uellent extendere*. Μελλόντων est genitiuus consequentiae, post quem supplendum est αὐτῶν ut Luc. XII, 36. αὐτῶ subauditur. Non insolens post uoculam ὡς haec constructio. Sic Arrian. Differt. Epiēt. L. IV, c. 8. *Nunc quum ipse sobrius es, propter ea, quae male facere tibi uidetur, dicis: ecce philosophum: ὡς πρόποντος λέγειν τὸν ταῦτα ποιῶντα φιλόσοφον, quasi illum, qui haec facit, philosophum uocare deceret*.

32. εἶλασαν) Siuerunt scapham ad terram allidi, adeoque in rupibus diffringi.

33. ἄχρι) Priusquam, antequam. Sic Appianus bell. Parth. *Et quum ductores urgerent, ut pergeret, ἄχρι ἂν ἡ σελήνη παραλλάξῃ τὸν σκόρπιον, priusquam luna transeat scorpionium*. τεσσαρεσκαίδεκάτην — προσλαβόμενοι) Verba haec non ad uiuum refecanda, sed ita capiēda sunt, ut hi homines per illos dies non ordinario modo, et ad satietatem usque cibum potumque sumfisse dicantur; more loquēdi omnibus fere Scriptoribus communi. Ioseph. Ant. VI, 14, 8. VII, 7, 4.

34. παρακαλῶ — τροφῆς) Nempe ut firmiores essent ad perferendos labores, quibus erat opus. ἔδενδς — ἀπολιῖται) Prouerbialis locutio, sicut latine dici posset: Ne hillum quidem uobis nocebitur. Intellige hoc rursus sub conditione, si consilia mea sequamini.

38. ἐκέφιζον τὸ πλοῖον) *Leuarunt nauem*, iactando nimirum cibaria, ut statim sequitur, ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον.

39. τὴν γῆν ἐκ ἐπεγίνωσκον) *Terram non agnoscebant*; nempe nec quae esset, nec quo nomine appellaretur. Cf. c. XXVIII, 1. κόλπον δὲ τινα κατενόεν) i. e. *conspexere*. *Sium* uocant Latini quoque mare intra terras, ut Adriaticum, Persicum, Arabicum. ἐξῶσαι τὸ πλοῖον) *Appellere nauem*. Sic etiam Latini loquuntur. Caesar B. C. III, 28. *gubernatorem nauem in terram eiicere cogunt*. Liuius XLIV, 28. *uelis datis ad Chium naues eiicere*. Alias milites et nautae dicuntur ἐξωθεῖν non nauem, qua ipsi uehuntur, sed hostilem, quam persequuntur. Thucydides VII, 52. τὰς πάσας ναῦς ἤδη τῶν Ἀθηναίων κατεδίωκόν τε καὶ ἐξεώθειν ἐς τὴν γῆν.

40. καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες) *Ancoris undique sublatis*. Absciderunt nimirum funes, ancoris in mari relictis. Volebant uento uti, quod non poterant nisi sublatis ancoris. ἔϊων εἰς τὴν θάλασσαν) Est breuis locutio: pro: ἔϊων τὸ πλοῖον ἵεσθαι εἰς τὴν θάλασσαν. *Siuerunt nauem ire in mare*, illud scilicet, quod inter locum, in quo defixa fuerat nanis, et littus intererat. ἄμα — πηδαλίων) *Laxantes uincula gubernaculorum*. Naues Veterum, maiores praecipue, duo habebant gubernacula, unum in prora, alterum in puppi.

puppi. Apuleius de Afino II. *Navis ipsa qua uehebatur, utroque regimine amisso, praecipitio demersa est.* Ea gubernacula uinculis quibusdam annectebantur naui, quas hic graece Lucas ζευκτηρίας uocat, Latinus *iuncturas*. Quum laxantur ea uincula, tunc gubernacula, multum in aquas descendunt, et pondere suo nauem retinent, quo minus a uentis euertatur.

καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεύσει) *Et obiato (uel expanso) artemone flanti aurae, i. e. quum direxissent artemonem secundum uentum spirantem.* Τῇ πνεύσει, sc. ἀυρή sc. πνοῆ. Papias: *Artemo uelum nauis breue. Velum artemonis hodiernum ita uocatur, siue uelum Latinum, forma triangulari, suspensum de malo artemonis, qui est in puppe.* Eo uti solent nautae, ubi metuunt, ne uela maiora plus fatis uenti concipiant, nauemque nimis urgeant. κατεῖχον εἰς τὸν ἀγιάλδον) *Tendebant ad litus.* Sic Antipho de caede Herodis: ὑφ' ἧ (χειμῶνος) ἠναγκάσθημεν κατασεχεῖν εἰς Μεθυμναίας τι χωρίον, *per quam (tempestatem) ad locum quendam Methymnaeae tendere coacti sumus, ubi κατέχευον ab ὄρμειν, appellere distinguitur.*

41. εἰς τὸ πόντον διθάλασσον) Codices Latini: *in locum uadofum ubi duo maria conueniebant.* Vel est solum emi-nens, quod utrinque mari alluitur. ἐπώκειλαν τὴν ναῦν) *Appulerunt, uel impegerunt nauem.* Significat autem uerbum hoc appulsionem uehementem. Polybius I. ἢ τοῖς βράχυσσι περιπίπτων ἐκάθισε κατὰ τρώραν, ἢ πρὸς τῇ Φερσίμερον ἐπώκειλλε, (nauigium) *aut incidens in breuia subsidebat ad puppim, aut quum deferebatur terram uersus appulsum haerebat.* Verbum est ἐκέλλω, quod Grammatici ducunt a uerbo altero κέλλω, cuius significatio accedit ad eam, quae est

latini uerbi *cello*, unde *percello*. Hefychius: ἰποκεῖλαι, ἐπὶ τὸ ξηρὸν ἐλθεῖν, *allidere*. ἢ πρῶρα — ἀσάλευτος) *Prora haerens mansit inconcussa*. Aen. V. 206. *illisaque prora pependit Pars sedet una ratis, pars altera pendet in undis*. ἢ δὲ πρῶρα — κυμάτων) *Dissoluta est puppis a fluctibus*, quia in terram subuehi non potuerat. Sic uerbo solui utitur *Virgilius*: *Soluitur (navis,) atque uiros mediis exponit in undis*.

42. μή τις ἐκκολυβήσας διαφύγη) *Ne quis enatando euaderet*. Ἐκκολυβᾶν est *enatare, natando euadere et in tutum peruenire*.

43. ἀποβρίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι) *Vbi sese proiecissent primos, euadere in terram*. Post ἀποβρίψαντας subaudiendum est *ἑαυτῶς*. Plene Lucianus in *Toxarri* dicit: βίψαι ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, *eum sese in mare coniecisse*. Iis qui natare non poterant fragmina et reliquiae nauis praesidio erant.

44. καὶ τὰς λοιπὰς — τῆ πλοῦς) *Ceteros autem supra tabulas, aut aliquo fragmento nauis, sc. euadere in terram; posito uerbo ἐξιέναι, ἀπο κοινῆ*.

CAP. XXVIII.

I. **M**_{ελίτη}) *Hodie Malta, Siciliam inter et Africam*. Βάρβαροι) Sic uocantur hi Insulani, ob barbaram linguam, qua utebantur, africanam nempe et arabicam. Ouid. *Trist.* V, 10. 37. *Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli*.

2. ἰφεσῶτα) *Praesentem*. Ἐφίσασθαι hic est quod supra XXVII, 20. ἐπίκεισθαι. Polybius: ὤρε διὰ τὸν ἰφεσῶτα ζόφον μηδὲ τὸς ἐν ποσὶ δύνασθαι βλέπειν.

3. συσρέφαντος — πλῆθος *Quum autem Paulus sicca uirgulta in fasciculum contorfisset, constrinxisset*. φρύγανα *Hieronymo* in Hof. II. sunt aridae herbae, siccaque uirgulta, quae camino et incendio praeparantur. ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελεῖσθαι) *Vipera quae perrependo prodierat, elicente calore*. Ἐκ h. l. *propter*. Fuit nimirum uipera cum festucis a Paulo comprehensa, et quum sarmenta ab ipso imponerentur in ro-gum, effugere uolebat uipera, ignis calorem ut senserat. καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ) *Adhaesit ad manum ipsius, uel affli-xit manum*. Glossar. καθῆψε, *haeret*.

4. τὸ θηρίον) Sic solent uocari bestiae, quae ueneno nocent, in quibus excellunt uiperarum, unde θηριακὴ ἀντίδοτος nomen habet. πάντως φονεύς ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος) Putabant per id ipsum, quod modo euenerat, Paulum esse conuictum in-signis cuiusdam sceleris. διασωθέντα — ἔλασον) *Naufragium*, inquit, mortis genus bonis iuxta et malis commune, euasit, ut rariore et insigniore exemplo eius scelera puniantur. Ἡ δίκη, *diuina ultio*, uel κατ' εἰδωλοποιίαν *iustitiae numen*. *Hesiodus* ἐργ. 254. ἡ δὲ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα, Δίκη ἐστὶ *uirgo Ioue prognata*. Anthol. III. 6. 8. κῆν με κατακρύπτῃς, ὡ ἐδενος ἀνδρὸς θρῶντος, ὄμμα δίκης καθορᾶ πάντα τὰ γινόμενα.

6. δι δὲ — πίμπρασθαι) *Expeſtabant autem dum eueniret, ut inflammaretur, ueneno sc. ἢ κατακίπτει, ἄφνω νεκρὸν, aut concideret statim mortuus*: uenenum enim uiperarum qui-

busdam in locis ualde rapidum est. ἐπὶ πολὺ) *Diu*. Epistetus in Enchirid. c. 63. signum hebetis ingenii esse dicit, ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἐπὶ πολὺ ἀποκατεῖν, *exerceri diu, edere diu, potare diu, cacare diu.* μηδὲν ἄτοπον) *Nihil noxium, nihil incommodi, mali, damni.* Ioseph. Ant. VIII, 14. 4. καταφιλήσας θάρβειν ἐκέλευσε, καὶ μηδὲν τῶν ἀτόπων προσδοκῶν. μεταβαλλόμενοι) *Mutati, i. e. mutata sententia, ut mos uulgi: Sequitur fortunam, ut semper, et odit damnatos.* θεὸν αὐτὸν εἶναι) Comparabant uel Herculi, qui in ulnis adhuc iacens angues superauit, uel Aesculapio, qui cum serpente pingitur. Marc. XVI, 18.

7. ὑπῆρχε — νήσῳ) Romani diuites in prouinciis fundos habebant, maxime in Africa. Πρῶτος h. l. est nomen magistrarus, quod patet et Inscriptione in insula Melite reperta: Λ. κ. υἱὸς κύρ. Πρῶθινης ἱππεὺς βῶμ. πρῶτος Μελιταίων καὶ πάτρων, ἄρχας καὶ ἀμφοπολεύσας θεῶ 'Αυγύσῳ. ὃς ἀναδεξάμενος — ἐξένισεν) *Qui nos exceptos tribus diebus hospitaliter tractauit.* Illud φιλοφρόνως, *hospitaliter, amice, benigne*, uirtutem designat, quam in hospitem exceptione imprimis laudant auctores. *Aelianus* V. H. IV, 9. ὑπεδέξατο αὐτὸς ἐν μάλα φιλοφρόνως *Diod Sic.* XIII, 4. δεξαμένων δ' αὐτὸς τῶν ἐν τῇ πόλει φιλοφρόνως.

8. πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ) *Febribus et intestinorum torminibus.* Δυσεντερίαν tormina uertit *Celsus* IV, 15. Is morbus si duret, plerumque et febres affert.

10. καὶ ἀναγομένοις — χρεῖαν) Sensus est: Non solum Publius, uerum etiam isti certatim nos iam profecturos rebus necessariis onerarunt, quas cumulate ingesserunt, et nec petentibus imposuerunt.

11. παρασήμῳ Διοσκύροισι) Latinus uertit: *Cui erat insigne Castorum.* Nam Διοσκύροισι, uel rectius Δίοσκοροι appellantur fratres gemini, Iouis et Laedae filii. In prora nauis erat effigies illius Dei, in cuius tutela erat nauis: in puppi autem erat insigne illius Dei, uel uicissim. Procopius ad Ies. XI, 14. ταῖς πρώταις τὰς θεῶν εἰκόνας ἐνέγραφον, ὡς καὶ νῦν ἀρίων μαρτύρων. *Aen. X.* Seruius: *Solent naues nomen accipere a picture Tutelarum.* Hinc est: *hunc uehit immanis Triton.* 170. *et aurato fulgebat Apolline puppis* 156. *Aeneia puppis Prima tenet rostro Phrygios subuecta leones* etc.

13. Ῥήγιον) *Etymol.* Ῥήγιον, πόλις πλησίον Σικελίας, ἐπειλῆσεισμεῖ γενομένη ἀπτελέσθη τὰ ἐκάθ' ἑαυτῆς τῶ τόπῳ ἐκείνῳ. Iustinus IV, 1. 7. *Rhegium dicitur ideo, quia graece abrupta hoc nomine pronunciantur.* Festus: Rhegium appellatur id municipium, quod in freto e regione Siciliae est, quoniam id dictum est a rumpendo. δευτεραῖοι) *Die secunda, biduani*, si ita loqui liceret. Io. XI, 39. *Arrianus* Exp. Al. II. δευτεραῖος ὑπερβαλὼν τὰς πύλας. εἰς Ποτιόλας) Puteolos enim appellere solebant naues Alexandrinae, ut docet nos Seneca epist. 77. Festus: *Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui successit postea Puteolanum, quod municipium graecum antea Diccaearchia uocatum est, unde Lucilius: Inde Diccaearchum populos, Delumque minorem.*

14. παρεκλήμεν ἑτ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι) Al. leg. παρ' αὐτοῖς. *Rogati sumus ut apud eos permaneremus.* ἤλθομεν) *Vertendum est: inimus, non uenimus, ut Io. VI, 17. et aliis locis.*

15. Ἀππίου Φόρου καὶ τριῶν ταβερνῶν) In uia Appia, strata militari opere ab Appio Coeco, longa atque lata, excurrente mare uersus, fuerunt quum alia loca, tum ciuitates, quibus nomen *Fori Appii*, tum etiam *trium tabernarum*. Tres Tabernae propriores *Romae*, ut patet ex epist. Cic. ad Attic. II, 10. *Ab Appii Foro hora quarta dederam aliam paulo ante Tribus Tabernis*. Horat. Serm. I, 5. 3. *Forum Appii, differtum nautis, cauponibus atque malignis*. ἔλαβε θάρσος) *Animum cepit*. Θάρσος λαμβάνειν *fiduciam capere, animum capere*. Dionys. Hal. Ant. L. IV. τὸ αὐτὸ λαβῆσι θάρσος, καὶ μιᾷ γνώμῃ χρησαμένοις.

16. τῷ στρατοπεδάρχῃ) *Praefecto Praetorio*. Nam Imperatorum temporibus mos obtinuit, ut ex prouinciis Romam ad Caesarem missi uincti, *Praefecto Praetorio* custodiendi committerentur; cuius rei illustrissimum exemplum est Agrippae Regis apud Ioseph. XVIII, 6, 6. καθ' ἑαυτὸν) *Solum, sine aliis, seorsim ab aliis captiuus*. Aelian. H. A. XV, 3. δι μὲν αὐτῶν εἰσι μοναίαι — καὶ καθ' ἑαυτῶς ἰχθονταί. εὖν τῷ Φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ) Factum hoc est ex more quodam Romano, tunc temporis recepto, quo reus coram Caesare sistendus, alligatus militi Praetoriano catena, quae copulabat et reum et militem, diligentius obseruabatur et custodiebatur. Seneca Epist. V. *eadem catena et custodiam et militem copulat*. Ioseph. XVIII, 6, 7. ubi Agrippa, iussu Tiberii, a Praefecto Praetorio, Macrone, uinctus, catena alligatus dicitur cuidam militi Praetoriano, ἠξίωσε τὸν συνδεσμένον αὐτῷ στρατιώτην, *rogauit militem, qui ei una eademque catena alligatus erat*.

17. τὰς ὄντας τῶν Ἰουδαίων πρώτους) i. e. *Principes, primos*, qui prae ceteris inter Iudaeos dignitate auctoritateque florebant. Ioseph. Ant. VII. 9. 8. δέχονται δ' αὐτὸν (Δαυίδην) ἀσμενέζατα πάντες δι' αὐτοὺς τῆς χώρας.

18. ἐβήλοντο ἀπολύσαι) Voluerunt me dimittere, nempe nisi appellassem.

19. ἐχ' ὡς — καταγοῖσαι) Ellipsis. *Non adsum ut accusem meum populum.* Accusor, non accuso, nec contra totam gentem ulla lis mihi est.

20. παρεκάλεσα ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι) *Accersui, rogavi ut accederetis, ut uiderem uos et alloquerer.* Ἐνεκεν — τῷ Ἰσραὴλ) *Propter Messiam.* Nam ἑλπίς h. l. est *persona quae expectatur*, nempe Messias. τὴν ἄλυσιν ταύτην περίκειμαι) *Catena hac circumdatus sum.* Verbum *περίκειμαι* construitur hic more passiuorum et neutrorum, adeoque perinde est, ac si dicas: ἡ ἄλυσις αὐτῆ περιέκειται μοι. Ioseph. de Maccab. c. 12. sub init. ὁρῶν ἤδη τὰ δεσμὰ περιεκέμενον.

22. ἀξιῶμεν — φρονεῖς) *Cupimus a te audire, quae sentias.* Plut. de fortun. Rom. προτιμᾶσθαι τῷ Θεμιστοκλέους ἀξιῶντων, *qui Themistocli praeferri cupiebant.* πανταχῶ) *Ubique*, i. e. plerisque in locis, siue a plerisque omnibus.

23. εἰς τὴν ξενίαν) *Domum in qua diuertebat.* ἐξετίθετο — θεῶ) *Exponebat futurum Dei regnum, adhibitis probationibus, tum ex sacris litteris, tum ex iis, quae in Domino Iesu erant conspecta.*

25. ἀπελύοντο) *Discedebant* Polybius: αὐτοὺς ἀπολύεται. Ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελύθη. εἰπόντος — βήμα ἐν) i. e.

i. e. Abeuntibus hoc unum dixit, nempe ad notandam eorum incredulitatem, post tot monita eius reiecta. Sic dici solet de iis, qui praecedentem sermonem suum insigni aliquo dicto claudere et quasi signare uolunt.

26. 27. De sensu horum uerborum uide notata ad Matth. XIII, 14. 15.

28. τὸ σωτήριον τῷ Θεῷ) Σωτήριον, substantiue, refertur interdum ad personam, ut Luc. II, 30. modo ad rem, ut hic ad sermonem Euangelii. Potuerat Deus ad gentes eum sermonem mittere, etiam si nihil peccassent Iudaei. Sed non fecit hoc, nisi postquam Iudaei plurimi id beneficium sibi oblatum contemserant. Supra XIII, 46. 47. αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται) Non audient tantum, sed et obedient. Nam ἀκούειν hic est quod Matth. XIII, 32. ἀκούειν καὶ συνίναμι.

29. πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν) Ἐν ἑαυτοῖς, *inter se*; συζήτησιν, *disputationem*, alio defendente, quod alius accusabat.

30. ἐν ἰδίῳ μισθώματι) *In suo conduξτο*, sc. domicilio. Suum dicitur ratione usus. Philo: ἐν μισθώματι δικεῖν. Seneca de Benef. VII, 5. *Nec conduxtum meum, quamquam fis Dominus, intrabis.*

31. τὰ περὶ τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ χριστῷ) Codd. lat. *Quoniam hic est Christus filius Dei, per quem omnis mundus iudicabitur.* ἀκωλύτως) In Glossario: ἀκωλύτως, *improhibito*. Herodian. VIII, 2. 1. διέβησαν ἀκωλύτως, μηδεὶν ὁδῶν ἐμποδῶν γενομένων, *posteaquam sine ullo impedimento descenderant.* Credibile est per illud biennium, quo Paulus

lus Romae fuit, propagatam esse religionem christianam non tantum in multis Italiae locis, sed etiam in uicinis regionibus. Non igitur mirum est, iam Seculo II. in Gallia extitisse ecclesias, quae suos haberent episcopos. Ceterum Paulus bis fuit Romae. 2 Tim. IV, 16. Nempe ex prima hac captiuitate liberatus est. Sed multis annis post denuo missus est Romam, ut coram Caesare causam diceret. In illa secunda captiuitate iussu Neronis capite truncatus est, ut Scriptores ueteres magno consensu tradunt. Ex his facile intelligitur, non omnes res gestas Pauli in his Actis enarrari. Reliqua ad eius historiam pertinentia ex Patrum, quos uocant, libris, repetenda sunt, quorum uero non semper tuta est fides.



7



SCHOLIA

IN

EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

Paulus *Tarfi*, Ciliciae urbe, parentibus quidem Iudaeis, ciuibus autem Romanis natus, iuuenis Hierosolyma petiit, ut ex ore R. Gamalielis arcanos legis sensus et traditiones Pharisaeorum doceretur, eosque fecit profectus, ut amore Iudaismi et odio doctrinae Christi supra alios celebraretur. Mirabili postea prouidentiae diuinae ductu ad Christum conuersus id omni opere egit, ut et Gentes et Iudaeos ad Christum adduceret, et utrosque aequo iure frui debere contenderet. Quae res quum ipsum multis magnisque molestiis obiiceret, tandem ultimis Neronis temporibus Romae capite plexus est, anno Chr. LXVIII. uel ut *Hambergero* in *Z. N.* Vol. III. pag. 77. uidetur, intra a. Chr. 64 — 68. In pueritia litteras humaniores, et litteraturam graecam degustauit, ut multis uidetur, cuius studii uestigia deprehendi putant Act. XVII, 28. 1 Cor. XV, 33. Tit. I, 12. Quod tamen alii rectius negant. Nam quod ex poetis graecis aliquot loca excitauit, et *Tarfi*, quae urbs litteris bonis abundauit, educatus est, id nondum ualet ad cognitionem atque intelligentiam litteraturae graecae demonstrandam. Vid. *Christian. Guil. Thalemann de eruditione*

ditione Pauli Apostoli iudaica, non graeca, Lips. 1769. Multa de eruditione et stilo Pauli habet Ill. *Michaelis* Einleitung in die goettl. Schriften des N. B. pag. 148. 199. ed. tert.

Epistolae huius Apostoli ad varios Christianorum coetus scriptae reperiuntur quatuordecim, si Epistolam ad Hebraeos annumeres, de cuius auctoritate tamen dubitatur. Licet autem auctoritas Pauli, eiusque de aequis iuribus Iudaeorum et Gentium sententia iam ab omnibus, qui Christo nomen dant, rata habeatur, inuenti tamen sunt olim pauci quidam Iudaizantes, qui Christi quidem doctrinam se accipere profitentes, Paulum reiecerunt, e. g. *Ebionitae*, (*Irenaeus* Haer. I, 26. *Orig.* c. *Cels.* V. *Euseb.* H. E. III, 27.) *Encratitae* (*Euseb.* H. E. IV, 29.) *Helcesaitae* (*Orig.* Hom. in Ps. 82. apud *Euseb.* H. E. VI, 38. *Theodoret.* haer. fab. II, 7.) et *Cerinthiani* (*Philastr.* haer. 36. *Epiphan.* de Cerinthianis Haer. XXVIII, 5.) Alii epistolas Paulinas nec integras, nec ab interpolationibus immunes receperunt, uelut *Cerdoniani* (*Tertull.* de praescript. adu. haeret.) et *Marcionitae*, qui nonnisi decem Epistolas probabant (*Irenaeus* Haer. I, 27. III, 12. *Tertullian.* in libris ad Marc. praecipue L. V. *Epiphan.* Haer. XLII.) Sed infirmis, uel potius nullis argumentis usi sunt isti haeretici ad infringendam Pauli auctoritatem. Nempe uel reiecerunt uel interpolauerunt epistolas eius, non historicis, sed dogmaticis rationibus ducti, quod suis opinionibus uel philosophicis hypothesebus non satis conueniret Apostoli doctrina.

Quod ad originem *ecclesiae Romanae* attinet, reiiciendae sunt narrationes eorum, qui uel Petrum solum, uel eundem cum Paulo simul, eam condidisse tradunt. Si enim *Petrus* Romanos instituisset, ante quam ad eos *Paulus* scriberet, sanè hic, qui fundamento ab aliis posito superstruere nolèbat, (Rom. XV, 20 - 23.) tanta eos uidendi instituendi cupiditate haud fuisset flagraturus, quantam in Epistola ipsa passim significat, Rom. I, 10 - 13. 15. XV, 23. Narrant quidem Veteres, *Irenaeus* (Haeres. III, 1.) *Eusebius* (in Chronico ad a. 2. Claudii) uenisse Petrum Romam, ibique ecclesiae fundamenta iecisse. Quum autem traditionis huius origo ex uano ueterum ecclesiarum desiderio apostolicae originis laudem sibi tribuendi facile explicari possit; praetereaue consuetudinis Romanorum cum Petro nullum appareat uestigium in hac Pauli epistola, parum probabilis est illa narratio. Paulum uero, ante quam hanc epistolam scriberet, non uenisse Romam, patet ex c. I, 8. sqq. Certo quidem non constat, quinam fuerint ii, per quos christianae religionis notitia ad Romanos peruenerit; ualde tamen credibile est, factum hoc esse per quosdam eorum, quorum fit mentio Act. II, 10. Nimirum inter pios spectatores eorum, quae Hierosolymis primo et solempni illo Pentecostes festo euenerunt, etiam *οἱ ἐπιδημῶντες Ῥωμαῖοι* commemorantur. Horum nonnulli rei miraculo correpti in apostolorum disciplinam se tradidisse, et Romam reuersi, religionem Christi Iudaeis ibi habitantibus commendasse uidentur. Primos autem illos Christianos Romanos fuisse ex Iudaeis, hisque alios, natalibus non Iudaeos, paulatim demum esse iunctos, tum ex modo dictis, tum ex ratione illis temporibus consueta religionem Christi per Iudaeos

daeos ad gentes 'demum transferendi, facile patet. Multos Iudaeos Romae habitasse, multosque eorum tum Caesarum fauore, tum multorum ex populo amicitia usos esse, satis constat. Vid. quae ad Aët. VI, 9. de *libertinis* dicta sunt.

De *conflio* Pauli in scribenda hac ad Romanos epistola pauca dicenda sunt. Id uero ex ipso epistolae argumento quodammodo cognosci potest. Videtur nempe Paulus per *Aquilam* et *Priscillam* (uid. c. XVI, 3.) et plures alios Claudii imperatoris edicto Romae expulsos, quibus Corinthi et Ephesi familiariter usus fuerat, certus factus esse de rebus Christianorum Romanorum. Paulus uero per eundem *Aquilam*, aliquanto post Romam redeuntem, fortassis etiam per Christianos in Macedonia, Achaia, Asia ipsi familiares factos, et Romam proficiscentes, atque insignia eius in religionem merita narrantes ac praedicantes, Romanis innotuit. Praecipua causa, cur Apostolus hanc ad eos scriberet epistolam, fuisse uidetur haec, quod in eorum coetu, qui mixtus erat ex hominibus, ante susceptionem Christianae religionis partim Iudaeorum sacris, partim cultui superstitioso idolorum addictis, lites ortae essent, quas componere studuit.

Causae dissidiorum, quibus iam tum corrumpi ecclesia coepit, hae fere fuerunt: *Iudaeo-christiani* opiniones iudaicas, imprimis pharisaicas cum doctrina christiana coniungere, nec nisi difficillime dimittere solebant, et existimabant, felicitatem aeternam, atque beneficia Messiae maiori iure ad suum populum, quam ad exteris gentes pertinere, Rom. IV, 17. II, 17. III, 2. 29. X, 12. etc. Quin

etiam de *lege Mosaica* ipsa, sibi, non gentilibus, a Deo concessa, ualde gloriabantur, censabantque propter huius legis et rituum sacrorum obseruationem, ut et propter merita maiorum, Abrahami, Isaaci, Iacobi etc. Deum ipsis fore propitium; Gentiles contra, urpote lege destitutos, nec ab Abrahamo genus ducentes, nec ritibus sacris initiatos, tanquam homines profanos et scelestos esse contemnendos et detestandos, nisi et ipsi circumciderentur, et iugum legis Mosaicae sibi imponi paterentur. *Ethnicochristiani* uero Christianos ex Iudaeis, tanquam homines superstitiosos, et nunc omnino abiiciendos, omnique Dei misericordia indignos ualde contemnebant. Inde uero altercationes et Scandala enata erant, quae a Paulo in hac epistola passim carpuntur. Denique praeter istam doctrinae et opinionum uarietatem, etiam uita plurimorum Christianorum uariis uitiiis, uel iam corrupta erat, uel certe per sectas, quae tunc iam ortae erant, facile corrumpi poterat. Itaque Paulus partim iudaicas opiniones refutat, partim odia et rixas inter Christianos ex Iudaeis et Gentibus ad Christum conuersos, pellere studet. Et in *dogmatica* quidem parte, primis XI capitibus procurrente, totus in eo est, ut ostendat, *non ex obseruatione Iudaismi, sed ex obseruatione Christianismi, et quidem solius Christianismi salutem aeternam homini sperandam esse*, ita ut Iudaismo amplius non sit opus; religione ueteri Mosaica impietatem humanam, inter Iudaeos Ethnicosque prorsus eandem, non potuisse tolli, nec felicitatem ueram restitui; itaque nouam ad felicitatem huius et futurae uitae perueniendi uiam atque rationem propositam esse a Deo in religione Iesu Christi; ab hac sola certam salutis spem omnibus, Iudaeis gentibusque

que esse repetendam, nec in hac re tribuendum esse quicquam maiorum meritis, aut legis Mosaicae obseruationi, sed soli beneuolentiae Dei per Iesum Christum luculenta quadam ratione hominibus declaratae. Altera huius epistolae parte, paraenetica, uniuersa uitae christianae pietas commendatur. Cf. Ill. *Michaelis* Einleit. in die g. Sch. etc. p. 1062. sqq. *D. Christiani Fridr. Schmidii* Prolegom. in Annotatt. in Epist. Pauli ad Rom. pag. XX. sqq.

Videtur haec epistola scripta esse circa finem anni Dionysiani 58. aut, ut alii malunt, 52. qui est Iulianus 99. quum Paulus *Corinthi* commoraretur, Rom. XVI, 23. cf. I Cor. I, 14. Rom. XVI, 1. coll. 2 Tim. IV, 20. In qua opinione etiam fuerunt scriptores ecclesiastici. cf. b. Schmidii Proleg. §. II. Ceterum Apostolus in conscribenda epistola hac usus est *Tertii* scribae ministerio, c. XVI, 22. eamque per *Phoeben* Cencreensis Corinthiorum coetus ministram Romanis reddendam curauit, c. XVI, 1. 2.

Apostolicam huius epistolae auctoritatem inde ab antiquissimo tempore ab orthodoxis esse agnitam, docent *Versiones latinae et syriaca*, nec non *primae ecclesiae Patres*, *Barnabas*, c. XII. XIII. *Clemens Romanus*, Ep. I, 1. 30. 32. 35. 46. *Ignatius* Ephes. 20. Smyrn. 1. Trall. 8. *Polycarpus*, Philipp. 3. 6. et qui post istos scripserunt omnino omnes.

Semper haec epistola inter Paulinas primum tenuit locum apud orthodoxos. Non autem ut in Euangelis, ita etiam in Epistolis ordo temporum seruatus est; uerum collegerunt primo Epistolas integris coetibus scriptas, primum

locum concedentes Epistolae longissimae, postremum brevissimae, medium prout quaeque longior aut brevior erat. His iunxerunt Epistolas ad Timotheum, Titum et Philemonem, eadem longitudinis et brevitatis habita ratione. Epistolam denique ad Hebraeos, quia diu de ea dubitatum fuit, in ultimum locum reiecerunt.

Graece scripsit Paulus ad Romanos, non latine; tum quod facilius ipse graece scriberet; tum quod peregrinis multis Romae morantibus haec lingua notior esset et familiarior; tum denique quod Romani eo tempore graeco sermone magis delectarentur, quam latino. Cic. pro Arch. 10. Graeca leguntur in omnibus fere gentibus: Latina suis finibus, exiguis sane continentur. Tacitus Orator. 29. Nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae. Iuvenal. VI, 185. Se non putat ulla formosam, nisi quae de Thysca Graecula facta est etc.

In Epistolis interpretandis multo maiorem difficultatem reperimus, quam in Euangeliis, quod ex ipsa rei natura oritur. Qui enim historiam scribit, iis scribit, quibus ignota est; adeoque omnia clare et simpliciter narrare debet: epistola uero est quasi colloquium cum amico absente, qui etiam partes suas agit, et ad cuius quaesita uel cogitata nobis praecognita respondemus; quando ergo epistola est paulo longior, ita ut plura in ea capita tractentur, fieri uix potest, quin saepe haereamus, non percipientes, quomodo scriptor ab uno ad alterum transeat, aut quis loquatur, an is qui scribit, an is cui scribitur. Praeter hanc est et alia obscuritatis causa, ipsi Paulo peculiaris, 2 Petr. III, 15. 16. nimirum feruidum eius ingenium, multa eruditione

tionem Iudaica excultum, quo fiebat, ut plura ipsi simul incidere, et mente calamum praecurrente, fermo eius non raro fieret abruptus,

CAP. I.

Prima huius capituli pars a u. 1 — 16. continet exordium huius epistolae, inscriptionem nempe, salutationem, et quandam benevolentiae captationem, qua sibi uiam sternit Apostolus ad ipsam tractationem.

1. Παῦλος) Utitur Apostolus non iudaico nomine *Saulis*, sed *Pauli*; idque ex more Iudaeorum, qui inter Graecos Romanosque uersantes nominibus Iudaicis uel profus abstinere, uel ea paululum inmutare solebant. Cf. Act. XIII, 9. Est autem Hyperbaton huc usque, πᾶσι τοῖς ἔσιν etc. comm. 7. et dictio elliptica Epistolis usitata; subintelligendum enim est: *haec significat, haec scribit*, aut simile quippiam. Apud Herodotum est oratio plena: Ἄμασις πολυκράτει ὄδο λέγει, hoc significat. Et *Thucydides*: ὄδο λέγει βασιλεὺς Ξέρξης Περσικῆς. Sed in Epistola *Pausaniae* ibidem ellipsis est: Περσικῆς ὁ ἡγεμὼν τῆς Σπάρτης. δῶλος Ἰησοῦ χριστοῦ) *Seruus Iesu Messiae*. Sicut autem seruus, siue minister regis, est nomen dignitatis, ita et hic: *seruus Messiae*. Sic Prophetae V. T. יהוה ירביב appellare se solebant. Cf. Ios. I, 1. Iud. II, 8. Ps. CXXXII, 10. κλητὸς ἀπόστολος) *Vocatus Apostolus*, i. e. cui munus Apostoli est demandatum; uocatus ab ipso Christo, non, ut alii, honorem istum mentitus, 1 Cor. I, 1. De uoce ἀπόστολος uide dicta ad Matth. X, 2. ἀφορισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ) i. e. *selektus, destinatus ad promulgandam a Deo reuelatam doctrinam*.

nam de uera hōminis felicitate. Hesychius: ἀφορισμένους ἀκλεγεμένους, διακεκριμένους. Hebraice **הבריל** *segregare*, quod de populo Israelitico dicitur Leu. XX, 26. Non autem differunt sensu κλητὸς et ἀφορισμένους. Ἐυαγγέλιον, (de qua uoce diximus ad inscriptionem Euangelii Matthaei,) est institutio Apostolorum de Messia, de beneficiis ab eo expectandis, et de uia adipiscendi felicitatem et salutem aeternam, quam Deus per Christum promissit.

2. ὁ προσηγγείλατο — ἀγίας) *Quam* (felicitatis doctrinam) *Deus promiserat per Prophetas suos in scripturis sacris.* In uerbo προσηγγείλατο est emphasis. Significatur nempe, aliud esse ipsum Euangelium (felicitatis doctrinam) aliud autem *promissionem* de Euangelio, s. de ea doctrina, quae uiam ad ueram felicitatem monstrat. Ipsum Euangelium Christus demum annunciare coepit; sed promissiones, tale Euangelium promulgandum esse per Christum, continentur in V. T. libris. Cf. infra c. XVI, 25. inprimis uero Hebr. VIII, 8 — 13. ubi locus Ieremiae citatur, in quo melior et perfectior religionis forma promittitur. Προφήται h. l. in genere sunt *scriptores diuini V. T.* in quorum libris rex promittitur Daudica stirpe oriundus, populi sui uindex et seruator. Hoc addit Apostolus propter Iudaeizantes, qui calumniabantur, Mosen et Prophetas ab Apostolo contemni, suaque priuari auctoritate. Monet igitur, se minime contradicere Mofi et Prophetis. Infra c. III, 21. XVI, 26. Luc. XXIV, 44 - 47. Act. XXVI, 22. 23. XV, 8. 14 - 18.

3. περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ) Hoc refertur ad illud, quod praecessit, *εὐαγγέλιον.* Explicatur enim, de quo agat ille sermo, bona

bona nuncians. De significatione ἰδὲ θεῶ uide statim
 comm. 4. τῆ γενόμενος — σάρκα) *Qui est natus e gente Da-*
uidis, quoad humanam sortem et conditionem. Γενόμενος,
natus, ut Gal. IV, 4. Io. I. 14. Σάρξ, hebr. בשר habet
 significationes primarias sequentes: *ipsa caro; totum cor-*
pus animale, carne et ossibus constans, Leuit. XIX, 28.
 Aēt. II, 31. Rom. II, 28. etc. *totum animans*, corpore et
 anima constans, Pf. LXV, 3. Iob. XXXIV, 15. *homines*
ipsi, Pf. CXLV, 21. Matth. XXIV, 22. Rom. III, 20. Ex
 his significationibus primariis ortae sunt multae aliae *secun-*
dariae, per quendam orationis tropum. Huc referenda est
 notio ea, qua σάρξ denotat *externam hominis conditionem*,
 corpore inprimis conspicuam, internae hominis dignitati
 oppositam. Σπέρμα, hebr. זרע, pro graeco γενεὰ, γένος.

4. τῆ δρισθέντος — νεκρῶν) *Qui definitus* (plane de-
 claratus) *est filius Dei per uim illam diuinam* (cuius do-
 cumenta dedit) *post reditum in uitam.* Voce δ ἰδὲ τῆ
 θεῶ plerumque significatur promissus ille Pf. II. rex et do-
 minus, nomine Filii Dei ibi insignitus. Io. I, 50. XI, 27.
 Vnde Iudaei Messiam, quem expectabant, filium Dei no-
 minabant. Alibi *filius Dei* est is, qui locum Dei tenet
 inter homines, Io. X, 34 - 37. Nostro loco respici uidetur
 simul ad *diuinum illud*, quod in Iesu est, et quo inprimis
 ab omnibus aliis hominibus discernitur, ut ipse contextus
 docet; nam opponitur τῷ γενόμενῳ ἐν σπέρματος δαβὶδ κατὰ
 σάρκα, u. 3. Τῆ δρισθέντος, i. e. δειχθέντος, ἀποφανθέντος, κρι-
 θέντος, ut *Chrysostomus* explicat. Ὀρίζειν nempe est *de-*
finire, plane declarare. Aēt. XVII, 31. Ἐν δυνάμει, כחיל
 ut habet Syrus, *ualide*, admirandum in modum. Vide-

tur tamen Syrus interpres respexisse ad miracula Christi, ut sensus sit, *Iesum declaratum esse filium Dei* **כחיה ברוח קדוש**, *per miracula et spiritum sanctum.* **ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν**) *Ab eo tempore, quo ex mortuis resurrexit.* Ἐκ notat interdum terminum temporis, ut Matth. XIX, 12. 2 Petr. II, 8. **πνεῦμα ἀγιοσύνης**) i. e. **πνεῦμα ἁγίου**, summa est et diuina uis, quam nihil aequat. Hoc loco sine dubio illa intelligitur uis et diuina potestas, cuius documenta Christus dedit post resurrectionem, **ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν**, Apostolis tribuens uim patranda miracula, et dona ad tradendam et propagandam religionem necessaria. *Chrysostomus, Theodoretus*, alique Veteres per *Spiritum sanctum* intelligunt effusionem spiritus sancti, uel *dona eximia* post resurrectionem Christi per operationes spiritus sancti in Apostolos aliosque discipulos collata; quod eodem recidit. **κατὰ**, *per*, ut I Cor. XII, 8. aliisque locis. Quum nimirum Christus ex mortuis in uitam reuocatus, et in coelum euectus, Spiritum sanctum largissime super Iudaeos et gentes effudisset, tum manifestatum, ac tanquam de coelo pronuntiatum est, ipsum esse Dei filium, summa potestate praeditum, et a toto humano genere agnoscendum atque colendum. Cf. Act. II, 33. 36. Alii **κατὰ πνεῦμα ἀγιοσύνης** explicant: *quoad diuinam naturam*, uel, *quoad diuinam uim, s. maiestatem*. Sed ego quidem non intelligo, quid sit: *Christus manifestatus est filius Dei per naturam suam diuinam, uel maiestatem diuinam*. Non **πνεῦμα**, sed **ὁὐς Θεός** opponitur **τῷ γενομένῳ ἐν σπέρματος δαβὶδ κατὰ σάρκα**. Vid. Progr. nostrum: *Christus κατὰ πνεῦμα ἀγιοσύνης declaratus filius Dei*. Erl. 1781. Alias huius loci explicationes uid. apud S. V. Koppe ad h. l.

5. δι' ἧς — ἀποστολήν) *Cuius beneficio accepimus munus Apostolicum.* Ἐν διὰ δυοῖν, i. e. χάριν ἀποστολῆς, *beneficium muneris Apostolici.* Gal. II, 8. 9. Eph. III, 2. 7. 8. χάρις, beneficium. Ἀποστολή, *munus Apostolicum.* Ἐλάβομεν ad solum Paulum referri potest, de se ipso saepius numero multitudinis scribentem. Aliis χάρις est *gratia diuina*, ut sit sensus: *gratia diuina atque adeo (καὶ) ipsa muneris Apostolici dignitas mihi contigit.* Ἐἰς ὑπακοήν — ἔδυσεν) *Vt suadeam omnibus gentibus obsequium religioni eius praestandum*, quasi esset: ὡς ἐπέδυσεν ἡμᾶς πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὴν ὑπακοήν τῆς πίσεως, i. e. ἵνα ὑπακούωσι τῇ πίσει. Ἐπακοή, *obsequium.* Πίσις, Πῶν, *religionis doctrina*, ut Pl. LXXXVI, II. Gal. I, 23. 1 Tim. IV, 6. Sic causam affert, cur ad Romanos scripserit, quos nondum uiderat. Vniuerse enim munus Apostoli ad Iudaeos et gentiles spectabat. Ἐπερ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, uulgo referunt ad ὑπακ. π. pro εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ven. Koppe coniungit cum χάριν κ. ἀπ. sein Apostelamt, die Ehre sein Apostel zu seyn. τὸ ὄνομα αὐτοῦ, i. e. αὐτοῦ, hebr. יְהוָה.

6. ἐν οἷς — χριστῷ) *Quorum in numero uos quoque estis, quippe ad Iesum Christum uocati*, e uariis nempe nationibus. Igitur mei etiam muneris esse uel maxime iudicauī, ut ad uos scriberem, atque ita absens Apostolatu meo apud uos fungerer.

7. πᾶσι — κλητοῖς ἀγίοις) *Omnibus Romae Deo dilectis, qui Christo nomen dederunt.* Post ῥῶμῃ delendum est comma. Ἅγιοι dicuntur Christiani, quemadmodum Iudaei in V. T. כְּהֹנֵן, קֹדֶשׁ, Deo consecrati, Deo cari. χάρις — χριστῷ) *Fauor Dei patris nostri et Iesu Christi, et*

prospera omnia uobis (contingant.) χάρις, *fauor diuinus*, uel tota phrasis χαρ. ὑμῶν ponitur pro: χάριεν, εὐπράττειν. Ἐιρήνη, Ω *prospera omnia*, ut saepe. Verbum πληθυνθείη in eadem formula additur, 1 Petr. I, 2. et 2 Petr. I, 2.

8. πρῶτον μὲν εὐχαρισῶ τῷ Θεῷ μὲν) *Ante omnia, imprimis gratias ago Deo meo*, uel concise dictum pro πρῶτον μὲν θέλω εἰδέναι ὑμᾶς, ὅτι εὐχαρ. τ. θ. μ. *Ante omnia sciat is uelim, me gratias agere* etc. Πρῶτον h. l. non est ordinis particula, respiciens *secundum*, sed intensionis, significans *inprimis*, ut apud Ioseph. Ant. X, 10. 5. Ἐυχαρισεῖν τινι, *gratias agere*, hoc sensu apud bonos Scriptores occurrere, *Krebsius* et *Loesnerus* ad h. l. probant. Scriptores Attici χάριν εἰδέναι usurpant. διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ) i. e. *tanquam Iesu Christi discipulus, s. legatus*. Similis phrasis excat c. II, 26. ubi διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτης νόμου est is, qui *tanquam Iudaeus*, s. quum scriptam legem habeat, et circumcisus sit, tamen uiolat illam legem. Ergo non opus est, ut haec uerba διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ referamus ad τῷ Θεῷ μὲν, et explicemus *quem per et propter Christum ut Deum mihi propitium ueneror*. Ἐπεὶ, i. e. ἕνεκα ὑμῶν. ἢ πίσις ὑμῶν) *Obsequium uestrum erga Iesu doctrinam*. Nam πειθεῖν τινι, s. εἰς τινα, saepe exprimit *obsequium erga doctorem quemuis, qui diuinitus missum se profitetur*, inprimis uero obsequium erga doctrinam Christi. Math. XXI, 25. 32. Io. II, 11. καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ) *Praedicatur* (laudatur) *in toto mundo*, ubicunque nempe sunt Christiani.

9. ὃ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματι μου) *Cui serui* (quem colo) *ex toto animo*, non in speciem, non tantum inter Iudaeos, sed etiam in gentibus, sine studio partium aut commodi. Sic τὸ πνεῦμα ἡμῶν est *animus noster*, Rom. VIII, 16. ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς ὑμῶν αὐτῆς) *In praedicando Evangelio filii eius*. Ἐὐαγγέλιον, *praedicatio Evangelii*. τῆς ὑμῶν, pro περὶ τ. ὑ. Alii ἐν τῷ εὐαγγ. dictum esse uolunt pro : κατὰ τὸ εὐαγγ. *secundum doctrinae Iesu Christi praecipua*; uel διὰ τῆς εὐαγγ. *ui promissorum diuinorum, quae continet doctrina Iesu Christi*.

10. πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου) Haec uerba a nonnullis iunguntur antecedentibus. Tum uero redundaret πάντοτε, quia ἀδιαλείπτως praecessit. εἴπωσ ἤδη — πρὸς ὑμᾶς) *Ut tandem aliquando ea mihi contingat felicitas ueniendi ad uos*. Ἐυοδῶσθαι, ui etymologiae notat, *fortunatum iter habere*, imo et generatim *prosperos habere successus*. Posterior haec notio multo est frequentior, et 3 Io. 2. bis occurrit. Sic saepe apud LXX. interpr. et apocryphos V. T. In testam. 12. Patriarch. ἐάν τις ὑπὲρ ὑμᾶς εὐοδῶται, μὴ λυπεῖσθε. *Si quis uobis fortunatior est, ne lugeatis*. Et tautologicum fere esset, si per εὐοδῶσθαι iter exprimeretur, quod iam per uocem ἐλθεῖν satis significatur.

11. χάρισμα πνευματικὸν est *quoduis beneficium, quod Christiano homini per doctrinam Christianam contingit*. Nam χάρισμα est *beneficium*. Πνεῦμα autem appellatur quicquid facultatis aut notitiae praeter naturae uires contingit. Ergo doctrina euangelica uocatur πνεῦμα, quod hac doctrina diuinitus imbuti eran. Apostoli. εἰς τὸ κηρῶσθαι

θῆναι ὑμᾶς) *Vt confirmemini*, nimirum in ueritate religionis. Marc. XVI, 20. 1 Cor. I, 6. 7.

12. τῦτο — καὶ ἐμὲ) *Hoc autem ita interpretor, ut mutuum inter nos gaudium percipiamus, per mutuam scilicet fidem, uestram simul et meam.* συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῶν) *Vt communis uobiscum gaudii particeps fiam.* Παρακαλεῖσθαι est *gaudere, gaudiis frui*, ut Luc. XVI, 25. Mitigat et mollit, quod prius dixerat, ne suspicarentur, se a Paulo tanquam infirmos contemni. Ego uicissim a uobis fructum, gaudium, et solamen percipiam, ut in amicorum congressibus fieri solet.

13. ἢ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν) *Sciendum autem est.* Nam habet haec phrasis eandem uim, quam ἐκ ἀγνοητέου, uel ἢ δεῖ δὲ ἀγνοεῖν, apud Philonem. ἵνα καρπὸν τινὰ σχῶ) *Vt fructum aliquem consequar.* Nam εἶχειν saepe notat, *consequi, obtinere.* Dionys. Ant. L. VI. τὰ μέγιστα ἔξοντες ἀγαθὰ, *maxima consecuturi bona.* Possset etiam uerti: *Vt fructum aliquem exhibeam.* Sed praestat explicatio modo allata; nam oppido rarum est, ut εἶχειν ponatur pro παρέχειν, sat frequens uero ut notet: *obtinere*; deinde etiam non poterat proprie Apostolus incrementa spiritualia Romanis *afferre*, siue in iis *producere*; at *obtinere* et *consequi* illa poterat Dei beneficio, 1 Cor. III, 6. Sic agricola, qui terrae femina committit, fructum non *exhibet*, aut *affert*; sed Deo dante *impetrat.*

14. ἅλλοσι τε καὶ βαρβάροις) Βάρβαροι sunt populi omnes, qui non Graeci. Βαρβαρόν ἐστιν ὄνομα τὸ ἐκ ἑλληνικῶν, docente Ammonio. Plato Polit. Ἀνθρώπινον γένος δι πολλοὺ δια-
νέμειν,

νέμεσιν, τὸ μὲν ἑλληνικὸν ὡς ἔν ἀπὸ πάντων ἀφαιρῶντες χωρὶς, σύμψασι δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσιν, ἀκείροις ἔσιν — βάρβαρον μιᾷ κλήσει προσείποντες αὐτὸ, διὰ ταύτην τὴν κλήσει καὶ γένος ἔν αὐτὸ εἶναι προσδοκῶσιν. Strabo I. ἐκ ἐπαινέσας τὰς δίχα διαιρέντας ἔπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος, εἰς τε ἑλλήνας καὶ βαρβάρους. Per βαρβάρους itaque Romani etiam intelliguntur. Nec ulla conuicii notio uoci βαρβάρους apud Veteres adhaesit, quae recentioribus demum temporibus ei accessit. Nolim tamen operose disputare, utro nomine h. l. comprehendantur ab Apostolo Romani, an Ἕλλησι annumerentur an βαρβάρους; Vfus uidetur esse hac formula, ad exprimendam uniuersalitatē. σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις) Hesychius: Ἕλληνας, Φρόνιμοι, ἤτοι σοφοί. Βάρβαροι δὲ ἀπείδευτοι. *Cultis et incultis* sc. populis. ἐφειλέτης ἐμὶ) *Debeo*, officia nempe muneris Apostolici, quod mihi mandatum est. *Mirror, Ven. Koppium* potius uertere: *Multis enim diuersissimisque hominum generibus ipse quam plurimum gaudii et solaminis debeo*. Repugnat enim contextus, u. 15. Vulgari interpretationi fauet etiam inf. c. XIII, 8.

15. ἔτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον) i. e. τὸ πρόθυμον με ἐστὶ. *Adeoque paratus sum*. Πρόθυμον substantiue adhibetur, ita ut idem quod προθυμία, *promptitudinem, uoluntatem, desiderium* significet. *Euripid.* Iphig. in Taur. etiam uti nostro loco infinit. habet sequentem. Dicit ibi Iphigenia u. 989. τὸ μὲν πρόθυμον πρὶν σε δεῦρ' εἰλεῖν ἔχω, Ἀργεῖ γενέσθαι, *uoluntatem equidem habui, priusquam huc uenires, Argos proficisci*. Porro κατὰ c. Accus. saepe ponitur pro Genitio, ut εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, pro Ματθαίω. Sic Act. XXVII, 2. τὸς κατὰ τὴν Ἀσίαν τότες, *Inca Asiae*. Thucydides I. I.

τὰ κατὰ Πausανίαν — καὶ Θεμιστοκλείᾳ, *facta Pausaniae — et Themistoclis*. Alii post ἐμὲ posito commate, uertunt: *Quantum quidem in me est, uehementer cupio* etc.

16. ἔ γάρ — χρῖσθ) Versiones antiquissimae, ut et codices optimi et Patres in omittenda uoce χρῖσθ consentiunt. οὐκ ἐπαισχύνομαι, per μείωσιν, pro: *honoris mihi duco* Euangelium praedicare. Iudaei, inquit Apostolus, conuictis me proscindunt, uocantes Apostatam; gentes me uexant; omnes ad mortem ignominiosam me deposcunt. Sed pudorem et contumelias contemno, ut Dominus meus, Hebr. XII, 2. imo haec honorifica mihi esse existimo. Aperte omnia doceo. Contumelias me nec terrent, nec ad silentium redigunt. Ἐυαγγέλιον h. l. est *annunciatio Euangelii, institutio in religione christiana*. δύναμις — πιστεύοντι) *Etenim inest ei uis summa conferendae salutis in omnes, qui crediderint; uel δύναμις, abstr. pr. concreto: insigniter potens uel efficax, uel etiam pro διδαχῇ θεῖα δυναμένη σώζειν*. Hanc uim et efficaciam ducendi nos ad σωτηρίαν, i. e. ad scientiam, tranquillitatem, mentis et uitae emendationem, atque ad sempiternam felicitatem, habet doctrina per ipsum argumentum suum, (Innhalt.) Nunquam potentius Deus id egit, ut hominum animos sanaret, iisque salutem aeternam conferret, quam nunc per Euangelium. Sicut uero medicamentum non prodest, nisi haustum, ita nec Euangelium, nisi fides ei habeatur. Quare addit Apostolus: πάντῃ τῷ πιστεύοντι. πιστεύειν autem h. l. est *religionem christianam suscipere, assensum ei praebere, eaque recte uti tanquam medio salutis efficacissimo*. Ἰσθαίω τε πρῶτον καὶ Ἑλληνι) Post Alexandri M. expeditionem gentiles omnes

a Iudaeis Graeci appellari coeperunt, quia Graecos magis nouerant Iudaei. Quare Syrus h. l. τὰς ἑλλήνας statim gentiles interpretatus est. Iudaeis πρῶτον profuit Euangelii doctrina, quia a Iesu ipso, et deinde ab Apostolis primum Iudaeis annunciandum fuit Euangelium. Act. III, 25. 26. XIII, 46. Hoc et sequenti commate 17. continetur primaria thesis, quam in dogmatica huius epistolae parte tractat Apostolus, quae est haec: *religionem christianam esse medium efficacissimum perducendi quosuis homines qui eam suscipiant, siue sint Iudaei siue Pagani, ad ueram felicitatem et aeternam salutem, nec ad eam rem opus esse amplius Iudaismo.*

17. δικαιοσύνη — ζήσεται) Nam per eam (religionem christianam, εὐαγγέλιον, u. 16.) noua uia adipiscendi felicitatem a Deo promissam aperitur, quae tribuitur propter fidem (fiduciam in Deo repositam) credentibus, (fiduciam hanc habentibus,) ut in hac etiam re ualeat illud, quod scriptum est: *Probus per fiduciam seruabitur.* Est in his uerbis aetiologia prioris commatis 16. Causa nempe indicatur, cur religio christiana agnoscenda sit pro efficacissimo medio salutis. δικαιοσύνη θεῶ, felicitas quam Deus largitur, idem quod comm. 16. σωτηρία, siue etiam absolutio quae fit a Deo. Vide uberiolem uocabulorum δικαιῶσθαι et δικαιοσύνη explicationem infra c. III, 20-22. Ἀποκαλύπτεσθαι, reuelari, manifestari dicitur, quod antea ignotum erat. Igitur uerba: δικαιοσύνη θεῶ ἀποκαλύπτεται, uia noua aperitur ad consequendam felicitatem a Deo promissam, consequendi remissionem peccatorum, fauorem diuinum, mentis tranquillitatem etc. Ἐν αὐτῷ, sc. εὐαγγελίῳ, per

per religionem christianam. Πίσιν autem, quae ex parte hominis requiritur, esse fiduciam in promissionibus diuinis reponendam, patet ex loco Habacuci, qui statim additur, et ex uberiore Apostoli tractatione c. III, 20. sqq. Opponitur persuasioni Iudaeorum, qui se propter sua merita et Iudaismi obseruationem consequi posse δικαιοσύνην Θεῷ, putabant, quae opinio in sequentibus refellitur. Ἐκ πίστεως, *propter fidem*, ut hebr. יְד. Ita statim in sequentibus sumitur. Ἐς πίσιν, *credentibus*, s. *in credentes*. Sic etiam Gal. III, 23. ἡ πίσις sumitur pro πισεύοντες, ad similitudinem uocum ἀκροβυστίας et περιτομῆς. Ven. Koppe uerba ἐκ πίστεως εἰς πίσιν recte refert ad δικαιοσύνην, et εἰς πίσιν pro ἐπὶ πίσει accipiendum, supplendumque δοθεῖσα existimat, ut sit popularis loquendi modus, quo solemus repetere ea, in quibus insignem quandam uim ineffe significare uolumus, ut Rom. VI, 19. 2 Cor. II, 16. Io. I, 16. Sensus: *Nulli alii rei nisi fidei* tribuenda est felicitas a Deo hominibus constituta. Aliis δικαιοσύνη Θεῷ h. l. est iustitia et aequitas Dei, rectoris et gubernatoris mundi, quae ante promulgationem Euangelii nondum in clara luce posita erat. Iudaeis enim impositum erat onus durum; gentes uero uidebantur plane negligi: tantum inter Iudaeos et Gentes discrimen erat, ut non eiusdem regis subditi, nec eiusdem patris filii esse uiderentur. Doctrina demum Christi Deum absoluit, quia ex ea intelligitur, Deum esse aequum, iustum et bonum erga omnes. *Origenes*: Iustitia enim Dei in Euangelio reuelatur per id, quod a salute nemo excipitur, siue Iudaeus, siue Graecus, siue barbarus ueniat. Cf. c. II, 11. III, 4. 21. 22. 26. 29. 30. Sed priorem explicationem praefero. καθὼς γέγραπται, *ut hic etiam ualeat, et recte applicari possit*

possit illud, quod scriptum est. ὁ δὲ δίκαιος ἐν πίστεως ζήσεται) Pius per fidem (et fiduciam in Deo repositam) feliciter erit, et beatus. Nam ζῆν ex hebraismo saepe notat felicem esse. Locus est Habac. II, 4. Quod ibi Propheta de liberatione Iudaeorum Deo confisorum ab inuasionem Babylonica scripsit, id potiori iure de salute aeterna, quam Deus omnibus Christo credentibus collaturus est, dici potest. Ponit ergo Apostolus praestantiam religionis christianae in eo, quod ea nobis uiam monstrat consequendi fauorem Dei et ueram felicitatem, et quidem nullo habito respectu ad propria hominis merita, siue legis obseruationem, qua gloriabantur Iudaei. Cuius beneficii magnitudinem ut populari quadam ratione declaret, exorditur orationem describenda hominum, quales tum erant, improbitate, gentium quidem c. hoc I, 18 - 32. Iudaeorum autem II, 1 - 24. Ex quo patet homines in se non esse dignos fauore Dei, sed poenis.

18. Ἀποκαλύπτεται — κατεχόντων) Deus enim maiestate plenus manifesto modo animaduertit in quaeuis peccata et scelera eorum hominum, qui ueritatem improbe impediunt. Ὁργὴ θεῶ est nexus incommodi cum male factō. Deus nempe discrimen boni malique sanxit, annexis bono commodis, malo incommodis, ut homines illud discrimen experirentur. Hoc ita esse exemplis et Profanorum et Iudaeorum ostendit Apostolus in sequentibus. Ἄτ' ἐρανῶ, iunge cum θεῶ. Pl. XIV, 2. Pl. II, 4. 5. Ἀποκαλύπτεται, manifestatur. Ἀσεβεία, peccata, quae directe in Deum feruntur. Ἀδικία, peccata aduersus homines. Aliis sunt synonyma, quibus exprimuntur flagitia omnia, siue illa cultu idolorum,

sive aliis uitis et sceleribus contineantur. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων) *Qui ueritatem improbe impediunt*, i. e. improbis moribus suis impediunt uim religionis, ne se exferere queat. *Die das Gefühl des Wahren boshafter Weise unterdrücken.* Nam omnis sensus honesti et boni malis moribus sensim opprimitur. Κατέχειν h. l. est *impedire*. Hesychius: κατέχειν, κρατεῖν, κωλύειν, συνέχειν. Ἀλήθεια, ΠΝΝ, *omne uerum*, uel potius sensus ueri et honesti, siue illud natura, siue reuelatione homini innotescat. Ἐν ἀδικίᾳ, uerte aduerbialiter: *improbe, malitiose*. Quomodo malitiose opprefferint sensum ueri et honesti gentiles et Iudaei statim ostendit Apostolus.

19. διότι τὸ γνωστὸν τῷ Θεῷ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς) *Siquidem notitia Dei manifeste est inter eos*; i. e. facile possent cognoscere Deum, si uellent. Amat Paulus adiectiua neutrius generis loco substantiuorum. Sic τὸ χρηστὸν τῷ Θεῷ, Rom. II, 4. Cf. etiam c. VIII, 3. IX, 22. I Cor. I, 25. Ἐν αὐτοῖς, (c. εἴθεσι. Ἐν uel redundat, ut saepe hebr. כ, uel uertendum *inter*, ut I Cor. XI, 19. Phil. I, 13. φανερόν, idem est quod ἀποκαλύπτειν, hebr. הלא, Ierem. XXXIII, 6.

20. τὰ γὰρ ἀόρατα — Θεότης) Sensus est: *Quae enim (in se) conspici non potest aeterna ipsius uis et diuinitas, conspicitur tamen inde a mundo condito, e rebus creatis intellecta.* Manifestum est enim: uerbis: ἦτε ἀίδιος etc. explicari, quaenam sint τὰ ἀόρατα τῷ Θεῷ. Aristoteles de Mundo, VI. πάση θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος, ἀτ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται ὁ Θεός. Cic. Tuscul. I, 29. *Deum non uides, tamen — Deum agnoscis ex operibus eius.* Ἀπό

κτίσεως κόσμου, i. e. ἐξ ἧς ἐκτίσθη ὁ κόσμος, Io. XV, 27. Matth. XIII, 35. τὰ ποιήματα, i. e. ἔργα, uniuersa rerum natura, gubernatio gentium singulorumque hominum etc. Νοίμενα καθορᾶται, mente animoque cernuntur. Δύναμις καὶ θειότης, sunt synonyma, וְכֹבֹד יְיָ, diuina eius maiestas. Vid. Kopp. in h. l.

21. γυνοτες τὸν θεόν) *Quum potuissent cognoscere Deum.* Verbum, quod actionem notat, de facultate s. potestate agendi saepe est intelligendum, e. g. Matth. VII, 16. XII, 31. Deinde etiam Pagani cognouerunt quidem existentiam Dei creatoris, sed non coluerunt eum ut Deum, ut statim dicitur. *Chrysiippus* apud *Ciceronem* de natura Deorum: (Lib. II. c. 6.) *Si est aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod uis, quod potestas humana efficere non possit: est certe id, quod illud efficit, homine melius. Id autem quid potius dixeris, quam Deum?* Ibid. c. 2. *Quid potest esse tam apertum, tamque perspicuum, quum coelum suspeximus, coelestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo haec regantur?* Adde insignem locum Lib. II, c. 37. *Si essent, qui sub terra semper habitauissent etc.* ὡς — εὐχαρίστησαν) *Non tanquam Deum pie coluerunt, siue adorarunt.* Δοξάζειν, colere propter ipsas numinis uirtutes, hebr. כָּבַד Ies. XLIII, 23. Ἐυχαρισεῖν, colere propter beneficia in nos collata; quare, ut hebr. בָּרַךְ ad ipsam pietatem uniuerse spectatam transfertur. Ipse Deus κατ' ἐξοχήν dicitur בָּרוּךְ, ὁ εὐλογητός, i. e. numen adorandum. ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν) *Sed in idolatriam prolapsi sunt, opiniones suas peruersas secuti.*

Ματαιῶσαι conferri potest uel cum hebr. **לִּהְתַּחַלֵּל** *decipi re uana*, uel cum **לִּשְׂכַּח** *stuite agere*. Vtrumque saepe a Prophetis refertur ad idololatriae uanitatē. Sicut **μάταια**, hebr. **לִּהְתַּחַלֵּל** saepe sunt *idola*, quippe uana, ita etiam **ματαιῶσαι** dicitur de idolorum cultu et cultoribus, e. g. 2 Reg. XVII, 15. Ierem. II, 5. **Διαλογισμοί**, uocabulum **μίσους** h. i. in malam partem dicitur. **ἰσοτισίθη** — **καρδία**) *Craffis* (ignorantiae) *tenebris circumfusa est stupida mens eorum*. Vere dictum Prou. XIX, 3. *Stultitia hominis peruertit uiam eius*. i. e. mores corrumpit. Hoc praecipue ualet de idololatriae stultitia, quae impietatem et mores pessimos attulit.

22. **φάσκοντες** — **ἰμωράνθησαν**) *Quum sapientes se esse existimarent, fatuos se esse declararunt*. **φάσκειν**, *haberi uelle*. Aristoph. in Ran. Act. III. Scen. 1. sub init. **ἔτι δ᾽ ἄλλος ὢν ἔφασκεν εἶναι δεσπότης**, *quod quum seruus esses, herum te uenditares*.

23. **καὶ ἠλλάξαν τὴν δόξαν κ. τ. λ.**) *Et commutarunt maiestatem Dei immortalis cum simulacris mortalium hominum etc. Pro Deo immortalis coluerunt simulacra hominum etc.* Similes locutiones uide Pf. CVI, 20. Ierem. II, 11. **Δόξα θεῶν**, gloriosus Deus. **Ἄφθαρτος**, immortalis, 1 Cor. XV, 12. **Ἐν**, sicut hebr. **עִם** denotat *cum*. **Ὁμοίωμα εἰκόνοσ** idem est ac **εἰκόνισμα καὶ εἰκὼν** uel genit. **εἰκόνοσ** pro adiect. **εἰκονικόν**, *simulacrum iconicum*, Sueton. effigies ad uinum factae. *Aegyptii, Graeci et Romani*, quo magis sapientiam suam iactitabant, eo stultiorem omnis generis idololatriam sectati sunt. E genere τῶν ἐρπετῶν inprimis notandus est cultus *crocodilorum*, apud Aegyptios usitatus,

de quo *Philo*, legat. ad Cai. p. 566. Apud Philosophos atque politiores homines, i. e. Romanos uidetur praecipue ueritas et uirtus inueniri debuisse; at illi ab utraque aberrarunt, et turpiter officium erga Deum, erga semet ipsos, et erga alios neglexerunt.

24. διδὸν καὶ — ἀκαθαρσίαν) *Quapropter permittit Deus, ut turpibus cupiditatibus (obsequentes) in uitam impuram prolaberentur.* Παραδιδόναι sicut hebr. (פָּרַד), interdum est *permittere*. Act. VII, 42. Erat nempe uulgaris Hebraeorum, ut omnium gentium et hominum subtiliori philosophiae haud adsueta opinio, quicquid fit, siue bonum id fuerit siue malum, tribuendum esse Deo. Recte ita statuitur, quatenus natura hominis, quae Deum habet auctorem, ita est comparata, ut ex uno peccato plura consequi soleant; ut unum peccatum plura post se trahat. Ἀκαθαρσία, uita impura, saepe cum πορνεία et ἀσελγεία coniungitur, 2 Cor. XII, 21. Gal. V, 19. Eph. IV, 19. Ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις siue pro κατὰ τὰς ἐπιθ. ut uerba παρέδωκεν εἰς ἀκαθ. iungantur, siue, ἐν pro εἰς, hebr. more, pro: εἰς τὰς ἐπιθυμίας τὰς μάλιστα ἀκαθαρτάς. Historia teste scimus, gentes profanas plerasque in innumera scelera esse prolapsas, hisque flagitiis per idololatriam datam esse occasionem. Non negat tamen Apostolus, uitiorum origines ex aliis etiam causis esse repetendas. τὸ ἀτιμάζεσθαι — ἑαυτοῖς) *Vt ipsi corporibus suis dedecus inferrent.* Ἐν ἑαυτοῖς, per sese, sua sponte, cogente nemine. 1 Cor. VI, 18. Contumelia afficit corpus, qui eo abutitur contra naturam.

25. οἵτινες — ψεύδαι) *Qui Deum uerum, i. e. cultum Dei ueri commutarunt cum mendaciis, i. e. cum idolis eo-*

rumque cultu. Ἀλήθεια τῷ Θεῷ, pro Θεὸς ἀληθείας et ψευδός, קרשׁ ut Ierem. XIII, 25. Ies. XXVIII, 15. et aliis locis, est Deus falsus, eiusque cultus religiosus. καὶ ἐσεβάσθησαν — κτίσαντα) *Et uenerati sunt et coluerunt creaturam magis quam creatorem.* Hoc sensu παρὰ aliquoties apud Iosephum, e. g. Ant. XVII, 10, 6. de Simone quodam, Herodis seruo: ἕτος εἶναι ἄξιός ἐπίστας παρ' ὀντινῶν, se *magis* dignum, *quam* alios existimaret. Ant. XVIII, 1, 5. XIX, 2. 5. Scilicet loquitur Apostolus de iis Gentilibus, qui non in aeque magna coecitate et εἰδωλομανία, uti ceteri fere, uersarentur, sed una cum idolis suis uerum etiam Deum colerent, ita tamen, ut iis cultus plus uenerationisque, quam huic praestarent. Σεβάσθαι, pro uulgari σέβασθαι, *religiose colere.* ὃς εἶσιν — αἰῶνας) *Qui est laudandus in aeternum.* Δοξολογία, frequens Hebraeis, sed praecipue usurpari solita, ubi aliquid narratur, quod factum dictumue sic contra maiestatem Dei. In medio sermone Paulus testatur, quantopere idololatriam auerfetur.

26. διὰ τῶτο — ἀτιμίας) *Quapropter Deus permittit eos foedis cupiditatibus, uel amoribus.* Πάθος, *affectus* h. l. est nefarius amor ueneruus, ut sequentia docent. Vnde *Pathici sunt foedae libidini dediti.* Carm. Priap. *Cui mens est pathicae memor puellae.* αἱ τε γὰρ θύλειαί — παρὰ φύσιν) *Foeminae eorum commutarunt usum naturalem (corporum suorum) cum eo qui est contra naturam.* Μετήλλαξαν cum particula εἰς, eodem sensu, quo id uerbum sequente ἐν bis habuimus, quia Hebraei □ ponunt, quod et per εἰς et per ἐν uertitur. Vocem χρησις, *usus*, in eodem argumento usurpat Ocellus Lucanus de *uniuers.* c. 4. ubi utile

utile esse dicit, si sero discat iuuenis, τὴν τῶν ἀφροδισίων
 χρησιν. *Aeschines* in *Timarch.* τις ἐκ ἀπαιδευτος εἶναι δόξη,
 τῇ μὲν γυναικὶ κατὰ φύσιν ἀμαρτανύσῃ χαλεπαίνου, τῷ δὲ
 παρὰ φύσιν ἑαυτὸν ὑβρίσαντι συμβίβῳ χρώμενος; *Ouid.* *Metam.*
 IX. u. 724. Ardetque in uirgine uirgo etc. *Lucianus*
Dial. Meretric. V. τοιαύτας γὰρ ἐν Λέσβῳ λέγῃσι γυναῖκας, ὑπὸ
 ἀνδρῶν μὲν ἐκ ἐφελύσας, αὐτὰ πάσχειν, γυναιξὶ δὲ αὐτὰς πλησιαζέ-
 σας, ὥσπερ ἄνδρας. *Mulieres frivolas* commemorat *Ter-*
tullianus de *Pallio.*

27. δι' ἄρσενες — ἀλλήλους) Ἐξεκαύθησαν, *exarserunt*, aestu
 foedae libidinis correpti. *Virgil.* *Eccl.* II, 1. Formosum
 pastor *Corydon ardebat* *Alexin.* *Seruius*: impatienter dili-
 gebat. Ἐν τῇ δρῆξει αὐτῶν, *uehementissima cupiditate*
agitati. Ὅρεξιν uocat, quod paulo ante ἐπιθυμία. Non
 enim amoris nomen meretur talis cupido. ἄρσενες — κατερ-
 γαζόμενοι) *Mares cum maribus turpia patrans.* *Heraclides*
 de *Politiis*, dicit de *Cretensibus*: ταῖς δὲ πρὸς τὰς ἄρσενας
 ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις πρῶτοι κεχρησθαι, καὶ ἐκ αἰσχροῦν παρ' αὐτοῖς
 τῆτο. Quantopere puerorum amoribus insanierint *Romani*
 non *Imperatores* solum, uerum etiam ciues, docere possunt
Suetonius, *Tacitus*, *Horatius*, *Iuuenalis* et *Artemidorus.*
Sueton. *Ner.* 28. *Puerum Sporum exsexis* testibus etiam
in muliebrem naturam transfigurare conatus cum dote et
flameo persolenni celeberrimo officio deductum ad se pro
uxore habuit. *Extatque cuiusdam non inficetus iocus,*
bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius pater ta-
lem habuisset uxorem. καὶ τὴν ἀντιμισθίαν — ἀπολαμβάνον-
 τες) *Dignum erroris in seipsis receperunt praemium.* Τῆς
 πλάνης, i. e. idololatriae. Nam quae a Diis facta narrant,

non mirum si et ipsi faciant. Deinde etiam libido Romanos steriles reddidit, ita ut *ius trium liberorum* lege Papia fancitum fuerit.

28. καὶ καθὼς — ἐπιγνώσει) *Et quemadmodum noluerunt Deum accuratius cognoscere.* Δοκιμάζειν, adiuncto τῷ ἐκ, Graecis eleganter est *nolle*. Iosephus A. II, 7, 4. τὰ μὲν ἔν δνόματα δηλώσαι τῶν ἐκ ἐδοκίμαζον, *nomina illorum nolui recensere*. Potest tamen propter ea quae sequuntur: εἰς ἀδόκιμον ἔν, phrasis ἐκ ἐδοκίμασαν uerti: *non dignum iudicarunt*, ut in uertendo seruetur paronomasia. Vid. Ven. Koppe ad h. l. Θεὸν ἐν ἐπιγνώσει ἔχειν idem est quod Θεὸν ἐπιγνώσκειν. Nam Verbum ἔχω, cum quadam Praepositione constructum, reddendum est cum suo casu per illud Verbum, ad cuius significationem expressum nomen proxime accedit. Sic u. c. ἔχειν τινα ἐν ὀργῇ eleganter dicitur pro ὀργίζεσθαι τινα, *alicui irasci*; ἔχειν ἐν αἰτίαις τινῶν, pro αἰτιάζεσθαι τινα, *accusare aliquem*. παρέδωκεν — ἔν) *Ita Deus tradidit eos in mentem reprobam*, i. e. permittit, ut ad mentis peruersitatem delaberentur. De uerbo παρέδωκεν uide supra ad u. 24. Hesychius: Ἀδόκιμον, πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον. Dicitur proprie de metallis, s. nummis haud probis, νόμισμα ἀδόκιμον. Unde translate ἀδόκιμος *ineptum et peruersum* denotat. τὰ μὴ καθήκοντα) *Indigna quaeuis facinora.* 2 Macc. VI, 4. Ποιεῖν, quod antecedit, pro: εἰς τὸ ποιεῖν.

29. πεκληρωμένως πάση ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ) Πονηρία, quod editiones post ἀδικία exhibent, recte omittitur a recentioribus Criticis; deest enim in nonnullis codicibus, et a contextu huius loci est alienum. Recensentur uitia,

uitia, quibus iniuria infertur aliis, eaque exprimentur tribus uocibus: ἀδικία, πονηρία, κακία, interiecta uoce πλεονεξίας, quae causam simul omnis ἀδικίας continere solet. Aucta sunt synonyma, ut omnis flagitiorum ambitus exhauriretur: iniustitia, astutia, cuiusuis generis malitia. Πλεονεξία, habendi cupiditas, Habsucht. Κακοήθεια, malignitas, maleuolentia, q. d. κακὸν ἐν τῷ ἤθει, malum aliquid in ipsa hominis indole. Innuit studium aliis astu, occulte et sub amicitiae specie nocendi. Praesertim haec malignitas studium inuoluit et habitum dicta et facta aliorum sinistre interpretandi. Ioseph. Ant. XVI, 3. 1.

30. ψιθυριστὰς) *Sufurrones*, i. e. homines, qui crimina et uitia aliorum uel uera uel ficta in clandestinis colloquiis diuulgant, et aliis quasi in aures *insufurrant*. Si Themistius orat. 21. explorat. de Carione dicit, illum nonnisi eo consilio in domos ingressum esse, ἵνα λαλήσῃ καὶ ψιθυρίσῃ, καὶ διαβάλλῃ, ut loquatur, ut insufurret, ut calumniatur. κατὰλάλης) *Calumniatores*, qui absentes perstringunt. Cic. pro Flacco, 3. in *maledicentissima ciuitate*. Θεοσυγεῖς, ὑβρισταῖς) *Impios*, uel potius: *Deo infestos*, in homines iniuriōs. Sic apud Iosephum A. I, II. 1. Sodomitae describuntur ut tales: εἰς τὰ ἀνθρώπους ὑβρισταί, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀσεβεῖς, in homines erant contumeliosi, et in numen diuinum impii. ὑπερηφάνεις, ἀλατόνας) *Superbos*, *gloriosos*. Theophr. Ch. 34. ἔστι δὲ ὑπερηφάνεια καταφρόνησις τις πλὴν αὐτῆ τῶν ἄλλων. Aristophanes Equit. 269. ἄλαζών. Schol. δ μεῖζονα τῆς ἑαυτῆ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονῶν. Plautus II, 19. *Alazon* graece huic nomen est Comoediae — Id nos latine gloriosum dicimus. ἰφουρετὰς κακῶν) *Scelerum in-*

uentores, i. e. explicante Theodoreto, qui non solum mala vulgo usitata patrant, sed etiam alia excogitant. 2 Macc. VII, 31. Tacitus A IV. 11. *Seianus facinorum omnium repertor habebatur*. Aen. II. 161. *Scelerumque inuentor Vlixes*.

31. ἀσυνέτης) *Stolidos*. Quum iuniores parentibus non obedirent, omnes autem arrogantes essent, nec monitoribus aurem praeberent, consequens est, insipientes et stolidos fuisse, eoque stolidiores, quanto ipsi sibi sapientiores uidebantur. C. III, 1. ἀσυνθέτης) *Perfidus*, qui foedera uiolant. *Hesychius* et *Suidas*: ἀσυνθέτης, μὴ ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις, μὴ συντεθειμένους. ἀσόργος) *Amoris expertes*, etiam erga liberos. *Hesychius*: ἀσόργος, μὴ ἀγαπώντας τινα. *Athenaeus* XIV. οἱ καλούμενοι ὄρνιθες μελεαγρίδες — ἕσι δὲ ἄσοργον πρὸς τὰ ἔκγονα τὸ ὄρεον, καὶ ἀλιγορεῖ τῶν νεωτέρων. Romani liberos, si numerus grauis uideretur, aut tolli uetabant, aut iubebant exponi, idque impune; nam et ideo in *lege Pompeia de parricidis* pater, filiam enecans, non comprehenditur. *Petronius* 116. In hac urbe nemo liberos tollit, quia quisquis suos haeredes habet, nec ad coenas nec ad spectacula admittitur. ἀσπόνδος) *Hesychius*: ἄσπονδοι, ἄγριοι, ἐχθροὶ, καὶ μὴ μνημονεύοντες φιλίας ἢ διαθέσεως, ἀδιάλλακτοι. *Glossar*. ἀσπόνδος, παραβαίνοντας τὴν μεθ' ὀρκωμοσίας ἀσφάλειαν. Foedera temere et nulla de causa rumpunt: at bella aeterna gerunt.

32. τὸ δικαίωμα τῆς θεῆς) *Dei ius puniendi*, ὕψων, uel sententia iudicis decretoria. Partim per rationem, partim per traditionem ius est inscriptum humanis mentibus, recte puniri, qui grauia delinquant. Τοιαῦτα, tum ante enumerata,

rata, tum istis familia. ἀξιοί θανάτου) *Digni poena*; digni qui misere pereant. C. II, 9. Gen. II, 17. Ezech. III, 17. sqq. Haecenus descripserat Apostolus mores Ethnorum, quales isto tempore maxima ex parte erant. Progreditur nunc c. II. ad Iudaeos, et ostendit plerosque eorum non meliores illis fuisse.

CAPUT II.

1. Διδ) H. 1. est particula transitiva; pro ἀλλὰ δι' αὐτὸ τῆτο. ὃ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων) Sc. τὰ ἔθνη. *Homo Iudaeae, qui damnas gentiles.* Per hominem Paulus intelligit Iudaeos, quod non minus diferte com. 17. 27. quam res ipsa docet; apud ipsos enim aduersus omnes alios hostile odium erat, teste Tacito Hist. V. 5. ex quo proflebat, ut gentes omnes Deo exofas et ab eo tandem perdendas crederent; quod nec Philosophi, nec gentes aliae, nec eorum magistratus fecerunt. ἐν ᾧ γὰρ — κατακρίνεις) *Dum enim iudicium fers de alio, temetipsum condemnas.* Ἐν ᾧ, dum. Cf. infra c. XIV, 4. 10. Κρίνειν est idem quod κατακρίνειν, reum poenisque diuinis dignum declarare.

2. ὀίδαμεν — πράσσοντας) *Scimus autem, (nempe nos Iudaei,) iuste puniri a Deo haec talia facientes.* τὸ κρίμα, ἔθνος, poenae. τὸ κρίμα τῷ θεῷ ἐστὶ ἐπὶ etc. more hebr. pro κριθήσονται παρὰ θεῷ etc. Κατὰ τὴν ἀλήθειαν, i. e. ἀληθινόν, ueritati consentaneum, ab omni partium studio alienum.

3. ἔτι σὺ — τῷ θεῷ) *Te effugere posse poenam diuinam, propterea, quod Iudaeus sis.* Vetus est Iudaeorum error,

error, quem etiamnum retinere solent, ut praecipuam populi sui dignitatem comminiscantur, propter quam fieri non possit, ut Israelita aequae ac gentilis homo a Deo damnetur, dummodo scilicet *ritus legis* studiose coiuerit. Matth. III, 9. Io. VIII, 33. Gal. IV, 21. etc.

4. τὸ πλεῖν τῆς χρηστότητος) *Magnam benignitatem.* Sic רב רחמים Pf. V, 8. CVI, 7. et רב רחמים Pf. LXIX, 17. In sequentibus ἀνοχή est *patientia* diuina, qua Iudaeis in tot tantisque peccatis indulgit, et μακροθυμία est lenitas, qua Deus poenas distulit. ἀγνοῶν) *Non confiderans*; nam ὑπὲρ hebraeum saepe est attendere. ὅτι τὸ χρῆσθαι — ἀγνοῶν) *Quod benignitas Dei te ad poenitentiam flectit.* τὸ χρῆσθαι, adiectiuum neutr. pro Substantiuo, ut c. I, 19. Ἐἰς μετάνοιαν ἄγειν, *ad poenitentiam impellere, flectere, ducere.* Iosephus Ant. IV. ἐπειράτο τὰς νέας ἐπινοοῦσθαι, καὶ εἰς μετάνοιαν ἄγειν, ὧν ἔπραττον, *ad saniozem mentem reducere.* Tu alios omnes crudeliter damnas, dum Deus omnes benignitatis suae diuitias in te effudit, nec tantum peccanti breues inducias concedit, sed longa patientia ad se inuitat.

5. κατὰ δὲ — καρδίαν) Referenda haec sunt ad ἀγνοῶν ὅτι. Nounne consideras, *quod per duritiem tuam* etc. Κατὰ σκληρότητα, pro σκληρότητι, uel διὰ σκληρότητος. Θεσσαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν) *Auges tibi poenam*, sc. infligendam. Philo II. Alleg. p. 80. D. εἰσὶ ὡσπερ ἀγαθῶν, ἔτω καὶ κακῶν παρὰ τῷ θεῷ Θεσσαυρολ. Deut. XXXII, 33. 35. Ὁργὴ h. l. *poenam* designat, quam Deus ut iustus iudex infligit. C. III. 5. XII, 19. XIII, 5. Similiter et Profani. Demosthenes adu. *Midian*: τῷ δράσαντι δ' ἐκ ἑαυτοῦ τὴν ὀργήν,

ἀνθ' ἑκων, ἀντ' ἀκων, ἔταξεν ὁ νόμος, *fonti autem lex non eandem poenam statuit, siue uolens, siue inuitus fecerit. ἐν ἡμέρᾳ* -- θεῶ) *Tempore, quo Deus in conspectu omnium iustas exiget poenas.* Καὶ ἀποκαλύψεως, pro: ἐν ἧ ἀποκαλυφθήσεται ἡ δικαιοκρισία τοῦ θεοῦ. De poenis post mortem corporis esse fermonem, dubio caret.

6. ὃς ἀποδώσει — αὐτοῦ) *Nihil planius: Bonis factis bona, malis factis mala Deus reddet.* Hoc interest, quod poena non potest per iniustitiam excedere mensuram criminis, praemium autem, si accedat dantis liberalitas, potest esse maius, quam quantum facta per se ualeant.

7. τοῖς μὲν — ζητῶσι) *Illis quidem, qui perpetuo uirtutis studio gloriam et honorem et immortalitatem (uel honorem immortalem) quaerunt.* Κατ' ὑπομονήν h. l. est idem quod δι' ὑπομονήν, et iungendum cum ἔργα ἀγαθῶν. Tum uero ὑπομονή, quod proprie expectationem significat, ponitur hic pro *constantia*, quemadmodum ὑπομένειν est *perseuerare*, Matth. X, 22. Ἔργα ἀγαθῶν, pro ἔργων ἀγαθῶν, quod admodum frequens est, ubi rerum aliquarum uniuersitas significatur. Est igitur ὑπομονὴ ἔργων ἀγαθῶν, *constans uirtutis studium.* Δόξα καὶ τιμὴ κ. ἀφθαρσία, est periphrasis felicitatis aeternae, quae ob honorem fauoris diuini, quo pii fruuntur, et perpetuam durationem erit maxima. ζῶν ἁιώνιον) Sc. ἀποδώσει. *Felicitatem aeternam dabit.* Huius rei nos certos plane fecit Euangelium, uel eo solo nomine faciendum maximi.

8. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας) Sc. ἔσι. *Contentiosus, h. e. renitentibus, immorigeris.* Intelliguntur nempe h. l. ii, qui
 repu-

repugnant Deo, eiusque institutis atque praeceptis, ex hebr. **מרמ**, quod LXX. haud raro uertunt: ἐρεθίζειν τῷ θεῷ, ἐρεθίζειν τ. θεόν. I Sam. XII, 14. 15. Deut. XXI, 20. ἀπειθεῖσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ) *Non obsequentibus ueritati*, i. e. rectae rationis et reuelatae religionis dictatis. Τῇ ἀδικίᾳ, *improbituræ*. Suidas: ἀδικία παρὰ τῷ ἀποσώλῳ ἢ τῶν Ἐιδώλων ἀπάτη. Alii tamen rectius intelligunt *quamuis improbitatem*, ut c. I, 18. θυμὸς καὶ ὀργὴ) *Ira saeuia*, i. e. per metonymiam, *poena grauissima*, sc. ἀποδοθήσεται, *imminet*. Ammonius: θυμὸς μὲν ἐστὶ πρόσκαιρος ὀργὴ δὲ πολυχρόνιος μνησικακία.

9. θλίψις καὶ στενοχωρία) *Miseria summa*. Inuerso ordine Deut. XXVIII, 53. 55. 57. est **מצור ומצוק**, ubi LXX. uertunt: στενοχωρία καὶ θλίψις. Στενοχωρία est proprie *angustia loci difficilis permeatu*. Deinde uero ut hebr. **צר**, et lat. *angustia* transfertur ad animum, et quemlibet summae miseriae sensum. Cf. Ies. XXX, 6. ἐπὶ πᾶσαν — ἔλληνοσ) *Homini cuique, qui mala patrarit, imprimis Iudaeo, sed etiam Gentili*. ψυχὴ, **נפש** h. l. pro *persona* sumitur, ut apud Hebraeos saepe. Κατεργάζεσθαι τὸ καινόν, *uitiis deditum esse, scelestè uiuere*. Ἰσδαίῳ τε πρῶτον) Sicut Iudaeum in priuilegiis praeposuerat Apostolus, I, 16. sic et eundem praeponit in poenis: id enim exigit ratio, ut qui plus accipit, eo plus crucietur, si beneficio non responderit. Luc. XII, 47.

10. εἰρήνη) *Felicitas*, omnia bona, **שלום**. Ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθόν, *uirtuti studere, honeste uiuere*. Ἰσδαίῳ τε πρῶτον) Quod tamen non ita capi uult Apostolus, ut uulgo intelligi solebat, quasi *Iudaei omnes* propter genus ab Abrahamo

hamo ductum, dummodo ritus lege praeceptos diligenter coluerint, felicitatis aeternae participes futuri sint; sed quod Iudaei, quibus reuelata erat uoluntas Dei, facile superare poterant gentiles in uirtutis et honesti studio. Quare addit, quae u. 11. sequuntur.

11. εἰ γὰρ — θεῶ) *Etenim Deus ab omni partium studio est alienus.* Cf. Act. X, 34. 35. Personam respicere dicitur, qui in iudicio aliud respicit, quam quod in iudicium uenit, e. g. externam quandam dignitatem, amicitiam etc. Hebraica phrasis, quam Hellenistae imitati sunt, est פְּנֵי אֱלֹהִים. Deus, quum iudicat, non originem respicit, non natales, aut externam hominis conditionem, sed uitam.

12. θεοὶ γὰρ ἀνόμως ἡμαρτον) *Quicumque enim legem (a Deo reuelatam) non habentes uitiose uixerunt.* Poterant obicere Iudaei: Paganos nec uirtuti studere, nec salutem consequi posse, utpote qui non haberent legem scriptam. Quibus respondet Apostolus u. 14. omnino etiam Paganos habere notitiam recti et boni. Ἀμαρτάνειν hic ut saepe alias de habitu est intelligendum; *uitiis indulgere, scelestam uitam agere.* Ἀνόμως hic ualeat כִּאִן הוֹרָה, *qui non habet legem, eam nempe, quae a Deo uoce, aut scripto publicata est.* Id culpam non tollit quidem, sed minuit. Luc. XII, 43. 48. ἀνόμως καὶ ἀπολλύονται) *Etiam absque lege peribunt, i. e. quamuis legem scriptam non habuerint, tamen peribunt, nec proderit ipsis legis scriptae incitiam.* Non ita peribunt, ut, qui per legem et iuxta eandem damnantur Iudaei. Luc. XII, 47. 48. Minorem poenam sentient. Sed peribunt tamen condemnati secundum aliam normam

normam quam quae in religione reuelata continetur. Quae uero illa norma fit, statim declarat Apostolus. καὶ ἔσοι ἐν νόμῳ ἡμαρτον) *Quicumque legem (a Deo reuelatam) habentes, uitiose uixerunt.* Ita ☐ saepe ponitur Hebraeis. Ideo, quod hic et III, 19, dicitur ἐν νόμῳ, infra u. 14, explicatur ἐθνη νόμον ἔχοντα. διὰ νόμους κριθήσονται) Grauibus suppliciiis addicentur, lege eos conuincente, quam non obseruarunt etiam in potissimis et facillimis obseruatu. Moses eos accusabit, Io. V, 45.

13. εἰ γὰρ — δικαιωθήσονται) *Non enim ii, qui legem (tantum) sciunt, Deo probantur, s. probi a Deo reputantur, sed qui eam obseruant.* De significatione uerbi δικαιῶν infra plura dicemus. Refellitur hic pestilens Rabbiorum sententia, docens, omnem, qui Iudaismum profitetur, quomodocunque uixerit, partem habiturum in futuro seculo. Ceterum ἀκροαταὶ τῶ νόμου sunt non solum *auditores*, sed et *lectores* legis, ut apud Ioseph. Ant. V, 1. 26. *legum diuinarum periti.* Ob librorum manuscriptorum raritatem, pierique audiendo sibi familiares reddere debebant libros sacros. Sunt autem, quae comm. 13. continentur, per parenthesin dicta.

14. Ostendit Apostolus, iuste puniri gentiles, qui legem reuelatam non habentes, flagitiose uiuunt. φύσει τὰ τῶ νόμου ποιῆ) *Natura duce faciunt ea, quae praecipit lex* (sc. Iudaeis.) Quum φύσις hic opponitur νόμῳ, non significat ingenium praua educatione corruptum, sed usum rectum rationis, cuius facultas homini agnata est. Sic τὸ δίκαιον φύσει, et τὸ δίκαιον θέσει distinguit Aristoteles, ac Iurisperiti ius naturale ac ciuile. ἔστωι νόμον μὴ ἔχοντες) Repetitum maior-

maioris evidentiae causa, ex eo, quod praecesserat. Et neutro nomini additur masculinum, constructione ea, quae dicitur κατὰ τὸ σημαίνμενον. ἑαυτοῖς ἑἴσι νόμος) i. e. sibi id praestant, uel sibi ipsi imperant, quod lex Iudaeis. Est hic πλοκή, simul et δέξωρον. Est et μεταλήψις, quia causa nominatur pro effectu, quamuis ex alia causa procedente.

15. ὅτινες — καρδίαις αὐτῶν) Sed eo ipso ostendunt, cognitionem liciti et illiciti animis eorum esse insculptam.

Ὅτινες, pro : ἀλλ' ἐν αὐτῷ τύτῳ. Τὸ ἔργον τῷ νόμῳ est cognitio liciti et illiciti. Hanc legem, uel cognitionem recti cordibus inscriptam esse, significat, tam firmam atque constantem inesse gentilibus legis naturae cognitionem, ut non possint eandem ex animis suis euellere et suppressere. Opponit hoc modo Apostolus legem hanc cordibus inscriptam, legi diuinae reuelatae, quae tabulis inscripta erat. Similis mos est profanorum, ut ueri rectique scientiam animis insculptam, opponant legibus ciuilibus. Plutarchus ad princip. indoct. Quis ergo imperabit principi? ὁ νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, (ὡς Φησὶ Πίνδαρος) ἐκ ἐν βιβλίῳ ἐξω γεγραμμένον, (sic enim legendum pro γεγραμμένον) ἕδὲ τισὶ ξύλοις, ἀλλ' ἔμφυχος ἐν ἑαυτῷ λόγος, μήνα in ipso corde ratio. συμμαρτυρήσας αὐτῶν τῆς συνειδήσεως)

Testante ipsorum conscientia, i. e. μαρτυρήσας, uel, si resoluas Genitios consequentiae : συμμαρτυρεῖ γὰρ τῶτο αὐτοῖς ἢ συνείδησις αὐτῶν. De ui conscientiae uid. inter alia Συμμαρτυρεῖν pro testari etiam Plato usurpat, quia qui testimonium perhibet, causam alicuius adiuuat. Polybius Exc. ἕδεις γὰρ ὅτις ἔτε μάρτυς ἑστὶ φοβερός, ἔτε κατηγορὸς δεινός, ὡς ἢ συνέ-

εις ἡ ἐγκατοικῆσα ταῖς ἐκάστων ψυχαῖς. *Iuuenalis XIII. 192. Cur tamen hos tu euasisse putas, quos diri conscia facti mens habet attonitos? — Nocte dieque suum gestant in peccatore testem.* καὶ μεταξὺ — ἀπολογυμένων) *Koppius commate post μεταξὺ posito, hoc ipsum μεταξὺ aduerbialiter accipit, pro μετέπειτα, postea, aliquando, et iungit cum ἐν τῇ ἡμέρᾳ. λογισμοί, i. e. νοήματα, ipsae cuiusque hominis de honesto et turpi sententiae. Κατηγορούντων et ἀπολογυμένων pro futuris. Ipsi eorum sensus honesti et turpis eos aut accusabunt aut excusabunt. Potest tamen sensus esse: Quo fit, ut ipsi seipsos alternantibus cogitationibus uel accusent, si quid male gestum est, uel excusent, si bene sibi conscii sunt. Si ita uertimus, uerba comm. 16. ἐν ἡμέρᾳ κ. τ. λ. coniungenda sunt cum κριθῆσονται u. 12. intermediis uerbis u. 13 - 15. parenthesi inclusis.*

16. ἐν ἡμέρᾳ — Χριστῷ) Ὅτι pro ἐν ἡ, sicut quum Latini dicunt, *habebat domi undi disceret, i. e. ex quo. Τὰ κρυπτά, latentia peccata, et ipsos hominum interiores sensus. Διὰ I. X. iunge cum κρινεῖ. Deus iudicabit per Iesum Christum. Κατὰ τὸ εὐαγγ. μου, sicuti ego doceo. Τὸ εὐαγγέλιον, doctrina, institutio.*

17. εἰ δὲ σὺ — ἐπονομάζει) Pro ἴδα legendum esse uideatur εἰ δὲ, quae lectio et testimoniis codd. uers. et Patrum nonnullorum nititur, et loci contextui est apta. Apodosis est u. 23. Ἰεδατος ἐπονομάζει, nomen titulumque Iudaei i. e. *confitertis Deum, tibi tribuis, sed falso. Simul alluditur ad uocis originem, ἡ ἡρη, ueneratus est Iehouam. Ostendit Apostolus, etiam Iudaeis, si deliquerint, poenas diuinas, easque multo grauiores, quam ipsis gentilibus, esse metuen-*

metuendas. καὶ ἐπανακαύη τῷ νόμῳ) *Inniteris lege*. Hebr. (עש) a LXX. modo ἐπαναπύουσαι, ut Ezech. XXIX, 7. 2 Reg. V, 18. modo πεποιθέσαι uertitur, 2 Chron. XVI, 7. 8. Sensus est: Multum praesidii in eo ponis, quod legem habeas a Deo datam. καὶ καυχᾶσαι ἐν θεῷ) *Gloriaris, quod unum uerum Deum cognoscas*; Deum putas Iudaeorum tantum Deum esse. Cf. C. III, 29.

18. καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα) Sc. τῷ θεῷ, *uoluntatem Dei*, i. e. quod Deo placet. καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα) i. e. Scis, quaenam praecepta sint maxima et prima. Versio Vulgata: *Vtiliora*. Glossar. N. T. τὰ διαφέροντα, τὰ κρείττονα.

19. πεποιθὴς τε) *Confidis*, sumis tibi. Rabbinos praecipue compellat, qui et סתקפ Hebraeis, i. e. uidentes. ἔδηγόν — σκότει) Matth. XV, 14. φῶς, *doctor*, ut Io. I, 4. 5. 7. 8. 9. Multis uerbis eandem rem exprimit Apostolus. Confidenter existimas, te esse, a quo omnes gentes doceri possent. Iudaeis adscribuntur, ex ipsorum iudicio, tituli magnificentissimi, gentibus uilissima nomina.

20. παιδευτὴν ἀφρόνων) *Praeceptorem stolidorum*, i. e. eorum, qui disciplinam nondum experti sunt, uel מורה סכלים, quo titulo librum inscripsit *Maimonides*. ἄφρονες etiam *scelesti* esse possunt; tum παιδευτὴς esset, qui corrigat et ad meliorem mentem reducat. νηπίων) Νήπιος h. l. est *rudis, indoctus*. ἔχοντα — νόμῳ) *Qui rectam doctrinae formam libris sacris traditam habeat*. Phil. III, 5. *Hesychius* et *Suidas*: Μόρφωσιν, σχηματισμὸν, εἰκόνα. Abriss. §. Ἡ γνώσις, *cognitio quaeuis*, saepe autem

subtilior quaedam et sublimior a uulgo hominum recondita sapientia.

21. ἡ ἐν — διδάσκεις) Ἐστὶ πλοκή. Nam *docere* secundo loco significat *semet ad faciendum excitare*. Dicebant et non faciebant, Matth. XXIII, 3. ὁ κηρύσσων — κλέπτεις) Κηρύσσειν est *palam aliquid docere*, ut Matth. III, 1. IV, 17. Recens erat Romae memoria furti a quatuor Iudaeis commissi, qui praetextu institutionis legum Mosaicarum, Fulviae profelytae dona, templo Hierosolymitano consecrata, in suos usus conuerterunt.

22. μοιχεύεις) Thalmudici libri ostendunt, plurimos Rabbinos huic et affinis uitiis deditos fuisse, *Anibam, Meirum, Chaninam, Eleazarum*. Hi fructus fuerunt fiduciae in solis caerimoniis collocatae. τὰ εἰδωλα) Ἐιδωλον Graecis est simulacrum uiribus et corpore destitutum; figura umbratica. Animas defunctorum, quas Latini umbras, Graeci appellant εἰδωλα, et εἰδωλοποιεῖν uanam cogitationis figuram animo concipere. Sed eam uocem usurpant Iudaei Hellenistae, quum de Diis gentium agunt, quia imagines tantum eorum existunt. ἱεροσυλεῖς) Syrus: *Sanctuarium spoliare*. Hoc faciebant sacerdotes, non offerendo ex prouentibus ea, quae lex Dei ipsis praecipiebat, aut certe non qualia oportebat. Malach. I, 8. 12. 13. 14. III, 10. Praeferenda tamen uidetur Clerici sententia, qui ἱεροσυλεῖν interpretatur: *idolorum templa spoliare*.

23. ὅς ἐν — ἀτιμάζεις) *Nonne tu, qui de lege gloriaris, hanc legem uiolando, Deum contumelia afficis?* In hoc comm. est apodosis commatis 17. εἰ δὲ etc. Vere haec Aposto-

Apostolus dixit. Nam gentiles sibi persuadebant, Deum Iudaeis melius nihil praecepisse, quam quod ab iis patrari uiderent; quod quum parum bonum esse intelligerent, Deum ipsum, eiusque legem contemnendum putabant.

24. τὸ γὰρ ὄνομα — γέγραπται) *Nam Dei gloriae propter uos detrahitur inter gentes, sicut scriptum est*, sc. Ies. LII, 5. Ezech. XXXVI, 20. 23. etc. Nam iam olim talia exempla extiterant.

25. περιτομή — πράσεως) Occurrit Apostolus falsae Iudaeorum persuasioni, qua putabant, se uel propter solam circumcisionem Deo esse gratos et acceptos. Περιτομή, pro ὁ Ἰουδαϊσμός, quia Iudaei circumcisione potissimum gloriabantur. Ex iis, quae praecessere, comm. 14. apparet, per legem hic intelligi illa praecepta, quae perpetuam ac naturalem in se honestatem continent. εἰν δὲ — ἀκροβυστία γέγονεν) Ἀκροβυστία γέγονέν, emphatice, pro: ἀντὶ ἀκροβυστίας, *perinde est, ac si circumcissus non esses*; inter te et gentilem nullum discrimen intercedit. Παραβάτης, nempe in grauioribus illis, quorum exempla iam posuerat.

26. εἰν εἶν — λογισθήσεται) *Quodsi igitur uice uersa gentilis praecepta legis secutus fuerit, nonne eodem loco habendus erit cum Iudaeo?* Ἀκροβυστία priori loco per metonymiam denotat gentilem, ἀκροβυσθον. Τὰ δικαιώματα τῶ νόμου, quae suapte natura honesta sunt.

27. καὶ κρινεῖ ἢ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία) Post καὶ repetit ex comm. 26. ἐχθ. *Nonne potius?* Ἐκ φύσεως cum plerisque interpretibus refero ad ἀκροβυστία, ut intelligatur *Gentilis genere*; nam ἀκροβυστία et h. i. est praeputiatus, non

circumcīsus. Aliam explicationem uid. apud Ven. *Koppe*. Natus Ethnicus opponitur nato Iudaeo. κρινεῖ σε) *Damnabit te; sententiam dicet contra te; i. e. comparatione sui tuam culpam euincet, ut Niniuitae, Matth. XII, 41. Κρινεῖ, pro κατακρινεῖ. σὲ τὸν διὰ — νόμῳ) Te, qui legem uiolas, quum habeas et scriptum legis et circumcisionem. Διὰ, cum, ut infra IV, 11. XIV, 20. Γράμμα in talibus formulis, ut 𐤇𐤃𐤃 denotat membranam, s. codicem uel librum, scripturam.*

28. εἰ γὰρ — Ἰσραῆλός ἐστιν) i. e. εἰ γὰρ ὁ ἐν τῷ Φανερωῖ Ἰσραῆλός, ὄντως Ἰσραῆλός ἐστιν. *Non qui (tantum) externe Iudaeus est, hoc nomine est dignus. Τὸ Φανερον h. l. completitur res illas externas omnes quibus Iudaei ab exteris secreti erant, quasque Pharisaei uulgo maxime iactabant. e. c. natales, habitus, lingua. εἰ δὲ — περιτομή) i. e. εἰδὲ ἢ ἐν τῷ Φανερωῖ, ἐν σαρκὶ γινομένη περιτομή, ὄντως περιτομή ἐστίν. Nec circumcisio in corpore peracta, est ea, quam Deus praecipue aut necessario probat. Ἐν σαρκὶ exponit illud ἐν Φανερωῖ, i. e. quae, si inquisitio fiat, in carne adspici potest.*

29. ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰσραῆλός) *Sed qui intrinsecus, i. e. animo est Iudaeus, qui nimirum intus in corde Deum agnoscit, καὶ ἐξομολογεῖται. Alluditur enim ad uocis originem. καὶ περιτομή καρδίας, ἐν πνεύματι) Circumcisio, i. e. emendatio cordis, per spiritum, sc. effecta. Περιτομή καρδίας status hominis, qui resectas habet animi prauitates. Haec est illa circumcisio, quam et ipsi prophetae exigunt, et a Deo expetendam docent. Deut. X, 16. Ierem. IV, 4. Ἐν πνεύματι, uel ad animum hominis referri potest, uel ad*

ad *Spiritum diuinum*, uerae uirtutis auctorem et effectorem. Consentit Clerici et Lockii ratio, qui πνεῦμα de sensu legum spirituali, γράμμα autem de sensu litterali intelligi iubent. ἔ δ ἔπαινος — θεῷ) Hebraica constructio: אֲשֶׁר תְּהִלָּתוֹ לֹא מֵאָדָם כִּי אֵם מִיְהוָה. i. e. *Quem non homines soli, externis rebus decepti, probant, sed ipse Deus.* Videtur Paulus respicere ad Gen. XLIX, 8. dum ἔπαινον cum nomine Ἰεδαῖος coniungit.

CAP. III.

1. **T**ὸ ἔν τῷ περισσῶν τῷ Ἰεδαίῳ) *Quodnam igitur est emolumentum, quo Iudaeus (prae gentibus fruitur? Τὸ περισσῶν non uertendum est praerogatiua, quasi quaeratur, an Iudaei meliores in ulla re fuerint gentibus, sed idem est cum eo quod statim sequitur ὠφέλεια. Sic Eccles. VI, II. τί περισσῶν ἀνθρώπῳ; quid prodest homini? ἢ τίς — περιτομῆς;) In uoce περιτομῆς est synecdoche partis, ut supra c. II, 25. Intelligitur nempe externa professio religionis Iudaicae. Obiectio interrogatiue proponitur. Si ita se res habet, ut Deus sine ortus discrimine munditiam cordis solam approbet, quid ergo praecipuum habet populus ille, quem Deus toties suum peculiariter populum uocat? Quid prodest esse professione Iudaeum? Arcte cohaerent commata 8. priora huius capitis cum c. II. extremø; nec hic noui capitis initium erat constituendum.*

2. πολὺ, κατὰ πάντα τρόπον) Πολὺ proprie respondet ἰστί περισσῶν, at κατὰ σύλληψιν etiam membro secundo interrogationis. *Multis omnino commodis fruuntur Iudaei, quamquam in se non meliores sunt ceteris.* Πρῶτων — τῷ

Θεῶ) *Et hoc quidem praecipuum est commodum, quod diuina oracula ipsis concredita sunt.* Πρῶτον, ut supra I, 8. excellentissimum quoddam commodum designat, quasi dicat, hoc est praecipuum περισσὸν Iudaeorum. Ἐπισεύθησαν τὰ λόγια τῷ Θεῷ) *Oracula diuina concredita sunt iis.* Ex Graecismo perquam eleganti, pro: τοῖς Ἰουδαίοις τὰ λόγια ἐπισεύθη. Tale illud Matth. XI, 5. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. Saepe nimirum in hac loquendi formula Accusatiuus iungitur Passiuo, atque adeo uox λόγια eodem casu hic est sumenda. Simili phrasi Ioseph. Ant. II, 9, 5. de Mariamne, Moïsis matre: πισεύεται τὴν τροφὴν τῆ παιδὸς πρὸς τὸ πᾶν, *mulieri omnis educatio infantis committitur.* Sic apud eundem Ant. X, 10, 3. XII, 10, 2. Τὰ λόγια autem sunt *oracula quaeuis diuina*, promissa diuina, et hoc quidem loco plerique interpretes intelligunt *libros sacros*, in quibus oracula, et praesertim uaticinia de aduentu Messiae et uocatione gentium continentur, quae illorum animos praeparare debebant. Ven. Koppe intelligit sola promissa diuina, ob u. 3. Omnino ad haec imprimis respicitur ab Apostolo; sed ex usu linguae sunt λόγια τῷ Θεῷ in uniuersum omnis generis oracula diuina, siue sint promissa, siue uaticinia, siue praecepta et leges. Vid. BIELII Lexic. edit. Mutzenbech. sub uoce λόγιον. Ista autem λόγια in libris sacris V. T. contineri, satis constat. Hoc permultum prodest Iudaeis, quod Deus iis uoluntatem suam reuelauit.

3. τί γὰρ — καταργήσεις;) *Quid enim (inde sequitur,) si quidam non habuerunt fidem (oraculis diuinis?) Num istorum perfidia fidelitatem Dei (in seruandis promissis) sustulerit?* Ἀπιστεῖν non credere, non habere fidem. Fateor, inquit

inquit Apostolus, non digni erant Iudaei hoc beneficio; nam maior eorum pars semper fuit et nunc est perfida, denegans Deo fidem et obsequium. Sed hoc non impedit, quo minus Deus stare promissis. Misit Messiam e gente Israelitica oriundum, et nunc etiam Iudaei fruuntur hoc commodo, ut ex uaticiniis V. T. facilius discere possint quam Pagani, qualis sit Messias, et qualis uera religio. Cf. etiam Matth. XV, 24. Act. XIII, 46. et infra c. IX. huius epistolae. Πίστις Θεῷ, ueritas, seu fidelitas Dei in seruandis promissis, Πᾶν Exod. XXXIV, 6.

4. Μὴ γένοιτο) *Abfit, ut hoc credamus.* γινέσθω — ψεύσεως) *Fidem datam seruabit Deus, etiam si uel omnes homines fidem fallant.* Γινέσθω h. l. dicitur pro ἴσται, uel: πεισευτέον δὲ εἶναι αὐτὸν ἀληθῆ. Posterior sententia desumpta est e Pf. CXVI, 12. Ἀλληθῶς pro eo, qui sit bonae fidei; ψεύσεως pro eo, qui sit malae; *perfidus, fidem in promissis non seruans.* ὅπως — λόγοις σου) *Ut iustus appareas in actionibus tuis.* Pf. LI, 6. Δικαιωθῆς, hic est pro hebraeo קצרק in Kal. Ἐν τοῖς λόγοις, pro: *in actionibus*, hebraea locutio. Καθὼς γέγραπται. Scilicet, et in hac re uerum est illud, quod Pf. LI, 6. dicitur. καὶ νικήσης — σε) *Et causam uincas, si iudicaris, i. e. si homines de te iudicare uelint.* Νικᾶν Graecis eleganter dicitur, *qui in iudicio causam uincit, superiorque discedit.* Haec interpretatio LXX. Seniorum, quam presse hic Paulus secutus est, a uerbis hebraicis recedit, sensu eodem manente. Κρίνεσθαι h. l. passiuum est; non enim dicitur uincere iudex, qui sententiam fert, sed accusatus, cuius causa diiudicatur. Deum stare promissis, inquit Paulus, et semper recte agere,

in hac etiam caussa, de qua disputamus ualet. Praestat quod Abrahamo et posteris eius promisit, (Gen. XXII, 18.) quamuis posteris eius hoc beneficio non sint digni. Ex qua re ueracitas et benignitas Dei quammaxime elucet.

5. εἰ δὲ — συνίεναι) *Quodsi uero improbitas nostra benignitatem Dei illustrat.* Ἀδικία, i. e. ἀπιστία, u. 3. 4. Δικαιοσύνην Chrysostomus et Theodoretus ad h. l. recte interpretantur *diuinam erga homines benignitatem.* Hesych. συνίεναι, φανερῶν, βεβαίῶν, παρατιθέναι. Est hic μίμησις, nam ipsa uerba Iudaeorum, qui Romae erant, repetit Paulus. Sensus est: Si igitur, ut tu ipse dicis, Deus stat promissis, non obstante infidelitate et improbitate nostra, (u. 3. 4.) et quod magis est, benignitas eius nostra improbitate fit illustrior, non potest nos punire. μὴ ἄδικος — τὴν ἁγνήν)

Nonne iniustus esset Deus infligens poenas? Solenne est ἐπιφέρειν de poenis. Iosephus Ant. VI. Deum uocat τοῖς πονηροῖς ἄξιον ἐπιφέροντα τὴν ποινὴν, *sceleratis promeritas infligentem poenas.* Mirabilis est integrae huius locutionis notio apud Thucydidem, VIII, 83. *Horum omnium Astyochum esse auctorem,* ἐπιφέροντα ἔργας Τισσαφέρνει διὰ ἴδια κέρδη, *qui priuati emolumentum causa iniurias Tissapherni condonet.* κατὰ ἄνθρωπον) Loquor, ut solent homines, qui insito quasi uitio culpam omnem a se amoliri, et in aliam conicere conantur.

6. Μὴ γένοιτο) *Abfit ut hoc statuamus.* Abfit, ut ex eo, quod improbitate nostra benignitas Dei illustretur, eliciamus tam impium confectarium, Deum non iuste infligere poenas malis. ἐπεὶ — κέμεν;) *Alioquin* (si ita esset ut tu dicis u. 5.) *quomodo Deus iudicare humanum genus possit?*

Ὁ κόσμος, $\omega\sigma\mu\iota$, *uniuersum genus humanum*. Gen. XVIII, 25. uel etiam Pagani. Si obiectio haec (u. 5. proposita) ualeret, Deus nullum hominem punire posset, nec Iudaeum nec Ethnicum. Iuste autem puniri paganos a Deo, ipsi Iudaei concedebant. Ergo per instantiam responderet, et Iudaeos ipforum gladio iugulat Paulus.

7. εἰ γὰρ — κρινομαι;) *Si enim ueri Dei gloria per meam idololatriam illustrior fit, cur adhuc ego etiam tanquam idolorum cultor puniar?* Sic uertendum esse puto. Ἡ ἀλήθεια τῷ Θεῷ, *uerus Deus*, c. I, 25. ψεῦσμα, idem quod ψεῦδος (eodem loco,) *Idolum*, quod colitur, uel etiam idolorum cultus. Ἐπερίσσευσεν εἰς δόξαν, i. e. περισυτέρως ἔνδοξος ἐγένετο. Ἀμαρτωλός, *idolorum cultor*, Gal. II, 15. Κρίνεσθαι, *puniri*, ut saepe. Paulus in persona pagani hominis loquitur. Si tu Iudaeus, (inquit,) impunitatem speras, ego Paganus eadem ratione impunitatem sperare possum. Nam per idololatriam occasio datur uero Deo ostendendi se solum esse uerum Deum, gentium autem Deos nihil esse. Alii priora huius commatis uerba uertunt: *Si enim benignitas Dei mea improbitate illustrior redditur*. Ἀλήθειαν esse dicunt δικαιοσύνην, u. 5. et ψεῦδος, *omnem improbitatem*, ἀδικίαν, u. 5. ut Apocal. XXI, 27. Sed nostra interpretatio et usui loquendi et seriei orationis conuenientior esse uidetur.

8. καὶ μὴ — τὰ ἐγαθὰ;) *Et cur non (ut sane quidam nobis obtrectantes dicere nos affirmant,) mala faciamus, ut inde bona eueniant?* Si uerum esset, inquit Paulus, id quod uos statuere uidemini, non puniri a Deo homines eos, qui peccatis suis occasionem dant illustriandae benignitati et potentiae

tentiae diuinae, sequeretur licere mala facere, si bona inde eueniant. καὶ μὴ, est oratio elliptica, quasi dicat: καὶ τὸ μὴ λέγομεν; uel ut alii uolunt, μὴ ὅτι pro ὅτι μὴ, cur? Nam ὅτι pro cur habuimus etiam Marc. IX, II. Verba: καθὼς βλασφημιώμεθα — λέγειν, per parenthesin legenda sunt. Videmus ex hoc loco, Iudaeis per calumniam dixisse, Apostolos facere mala, ut inde bona eueniant. Hoc obscurum est. Videtur autem innui hoc: Apostoli paganos a superstitione gentili traducebant ad ueri Dei cultum. Hoc bonum esse Iudaei concedebant. Sed iidem Apostoli nomine Iesu Nazareni docebant et doctrinam Iesu religione Iudaica praestantiorē esse affirmabant. Hoc ita interpretati sunt fortassis Iudaei, quasi malis mediis uterentur Apostoli ad consequendum bonum finem. Iam negat quidem Paulus se aliosque Apostolos mala facere, ut bona inde eueniant, sed non adeo improbandum fore, inquit, si ita faciant, si obiectio u. 5. ualeret. Addit uero: ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι) Quorum poena est iusta, qui digni sunt, quos Deus perdat Hesychius: ἔνδικον, δίκαιον, ἄξιον. Non tanti facit hoc dictum Iudaeorum Apostolus, ut operose soluat, satis habens id detestari, et calumniam dicere, et quidem poena dignissimam. Iam ad institutum reuertitur Paulus et ostendit Iudaeos nihil meliores esse gentilibus. c. II, 25. sqq.

9. τί ἔν; προεχόμεθα;) Τί ἔν, sc. ἐστὶ, quod additur Act. XXI, 22. Προεχόμεθα; numquid prae gentibus habemus? nos Iudaei. Nihil meliores ceteris gentibus sunt Iudaei. Iungi etiam possunt, uerba τί ἔν προεχόμεθα; eodem sensu. Theodoretus: τί ἔν κατέχομεν περισσόν; Cod. Claromont. a prima manu, Boerner. et Couelli secundus, nec non Ruffinus:

Ruffinus: τί ἔν προκατέχομεν περισσόν. Quae lectionis uulgatae magis explicatio quam uarietas dicenda est: indeque patet, quomodo ueteres istud προεχόμεθα exposuerint, sc. textui conuenienter sic, ut e persona Iudaeorum dicta sint. ἢ πάντως) i. e. ἕδαμῶς, nullo modo. Nec haec pugnant cum u. 1. Ibi enim de commodis et utilitatibus externis sermo fuerat, hic autem loquitur Apostolus de praestantia ex interna quadam dignitate repetenda. προητιασάμεθα γάρ) *Euicimus enim*, supra c. I. II. Ἰουδαίος — εἶναι) i. e. non minus Iudaeos quam gentes, quum Christus aduenit, flagitiosissimae fuisse uitae. Nam ὑφ' ἀμαρτίαν εἶναι h. i. ut ex sequentibus apparet, significat, grauibz uitiiis addictos esse, unde porro sequitur, illud πάντας hic intelligendum non plane de singulis, sed de plerisque, Aristoteles Poeticorum c. 20. τὸ γὰρ πάντες ἀντὶ τοῦ πολλοὶ κατὰ μεταφορὰν εἶρηται. Erant enim inter Iudaeos quidam boni, quales *Zacharias, Elisabeth, Simeon, Hanna*; et inter gentes, quales duo centuriones, alter in Euangelio, alter in Actis memoratus; sed hi nihil nisi gutta in mari.

10. καθὼς γέγραπται) Utitur hic Paulus diuersis sententiis, tum ex *Psalms*, tum ex *Iesaja*, nec utique uerba semper adnumerans, sed sensum, qualem memoria suggererat, bene exprimens. Tempora, inquit, sunt talia, qualia olim a Dauide et aliis descripta sunt. Sic et Christus prophetarum uerba usurpat, de aliis temporibus dicta, sed suis non minus conuenientia, ut Matth. XIII, 14. Io. XII, 40. ὅτι ἐκ — εἰς) Pf. XIV, 1. LIII, 1. δίκαιος, *probus, rechtschaffen*. Describitur hoc et sequentibus locis non naturalis quaedam hominum ad peccandum proclitas, sed ea
morum

morum peruerfitas, quae isto potissimum reipublicae Iudaicae tempore inter Iudaeos regnabat.

11. *ὅς ἐστιν — θέν*) *Nemo est qui sapiat, et nihil studiose colat.* Pf. XIV, 2. 4. לֹא יָדָע, intelligitur dicitur, qui intellectu recte utitur, sicut impius eadem Psalmo uocatur insipiens.

12. *πάντες ἐξέκλιαν*) *Omnes declinarunt, i. e. abierunt a cultu uero Dei, et uia uirtutis.* *ἀμα ἡχρησαν* Pf. XIV, 3. וְהָיוּ נְאֻלִים, *una putridi facti sunt, i. e. inutiles et peruerfi.* Quae enim putrida sunt, esui sunt inuicem; sic illi nulli bono usui. *χρηστέα* i. e. ἀχρηστὰ in Pf. 1. c. ἕως ἄνδς, hebr. more, pro εἰς εἰς, וְעַד לְעַד pro וְעַד, Exod. XIV, 28.

13. *τάφος — αὐτῶν*) Pf. V, 10. *Guttur eorum* (ueluti) *sepulcrum patens, omnia in mortem rapiens et absorbens.* Designantur calumniatores, qui loquuntur eas res, quibus perniciem struant aliis. *Hesychius: Φάρυγξ, λάτρυξ βρόχος, ζόμα.* *Guttur, s. os, i. e. uox ab ore procedens.* Sepulcrum apertum est, quod expectat mortuum. *τὰς γλώσσαις αὐτῶν ἐδόλιψαν*) Pf. V, 10. *Verbis fallunt.* Hebr. קָלָה proprie de butyro Pf. LV, 2. oleoque Prou. V, 2. usitatum, tropice ad blanditias laeues et adulatorias transfertur, ut Prou. VII, 21. A δόλιος fit δολίω, *Etymol. Καὶ ὠφείλειν εἶναι ἐδολίω, ἐδολίω, ὥσπερ ἐποίησεν, ἐποίησεν, ἀλλ' οἱ Βοιωτοὶ ἐπὶ τῶν μὴ ἔχόντων τὴν μεταχῆν εἰς σ. δξύουον, ποιῆσι τὸ τρίτον τῷ πρώτῳ ἰσοσύλλαβον, οἷον ἐμάθουεν, ἐμάθουσαν, εἶδομεν, εἶδοσαν etc.* *ἴδς — αὐτῶν*) Pf. CXL, 4. *Sensus est: Ita est perniciosā impiorum et letifera oratio, ut ueneno*

ueno

veno uiperæ oblita labra uideantur; afflatur enim exitium et mors, mendacis, maledictis, calumniis, obtreccionibus et uociferatione illorum. Pessimum autem uenenum est aspidum, quod *ἀνίατον* esse tradit *Aristoteles* de Historia Animalium VIII, 29. *Aelian.* H. A. II, 24.

14. ὧν — γέμει) *Quorum uerba diris dicteriisque plena sunt.* Pl. X, 7. Ἄρὰ exprimit hebraicum אלה, i. e. diras. Πικρία hebr. מרמות mordacitatem exprimit et dicteria acerba. Plin. Epist. VI, 8. ne in bilem et amaritudinem uertat iniuria. IV, 11. Cui sententiae tantum bilis, tantum amaritudinis est.

15. ἄξεῖς — αἶμα) Ies. LIX, 7. Ὀξεῖς, acuti, i. e. ταχῆσσι celeres; acuta enim facile penetrant, unde et de peticulorum momentis hac uoce utuntur, quum uocant morbos aliquos ἄξεῖς, contra hebetes et obtusi appellantur, qui tardi sunt. Ellipsis est, pro: Ὀξεῖς δι πόντες αὐτῶν ὡς δραμεῖν πρὸς τὸ εὐχέαι αἶμα. Expeditus et festinatus cursus eorum est ad profundendum sanguinem, i. e. iugulandam innocentes. Est enim impietas semper crudelis et sanguinaria.

16. σύντριμμα — αὐτῶν) ex Ies. LIX, 8. Σύντριμμα, proprie contritio, contusio, metaphorice est aerumna, hebr. שר, deuastatio. Sensus: Nihil agunt isti homines, quam ut aliis miseras et aerumnas creent. Ὅσοι, uitae instituta, רכנים.

17. καὶ — ἔγνωσαν) *Viam, quae ad felicitatem ducit, nec sciunt, nec curant.* Hebraeis nescire aliquis dicitur, quod non curat. Ierem. IV, 22.

18. ἐκ ἑαυτοῦ — αὐτῶν) ex Ps. XXXVI, 2. *Reuerentiam Deo debitam nunquam sibi ob oculos ponunt.*

19. ὁ νόμος) Νόμος uox, ut hebr. תורה omnis doctrina Iudaeis nota, in *libris sacris* V. T. contenta. τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ) *Illis dicit, qui libros sacros habent, iisque utuntur.* In locis igitur adductis *Iudaei* reprehenduntur. ἵνα πάντων σῶμα φραγῆ) *Sic igitur omnibus silentium imponitur.* ἵνα h. l. non τελικῶς, sed ἐκβατικῶς explicandum esse *Theodoretus* docuit. *Plutarch.* de util. ex inim. p. 88. C. ἐμφράττει τὸ σῶμα, ἄχει, σιωπᾶν ποιεῖ. Hoc ideo attulit *Paulus*, ut nihil habeant *Iudaei*, quo se tueantur, quum haec omnia iis conueniant, quae ueteribus *Hebraeis* *Deus* exprobrauit, neque id negare possint. καὶ ὑπόδικος — τῷ Θεῷ) *Et omne genus humanum coram Deo reum esse cognoscitur.* ὁ ὑπόδικος, reus, דין, poenarum debitor. πᾶς ὁ κόσμος, omne genus humanum. Hoc urget *Paulus* aduersus *Iudaeos*, qui tales peccati descriptiones (u. 10 — 18.) plane concedebant, sed ab se magnam partem amolientes, ad paganas nationes transferebant, externosque ἀμαρτωλούς, se uero δίκαιους iudicabant.

20. διότι — ἐνώπιον αὐτοῦ) *Quare propter obsequium legi praestitum nemo hominum immunitatem a poenis et felicitatem consequitur.* Ὁυ πάντα σάρξ, nemo hominum, ne *Iudaeus* quidem; de *Iudaeis* enim in antecedentibus sermo fuerat. τὰ ἔργα τοῦ νόμου, actiones legi congruae. Ὁ νόμος est *uniuersa* lex uel doctrina *Dei* *Iudaeis* nota et in *libris* V. T. contenta (u. 19.) omni ambitu spectata. Sic enim *Iudaei* τὸν νόμον intelligebant. Ἐνώπιον Θεοῦ, iudice *Deo*. Δικαίων, קצריה fere semper *iudex* dicitur, quum *innocentis*

centis causam tuetur, eum defendit, ius ipsi uindicat, poenis eum liberat. Exod. XXIII, 7. Pſ. LXXXII, 3. Prou. XVII, 15. Quibus ad Deum translatis, quem solebant Hebraei, ut Regis, ita iudicis quoque notione et nomine potissimum cogitare, (Pſ. VII, 12.) Deus הַצְדִּיק *hominem* dicitur quum illi poenas peccatorum remittit, Ies L, 8. Quia autem, cessante numinis ira, non tantum poenae cedunt, sed etiam in earum locum beneficiorum diuinorum praemia succedere possunt, hinc צֶדֶק δίκαιός θαι et הַצְדִּיק δίκαιόν, in V. et N. T. ita late dicuntur, ut omnem omnino Numinis fauorem, quo et poenae homini remittuntur, et beneficia, omnisque felicitas conferuntur, simul complectatur, Ies. XLV, 25. et in hac epistola passim. Hinc Gal. III, 8. 9. δίκαιός θαι et εὐλογεῖσθαι, (felicitatem adipisci) permutantur, quae εὐλογία ibidem u. 14. describitur. Sensus igitur est, neminem hominum probari Deo et felicem reddi respectu ad obseruatam legem Dei Iudaeis cognitam, ut ad causam et fundamentum, quasi satisfecerit uniuersae legi in moralibus. Disputat Paulus contra Iudaeos, eosque dedocere uult, ne se solos, exclusis paganis, censeant δίκαιός θαι propter legis obseruationem, ne δικαιοσύνην uel felicitatem promissam expectarent tanquam praemium obsequii legi diuinae praestiri. Ergo horum securitatem et fastum compefcere uult. Nunc etiam causam affert, cur nemo expertus culpaee cenferi possit, si ad ἔργα νόμου respicere uelit: διὰ τὰρ — ἀμαρτίας) *Lege enim peccatum agnoscitur. Agnoscere peccatum* est non tantum agnoscere aberrationem a norma, sed etiam concludere id, quod inde sequitur, turpem et noxiam esse discessionem a norma; non modo agnoscere, legem esse uiolatam, sed et culpam poenamque uiolando

contractam. Vnde concludit Apostolus, quemlibet intuenda lege huc duci, ut uenia sibi opus esse sentiat, et fateri cogatur, causam ueniae et felicitatis non quaerendam esse in manca legis obseruatione, sed potius relinquere causam culpae. Non repugnat hoc illis, quae dicta sunt supra c. II, 7. Nostro enim loco Paulus disputat aduersus eos, qui fauorem Dei et felicitatem aeternam tanquam mercedem propter obseruationem legis sibi debitam expectabant. Horum factum compefcere uult Paulus, ostendens omnes, optimos etiam homines laborare imperfectione morali, et egere uenia.

21. Redit iam Apostolus ad argumentum, quod c. I, 17. leuiter tantum attigerat, nempe religione christiana monstrari uiam ad ueram felicitatem, fauoremque Dei consequendum, et uberius docet u. 21 — 30. huius capituli, a sola fide promissis diuinis gratiosis praestita, omnibus hominibus Iudaeis ac Gentibus repetendam esse spem immunitatis a poenis et salutis aeternae. *καὶ δὲ — προφητῶν*) *Nunc autem nullo respectu ad legem uia ad consequendam peccatorum ueniam et felicitatem, monstratur, promissa in lege et Prophetis.* Ἡ δικαιοσύνη τῆ θεῶ, *felicitas, quam Deus largitur*, u. 20. in primis autem absolutio a peccatis, quae fit a Deo, quae est fundamentum huius felicitatis. *καρὸς νόμου*, nullo respectu ad legem Dei Iudaeis notam. Monstratur nunc, inquit Paulus, uia ad ueram felicitatem, et peccatorum ueniam consequendam, quam adipisci potest unusquisque hominum, siue nota ei fuerit lex diuina in libris sacris Iudaeorum contenta, siue non fuerit. Hoc dicit contra Iudaeos, qui propter obseruationem legis Mosaisae

se

se Deo gratos esse putabant, ut sensus sit: Nunc uero, nostris temporibus, hac in parte felicissimis, manifestatum est, Deum alia ratione homines poenis liberare et beneficiis ornare constituisse, ita ut non amplius ad legem Mosaicam respiciat, ut potius nihil amplius sit discriminis inter Iudaeum et gentilem. *μαρτυρεῖν*, laudare, uel hebr. *קָדַשׁ* praedicere, promittere. Moses ceterique Prophetae praedixerant ueniam peccatorum per Messiam consequendam, Act. X, 43. III, 18-20. Cf. supra c. I, 16. 17. Hanc rationem condonandi peccata ritus sacerdotii Leuitici adumbrarant, ipsi Prophetae explicarant.

22. *δικαιοσύνη — διασολή*) *Ad felicitatem* (inquam,) *quae contingit propter fidem in Iesum Christum omnibus omnino credentibus; nullum enim hic est discrimen, inter Iudaeos et paganos.* Vberius explicatur, qua ratione Deus nunc a peccatorum poenis liberare et praemiis afficere uelit homines, siue Iudaei sint, siue gentiles. *διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ*) i. e. *διὰ πίστεως εἰς Ἰησοῦν Χριστόν, propter fiduciam in Iesu Messia collocandam.* Phrasis *πιστεύειν τινι*, uel *εἰς τινα*, interdum in generaliore significato accipienda est, ut denotet *obsequium erga doctorem quemuis, qui diuinitus missum se profitetur*, Matth. XXI, 25. 32. Io. II, 11. et quum de Iesu est sermo, *esse, uel fieri eiusdem sectatorem et discipulum* Io. VI, 69. 1 Cor. III, 5. Deinde uero in Epistolis, locis imprimis iis, quibus meritis hominum et in specie diligenti obseruationi legis Mosaicae denegatur uis conciliandi nobis diuinum fauorem, denotat: *Iesum Messiam felicitatis suae auctorem agnoscere, credere, sibi propter Christum remitti peccata, et beneficia propter eundem pro-*

missa contingere. Hunc angustiore vocabuli *πίσις* significatum h. l. imprimis esse respiciendum, apparet e. u. 25. ubi haec fides definitur, ut sit *πίσις ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ. εἰς πάντας — πιστεύοντας*) Suppl. *ἐρχομένη, γενομένη.* Sensus est: Huius diuini fauoris propter fiduciam in Iesu Messia collocandam participes fiunt credentes, et quidem omnes omnino credentes, ita ut nihil aliud respiciatur. *Ἐίς* et *ἐπὶ* exprimunt Hebraeorum *ל* et *לְךָ*, nec est in his particulis argutandum. Vehementiore orationis modo utitur Apostolus, propter Iudaeos, qui opinabantur, sibi solis aditum ad felicitatem regni Messiae patere. Formula *ἐπὶ πάντας* in codicibus latinis, nec non in paucis graecis libris deest, non omittenda, propter emphasin. *ὃ γὰρ εἰς διαστολή*) *Nullum est discrimen*, sc. inter Iudaeos et gentiles. Omnibus, qui haec beneficia consequi uolunt, necessaria est fides, et pia in Messia fiducia. Nullus in hac re locus est meritis, uel propriis, uel maiorum, ut Iudaei uolunt.

23. *πάντες γὰρ ἡμαρτον*) Non mirum est, Deum hac in re Iudaeos a gentibus non discernere, quum omnes grauissimis peccatis tenerentur. *καὶ ὑπερένταί τῆς δόξης τῆ θεοῦ*) *Et carent approbatione Dei.* Non probantur Deo ut pii. *Ἡ δόξα τῆ θεοῦ*, honor quo Deus homines dignos habet, uel etiam approbatio diuina. Sic etiam explicari potest locus Io. XII, 43. ubi *ἡ δόξα τῶν ἀνθρώπων* et *ἡ δόξα τῆ θεοῦ* sibi inuicem opponuntur. Sensus est: *Neminem coram Deo gloriari posse de suis meritis*, quod tamen faciebant Iudaei, qui sua, et maiorum suorum, Abrahami, Isaaci, Iacobi etc. iactabant, et se meliores gentibus esse estimabant.

stimabant. Alii τὴν δόξαν τῆ θεῶ de diuina imagine h. l. explicant, *Chrysoſtomus* de felicitate aeterna; *Theodoretus* de benignitate et misericordia Dei erga homines.

24. δικαιῶμενοι δωρεάν) *Dum conſequentur immunitatem a poenis et beneficia diuina gratis*, non ceu debitam mercedem obseruatae legis Moſaicae, ſiue etiam naturae. τῆ αὐτῆ χάριτι) *Ipfius fauore et gratia*. Felicitatem a Deo promiſſam, Paulus inquit, et nominatim ueniam peccati eſſe ſimpliciter habendam pro beneficio, omnibus ſine discrimine peccatoribus ſponte oblato; non habendam eſſe pro praemio, quod certis certarum rerum obseruationibus praegreſſis acquiri demum et conciliari debeat. διὰ τῆς — Ἰησοῦ) *Propter redemptionem, quae per Ieſum Chriſtum praestita eſt*. Cf. annot. ad Matth. XX, 28. Chriſto tribuitur ἐπολύτρωσις. quia nos a poenis peccatorum liberauit, et quidem perpeſſionibus uariis ac morte.

25. ὃν πρόθετο ὁ θεὸς ἱλασῆριον) *Quem Deus noſtri loco dedit ut ſacrificium expiatorium*. Ἰλασῆριον, ἱε. θυμα, uel ἱερότον. Pro dono propitiatorio uſurpat Dio Chryſoſtomus, Orat. XI. ἱλασῆριον Ἀχαιοὶ τῆ Ἀθηνᾶ τῆ Ἰλιάδι, propitiatorium hoc donum dederunt Achii Mineruae Ilienſi. De uictima propitiatoria uſurpat Iosephus de Macc. §. 17. de honesta morte pro religione Maccabaeorum: διὰ τῆ αἵματος τῶν ἐυσεβῶν ἐκείνων, καὶ τῆ ἱλασῆρις τῆ θανάτου αὐτῶν (mortis propitiatione) ἡ θεία πρόνοια τῶν Ἰσραὴλ προκακωθέντα διέσωσε. Aliis ἱλασῆριον, ſubintellecto ἐπίθεμα eſt operculum arcae foederis, כַּפֶּתֶח Exod. XXV, 17. aliisque locis, Ioseph. Ant. III, 6, 5. Supra hoc operculum aureum

reum arcae foederis duo Cherubini aurei eminebant, unde Deus oracula edebat Exod. XXV, 22. Num. VII, 89. ubi nubes, symbolum gratiosae Dei praesentiae, apparebat; ubi etiam Pontifex quotannis semel die expiationis suffragium faciebat, et sanguinem bouis et hirci adpergebat Leuit. XVI, 23, 13-17. Siue hanc, siue alteram significationem praeferas, hoc certe dicit Apostolus: Christum esse eum, per quem Deus peccata remittat, et poenas condonet. Deus nempe Christum, qui cruentam mortem pertulit, προέθετο ἱλασῆριον, uoluit ut homines intuerentur miseriam illam Christi et mortem tanquam sibi destinatum et sibi salubrem, nec sibi met ipsis metuerent miseriam post hanc uitam. Nunc igitur non opus est amplius sacrificiis, expiationibus et satisfactionibus aliis; Deus enim ob mortem Iesu cruentam omnium nationum hominibus resipiscentibus et πιστεύσει ueniam et sempiternam felicitatem tribuit. διὰ τῆς — ἁματι) *Per fiduciam in eius morte s. meritis collocandam.* Ἰαίμα, sanguis, mors cum sanguinis effusione coniuncta; et quia Christus praecipue sua morte nobis gratiam Dei promeruit, hinc ἁίμα frequenter pro toto illius merito adhibetur. Verba, ἐν τῷ αὐτῷ ἁματι ad uoces διὰ πίστεως referenda sunt, hoc sensu: Quem Deus proposuit propitiatorium *credentibus in eius mortem et merita.* C. V, 9. εἰς ὄνειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ) *Vt declararet benignitatem suam.* Sic Gen. XIX, 19. LXX. hebr. ךָּסֶן uertunt δικαιοσύνην σῶ. Cf. 2 Pet. I, 1. et in Prophetis saepissime. *Benignitatem* Dei intelligi, docet contextus; nam remissio peccatorum et receptio in gratiam est beneficium, ex bonitate Dei profluens. διὰ τὴν ἀρεσκίαν —

ἀνοχῆ τῷ Θεῷ) *Per remissionem peccatorum antea ipso tolerante (eos) commissorum.* Τῷ Θεῷ, i. e. ἁυτῷ, more hebraeo, nomen pro relativo. Παρέσις *remissio*, condonatio peccatorum. Discrimen inter *πάρεσιν* et *ἄφεσιν*, quod nonnulli statuunt, ex scriptoribus bonis probari nequit. Sensus est: Nunc Deus benignitatem et bonitatem suam in eo ostendit, quod credentibus remittit peccata olim ab ipsis commissa, Deo eos tolerante.

26. πρὸς εὐδειξιν — καιρῷ) Repetit quod dixerat, ut saepe solet, ubi quid altius uult infingere animis. Ἐν τῷ νῦν καιρῷ, hoc ipso tempore, quo nos Apostoli uobis hanc benignam Dei uoluntatem significamus. εἰς τὸ εἶναι — Ἰησοῦ) *Vt appareat, eum esse benignum, et absolue quemlibet credentem in Iesum.* Cf. u. 25. Ὁ ὢν ἐκ πίστεως, *credens.* Constructio est similis ei, quae est supra II, 8. ἐκ ἀριθείας. Ergo praestantia religionis christianae praecipue in eo cernitur, quod per eam monstratur uia perueniendi ad eam felicitatem, quae est in uenia peccatorum, uacuitate a metu poenarum, animi tranquillitate, et spe felicitatis aeternae. Talem felicitatem lex Mosáica non docuit. Non enim promittendo animum peccatoris tranquillauit, sed poenas minando terruit, u. 20.

27. πῶς ἔν ἡ καύχησις;) *Quaenam igitur caussa gloriandi superest Iudaeo? Quid habet Iudaeus amplius, quo gloriatur, et se meliorem esse paganis existimet? Respicitur ad c. II, 17. Theodoretus: καύχησιν δὲ καλεῖ τὸ ὑψηλὸν τῶν Ἰουδαίων φρόνημα.* Nam ii propriae uirtutis praestantiam iactare solebant. ἐξεκλείσθη) *Non amplius locum habet,*

(gloriatio Iudaei,) Theodoretus : ἔκ εἶπε, κατελύθη, ἀλλ' ἐξεκλείσθη ἀντὶ τοῦ, ἔκ εἶτι χάριαν ἔχει. Nimirum, ademta est tibi, Iudaeae, gloriatio tua, posteaquam diuina uoluntas omnes orbis nationes aequat in negotio Euangelii. Deferitur et gentibus salus. διὰ τοῖς νόμοις; τῶν ἔργων; ἔχῃ) *Per quam legem* (ademta est gloriatio?) Num per eam, quae opera praescribit, qualia nimirum exigit lex Moysis? Minime uero. Nam antea euicerat Apostolus, omnes homines propter peccata esse poenis obnoxios. Igitur nec Iudaei de sua uirtute gloriari poterant. ἀλλὰ διὰ νόμοις πίστεως) *Sed per doctrinam, quae fidem praecipit.* תורה h. l. *doctrinam* significat, et Paulus hoc uocabulo eo libentius utitur, quia uoci התורה Iudaei erant adfueti. Haec igitur doctrina fidei omnes homines aequat, eosque gratis beneficia diuina expectare iubet.

28. λογίζομεθα ἔν) Pro ἔν legunt γὰρ nonnulli codices antiqui, quibuscum et Versiones quaedam et Patres consentiunt. *Censemus enim.* Respiciunt haec uerba ad u. 27. διὰ νόμοις πίστεως. πίσει — νόμοις) Cf. u. 22. Sensus est, quemuis hominem adipisci ueniam peccatorum et gratiam diuinam, dummodo Christo fidem habeat; nec opus esse ut gentiles circumcidantur, et legem Moisaicam obseruent; non suspensum esse hoc beneficium ex lege Moisaica et oeconomia uni genti propria; non excludi paganos, neque praeccludi ulli homini, qui peccauit, aditum et spem; sed legem et oeconomiam hanc potius cessare, et introduci aliam conditionem, πίστιν, quae apud omnes nationes locum habeat. Νόμον h. l. esse legem Moisaicam patet ex iis, quae statim u. 29. sequuntur.

29. ἢ Ἰουδαίων — ἰθῦν) *Vocabulum θεός, semel positum, sed in explicatione bis sumendum. An Deus ille uerus, huius mundi et humani generis opifex, uult tantum Deus, i. e. sospitator atque ἐνεργέτης esse Iudaeorum?* Sic Iudaei existimabant. Quia enim Deus ab insignibus beneficiis, quae patriarchis pollicitus erat, Deus Abrahami, Isaaci et Iacobi dici uoluit Exod. III, 6. Pharisei id ita interpretari solebant, ut gentiles a diuina benignitate fere prorsus excluderent. Docet ergo Apostolus, Deum uniuerso generi humano per Christum bene cupere.

30. ὅς — τῆς πίστεως) Ἐκ, propter. δικαιοσύνη Fut. pro praes. et praeterito. Frequentissimum id, ubi notantur actus continui. Διὰ τῆς πίστεως, propter fidem, non differt a phrasi ἐκ πίστεως. Sensus huius commatis est: *Quandoquidem unus est Deus, qui et Iudaeis et Paganis propter fidem condonare eosque felices reddere uult. Deus omnium hominum Pater et ἐνεργέτης omnibus bene cupit, omnibus unam eandemque rationem ueniae et salutis per Christum eiusque religionem patefecit.*

31. Νόμον — ἰσῶμεν.) *An igitur doctrinam ueteris Testamenti tollimus per doctrinam de fide? Minime, sed doctrinam ueterem confirmamus.* Ostendit Paulus ab hoc comm. 31. usque ad c. IV, 25. doctrinam Apostolicam de fide non repugnare doctrinae V. T. sed potius cum ea optime consentire. Νόμος h. l. non potest referri ad legem rituales Mosaicam; hanc enim abrogatam esse Apostolus saepenumero dixit; nec etiam leges de moribus regendis intelligi possunt, quum non possit reddi ratio perspicua modi, quo lex ista per doctrinam de fide sit confirmata. Intelli-

gitur ergo doctrina quae in sacris libris V. T. continetur. Nempe haec ipsa scripta V. T. necessitatem fidei commendauerant; quamobrem Paulus clare dixerat u. 21. δικαιούνην θεῶν, quae non proficiatur ab obseruatione legis, esse μαρτυρημένην ὑπὸ τῶ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. Hanc rem statim amplificat Paulus uniuersa disputatione c. IV. quae e V. T. scriptis demonstrat, Abrahamum *fide sua* placuisse Deo, et haecenus δίκαιον declaratum fuisse. Πίσις h. l. est *doctrina de fide*. Καταργεῖν proprie est *inutilem reddere*; per μετάληψιν autem *dicere, rem aliquam esse inutilem; falsam declarare doctrinam aliquam; contra eam disputare*. Νόμου ἰσώμεν, Scripturis suum honorem uindicamus, earumque auctoritatem sequimur. Connectendus igitur hic uersus cum capite sequenti, in quo prolixius ad obiectionem hoc commate propositam, respondetur.

CAP. IV.

I. **Τ**ὶ ἔν — κατὰ σάρκα;) *Quid e. g. Abrahamum dicemus consecutum esse externis rebus? ἔν, particula transeundi, h. l. uerti potest: exempli causa. Κατὰ σάρκα referri debet ad εὐρηκίαι, et est pro διὰ τῆς ἐν σαρκὶ περιτομῆς, uel ut Theodoretus explicat: ἐν ἔργοις. Significantur res externae, quibus iudaei gloriari solebant, e. g. circumcisio. Post ἰρῆμεν non est ponenda interrogationis nota. Ἐυρίσκειν, ἔχειν, consequi, habere, Gen. VI, 8. XVIII, 3. Sic Strabo L. XVI. de filiis Herodis dicit: Θεραπίαι πολλῇ μάλιστα εὐρουτο κάθοδον, multis obsequiis potestatem redeundi uix impetrarunt. Interrogationis uis est, ut neget. Nulla iaus uel felicitas contigit Abrahamo ex circumcisione. Alii κατὰ σάρκα referunt ad πατέρα, ut sensus sit: Quid igitur dicimus,*

nos Abrahamum natos esse patrem? Sed hanc explicatio-
nem Grammaticae leges uix ferunt. Deest enim ἡμᾶς post
διηρημέναι, et redundat tum ἡμῶν post πατέρα, tum articulus
ante πατέρα. Doctrinam de fide non esse contrariam Iu-
daeorum libris sacris, primum ostendit Paulus exemplo Abra-
hami, quem, *quum nondum circumcisus esset*, propter fidem
Deo gratum fuisse diserte docent Iudaeorum libri sacri.

2. Ἐι γὰρ — θεῶν) *Quodsi enim Abrahamus propter
bene facta laudem probi hominis consecutus est, habuit qui-
dem quo gloriaretur, (nempe apud homines,) sed non apud
Deum; i. e. propter externa opera pietatis non consecutus
est fauorem diuinum, sed (ut docet u. 3.) propter fidem
Deo habitam. Respondet Apostolus ad quaestionem comm. 1.
prolatam. Τὸ γὰρ non semper rationem praecedentis pro-
positionis reddit, sed habet etiam alias significationes, e. g.
faxe, profecto, ut Io. IX, 30. Ἐδικαιώθη h. l. idem
est, quod δίκαιος ἦν, uel, ἐγένετο, ut supra III, 4. Alia est
S. V. SEMLERI interpretatio, qua interpunctione paullu-
lum mutata, seruataque uerbi δικαιῶσθαι significatione apud
Paulum solemnī, locus sic constituitur: εἰ γὰρ — καύχημα.
ἀλλ' εἰ πρὸς τὸν θεῶν. Si enim Abrahamus suo ipsius merito
natus esset fauorem diuinum, haberet unde gloriaretur.
Minime uero hoc: per Deum immortalem!*

3. τὶ γὰρ ἡ γραφὴ λέγει;) Gen. XV, 6. postquam nar-
rata fuit Dei promissio facta Abrahamo de sobole, re ipsi
insperata. ἐπίστευσε δὲ Ἀβραάμ τῷ θεῷ) *Fidem habuit
Abrahamus Deo, qui innumeram sobolem ei promiserat. In
uero ἐπίστευσε est neruus probandi. καὶ ἐλογίσθη
αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην) Et (hoc) fuit ipsi laudi, i. e. Deus
hoc*

hoc ita in bonam partem accepit, ut Abrahamum praemiis afficiendum existimaret: haec enim est significatio Phraeseos **השכ לצרה**, λογίζεσθαι εἰς δικαιοσύνην. Hebraei ueteres semper cogitando coniungebant facta egregia et praemia; hinc **הצרה** nunc est factum egregium, nunc id, quod praemio est dignum. Nihil Deo magis placet, quam pia in eum fiducia, quae est plurimarum uirtutum altrix et mater. Supple: Exinde consequitur, Abrahamum non operibus suis consecutum esse fauorem diuinum. Accepit hoc praemium non tanquam mercedem sibi debitam, sed tanquam beneficium gratuitum. Magnam uim habuit hoc Abrahami exemplum ad conuincendos Iudaeos, et quidem ex ipsis eorum Scriptis sacris. Conueniunt τίς Abrahami et Christianorum in eo, quod utraque nititur Dei benignitate et in promissis seruandis fide. Quomodo autem utraque differat patet ex u. 24. 25.

4. τῷ δὲ — δφείλημα) *Ei nempe qui perfecte praestitit praestanda merces non tribuitur tanquam beneficium, sed ex debito confertur. Δὲ, nempe. Ὁ ἐργαζόμενος, (sc. δικαιοσύνην,) est is, qui praestitit omnia, quae praestanda erant, qui legem Dei perfecte perpetuoque praestat. Huic igitur merces tribuitur, (λογίζεσθαι) non tanquam beneficium, sed ex debito.*

5. τῷ δὲ μὴ — δικαιοσύνην) *Ei uero, qui non perfecte praestitit (legem Dei,) fiduciam autem reponit in eo, qui impios etiam (resipiscentes) ab omni reatu absoluit, ei haec fiducia sua pro pie facto imputatur, is pro fiducia sua remuneratur a Deo. Μὴ ἐργαζόμενος, is, qui non exacte fecit quae debuit. Talis fuit Abrahamus; tales etiam sunt omnes*

omnes alii homines. Δικαιῶν, *absolvere*. Τὸν ἀσεβῆ, non intellige eum, qui iam adhuc impius fit, sed qui aliquando fuerit, nunc autem resipiscit. Εἰ λογίζεται ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην, *ei fiducia sua pro pie facto imputatur*; is praemio afficitur propter hanc fiduciam, ut Abrahamus (u. 3.) probatur Deo ut pius, et nanciscitur id beneficium, quod Deus ei promisit.

6. καθάπερ καὶ Δαβὶδ) Πς. XXXII. quem Davidis esse, docet inscriptio. λέγει τὸν μακαριστὸν τῷ ἀνθρώπῳ) *Eum hominem felicem praedicat*. λέγειν τὸν μακαριστὸν, i. e. μακαρίζειν. Μακαρισμὸς etiam Aristoteli et Ammonio est gratulatio et praedicatio felicitatis alienae. ὃ ὁ Θεὸς δικαιοσύνην λογίζεται) *Cui Deus praemia decernit*; uel: *quem Deus favore suo complectitur*. χωρὶς ἔργων) *Nulla suo merito; etiam si opera nondum adsint*, (quia in illo Psalmi loco nulla fit mentio operum, sed animi dolo carentis,) et si non exacte fecit, quae debuit.

7. ὃν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.) *Quorum peccata sunt tecta*, i. e. omnino remissa, et obliuioni quasi tradita. Indicatur totalis ἀμνησεία ἁμαρτιῶν, Hebr. VIII, 12. X, 17. Sic apud Ciceronem pro Coelio, c. 18. *uitia multis uirtutibus obtecta* commemorantur.

8. ὃ — ἁμαρτίαν) λογισθῆναι τινὶ ἁμαρτίαν, ἢν βωπ, imputare alicui peccatum, *einem eine Sünde denken*, nimirum ut poenas det aliquando. Qui autem beatum et felicem esse putat, quod Deus ei peccata remisit, is confitetur, se non posse gloriari suis meritis. Ex his igitur Davidis uerbis aperte constat, eum demum hominem uere esse beatum, qui

qui firma fiducia a Deo expectat promissa beneficia, etsi non exacte fecit, quae debuit.

9. ὁ μακαρισμὸς ἐν ἔτος) Descriptio ista beati hominis cui conuenit? ἐπὶ τὴν περιτομῆν) *An circumcisis?* supple tantum, quod hic recte ad sensum addidit Latinus; figura, qualis supra III, 30. ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυσίαν;) *An uero etiam non circumcisis?* Hebraeum חַטָּ, quod ἐπὶ uertitur, saepe subiectum significat, cui aliquid conuenit, ut apparet Gen. XXVII, 12. et alibi. Subauditur uerbum γίνεται. Non directe respondet Apostolus ad hanc quaestionem, sed illustrat rem Abrahami exemplo, ex quo luculentissime apparet, hanc descriptionem uiri beati etiam non circumcisis conuenire. λέγομεν — δικαιοσύνην) *Abrahamum quidem diximus* (supra u. 3.) *fiduciae suae causa Deo probatum fuisse, et nactum esse beneficia sibi a Deo promissa.* λέγομεν γὰρ, ἰμο uero; *ut redeam ad ea, quae modo dixi.* Atqui Abrahamus tum, quum hac fiducia praeditus esset, fuit incircumcisis, et lege Iudaica hand initiatus; quod argumento est, δικαιοσιν etiam ad gentiles pertinere, nulloque modo propter obseruatam legem Iudaicam statui.

10. πῶς ἐν ἐλογίσθη;) In quo Abrahami statu? ἐν περιτομῇ — ἀκροβυσίᾳ) Egrege caedit Iudaeos, ut dici solet, in suis ipsorum castris. Abrahamus XIV. ut minimum ante annis, dicitur credidisse Deo, priusquam fuit circumcisis. Nam Gen. XV, 6. iam dicitur Abrahamus δικαιοθῆναι διὰ τῆς πίστεως, circumcisionis autem suscipiendae praeceptum capite demum XVII, 23. accepisse legitur.

11. καὶ σημεῖον — τῆς ἐν τῇ ἀκροβυσίᾳ) *Et signum circumcisionis* (circumcisionem externam) *accepit tanquam sigillum,*

gillum, se nondum circumcisum, propter piam fiduciam in gratia apud Deum fuisse. Circumcisio a Iudaeis saepe uocatur signum, e. g. Ialkult Rubeni f. 170. Og fuit circumcisus, et Moses timuit propter signum foederis eius. Δικαιοσύνη τῆς πίστεως uí contextus est diuina in Abrahamum beneuolentia, qua propter piam eius fiduciam eum erat complexus. Huius diuinae beneuolentiae *figillum* fuit circumcisio. Deus enim promisit Abrahamo stirpem in multas gentes exituram, addidit se daturum posteritati ipsius terram Cananaeam, ac praeterea, se futurum Deum, i. e. ἐνεργέτην, tum ipsi, tum posteris eius; et in testimonium datae huius promissionis uoluit, notam illam corporibus imponi. Gen. XVII. Itaque circumcisione *confirmatum* est tantum, Abrahamum apud Deum esse in fauore, cuius fauoris diuini autem iam antea fuerat particeps. εἰς τὸ εἶναι — δι ἀκροβυστίας) *Vnde dici potest pater eorum omnium qui nondum circumcisi credunt.* Ἐἰς τὸ εἶναι, consueta Apostolo formula iungendi periodis periodos, pro: καὶ ὅτως ἐγένετο αὐτοῦ. Docuit Abrahamus suo exemplo, fieri posse, ut hi quoque fauoris diuini, praemiorumque fiant participes. Πατὴρ h. l. est *caput*, ut saepius. Διὰ ut supra c. II, 27.

12. καὶ πατέρα περιτομῆς) *Et caput Iudaeorum.* Repetendum ex superiore loco εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν et ad proximè praecedentia referendum. *Iudaei etiam μὴ πιστεύοντες,* sensu uulgarī Abrahami soboles dici poterant. Quia uero pro dignis Abrahami filiis haberi non poterant, ideo addit quae statim sequuntur. τοῖς ἡμῶν Ἀβραάμ) *eorum nempe, qui non tantum circumcisi sunt, sed etiam uestigia fidei*

fidei (et *fiduciae*) *premunt, quam Abrahamus nondum circumcifixus, Deo probauerat.* Τοῖς ἐκ περιτομῆς, pro: τῶν, ut כִּן cum ל apud Hebraeos construi solet, e. g. 2 Sam. VII, 14. Ὁι ἐκ περιτομῆς *circumcifixi*. II, 26. 30. Στοικεῖν τοῖς ἴχνεσι, ἴχνησι βαίνειν, εἰς ἴχνος ἰέναι, κατ' ἴχνος ἀκολουθεῖν sunt locutiones metaphoricæ, pro *imitari*, etiam apud elegantiores Graecos. Hebraei pro eodem dicunt כִּדְרַךְ בְּדַרְךְ, nam דְּרַךְ ἴχνος uertitur Prou. XXX, 19. Ut pro uero Abrahami filio habearis non sufficit ut sis circumcifixus, sed praecipue exemplum fidei eius imitari debes. Alias huius loci explicationes uid. ap. *Koppium*.

13. εἰ γὰρ διὰ νόμου ἢ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραάμ) *Supple: ἐγένετο. Neque uero sub conditione legem aliquam obseruandi promissio illa facta est Abrahamo.* Alio argumento sententiam confirmat Apostolus. Ostendit nempe ex historia Gen. XII. promissum esse Abrahamo ingens quoddam beneficium non sub conditione legem aliquam, positiuam nempe, obseruandi, sed tantum sub τίσεως conditione. Ὁυ διὰ νόμου, *non cum lege aliqua*, i. e. non cum ea conditione ut legem quandam obseruaret. Νόμος, sine articulo, indicat certam quandam legem, quaecunque demum sit. Hoc nempe uult Apostolus, nonnisi ex peculiari quodam Dei fauore, nulla legis alicuius, uel ritualis uel politicae obseruandae conditione adiecta, promissam esse Abrahamo et posteris eius terram. Ὁυ γὰρ, *neque uero.* Ostenderat Apostolus, *circumcisionem* non profuisse Abrahamo ad consequendam felicitatem; nunc uero ostendit, nec ob legis cuiusdam obseruationem hanc ei felicitatem contigisse. ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ) Σπέρμα, ὕψι, *posteritas.* Si non ipsi Abrahamo sub

sub conditione obseruandi legem data est promissio; (de qua statim plura) ergo nec posteritati eius; nam eadem est promissio. τὸ κληροῦμον αὐτὸν εἶναι τῆ κῆρας) *Fore, ut terram possideat.* Τὸ est pleonasmus Atticus. Κῆρας formula Iudaica hic nihil aliud esse uidetur, quam γῆ, ארץ, Gen. XII, 7. et in specie terra Canaan; nam Palaestina apud Hebraeos κατ' ἐξοχὴν ארץ dicta est. Facile tamen phrasis הוֹרַת הָאָרֶץ cit. et aliis Geneseos locis de orbe terrarum uniuerso intelligi potuit a Iudaeis, praesertim quum Prophetae saepius populo Israelitico imperium in omnem terrarum orbem promiserint, e. c. Ies. LIV, 3. Κληροῦμος, non est haeres, sed *possessor*, s. *dominus*, et proprie quidem, *qui portionem terrae Cananaeorum sorte accepit*; a νόμος *distribuo*, et κῆρος, *calculus*, quo Hebraei, ut uidetur, usi sunt in sortibus dandis, u. Ios. XI, 23. XIV, 2. Videtur autem h. l. *possessione mundi* intelligi omnis generis felicitas Abrahami posteris promissa. Cf. comm. 16. ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως) *Sed per fauorem, in quo propter fidem apud Deum erat.* Mechilta in Exod. XIV, 31. *non haereditate possedit Abrahamus pater noster mundum hunc et futurum, nisi per fidem.*

14. εἰ γὰρ δι' ἐκ νόμου, κληροῦμοι) *Si enim ii (tantum) qui legem obseruant, consequi possent felicitatem — Abrahami nempe posteris promissam.* Ὅι ἐκ νόμου sc. ὑπάρχοντες, s. ὄντες, sicuti δι παλαι. *antiqui*; δι πάνυ, *praestantes*. Κληροῦμοι, sc. γένωνται. κενύεται ἢ πίστει) *Fides ui sua careret, fidei Abrahami et posterorum eius nihil tribui posset.* Κενώω, tollo, I Cor. IX, 15. 2 Cor. IX, 3. καὶ κατηγορηται ἢ ἐπαγγελία) *Et promissum praestaret nullum usum,*

inutile effet. Sensus est: Si Abrahamus et posterius eius propter obseruatam legem accepissent bona promissa, non amplius fidei ex parte hominum, et gratiae ex parte Dei suus honor et sua uis constare potuisset, sed merito quodammodo fuisset locus.

15. ὁ γὰρ νόμος ἔργῳ κατεργάζεται) *Quin potius lex poenam parit*; tantum abest, ut per eam praemia contiguant. Hanc τῷ γὰρ significationem contextus requirere uidetur. Nouam sc. rationem affert Apostolus, cur propter legis obseruationem felicitas a Deo exspectari haud possit. Leges nempe occasionem dant delictis et poenis. Κατεργάζεται, parit, ut Rom. V, 3. 2 Cor. IV, 17. De uoce ἔργῳ bene Theodoretus: ἔργῳ γὰρ τὴν τιμωρίαν ἐκάλειπεν. ἔ γὰρ — παράβασις) *Vbi contra lex nulla uertitur, ibi nec culpa statuitur*. Hanc particulae γὰρ significationem in animo habuerunt, qui pro γὰρ legerunt δὲ. Valuit quidem ante Mosen lex naturae, sed ea caruit multis praeceptis et interdictis, quae in lege Mosis erant, et grauius poenas inferebant. In tota hac disputatione de lege morali aeterna et immutabili uix sermo esse potest. Nam sine huius obseruatione salus nulla contingere homini potest. Loquitur potius Apostolus de lege quadam arbitraria, certis tantum temporibus accommodata, qualis erat lex Mosis.

16. διὰ τῆτο ἐκ πίστεως) Nempe ἡ ἐπαγγελία ἐγένετο, uel etiam: κληρονόμοι γινόμεθα, *felicitatem consequimur*. Concludit Apostolus, quum nec in circumcisione nec in legibus Moisaicis obseruandis causa felicitatis Abrahamo promissae, quaerenda sit, *soli fidei eam esse tribuendam*. ἵνα

κατὰ

κατὰ χάριν) Sc. γίνηται. *Vt pro beneficio agnoscatur.*
 Inde nimirum apparet, promissum esse ingens, quippe
 procedens ex summa Dei benevolentia. 'Εἰς τὸ εἶναι —
 'Αβραάμ) *Vt felicitas promissa contingere possit omnibus*
Abrahami posteris, non tantum legem, (Mosaicam) ob-
seruantibus, sed et credentibus. Altera ratio, cur Deus
 fidem et piam fiduciam respexerit, ut paria sperare
 possent ii, quibus a Deo lex non erat data. Ἡ ἐπαγ-
 γεῖα, uel promissio, uel felicitas ipsa promissa. 'Αβραάμ
 iungendum uidetur τῷ σπέρματι. Τὸ σπέρμα τὸ ἐκ τῆ νόμῳ
 sunt posterii circumcisi, quos u. 12. περιτομὴν uocarat, ἰ. e.
Judaei, qui propter circumcisionem posterii Abrahami habe-
bantur. Τὸ ἐκ πίστεως σπέρμα, ἰ. e. τὸ σπέρμα Αβ. τὸ πίστεν
 ἔχον. Alii iungunt ἐκ πίστε. Αβ. et intelligunt eos, quibus
 communis cum Abrahamo fides inest, posteros, non circum-
 cisos quidem, sed tamen fide Deo addictos, sicut olim
 Abrahamus, Deo addictus erat fide. ὅς ἐστι πατὴρ πάν-
 των ἡμῶν) Caput et pater omnium, qui unquam uere in
 Deum crediderunt et credunt, ante et post Christi tem-
 pora. Ergo beneficia, Abrahamo a Deo promissa, non tan-
 tum ad Iudaeos, sed etiam ad Ethnicos, qui Christo nomen
 dant, pari iure pertinent.

17. καθὼς γέγραπται — τίθειά σε) Legenda sunt haec
 uerba in parenthesi. Desumpta sunt ex Gen. XVII, 5.
Constituam te patrem multarum gentium. Ergo non Iu-
 daeorum tantum, sed etiam gentilium. Τίθειά σε,
 יתתי. κατέναντι ἢ ἐπίσεισε θεῷ) Haec proxime con-
 struenda sunt cum uerbis comm. 16. ὅς ἐστι πατὴρ πάντων
 ἡμῶν. (Qui est caput et pater omnium nostrorum) coram

Deo (iudicio Dei, uel, ut alii malunt: *ui atque potestate diuina*), cui pia fiducia additus fuit. Const. κατέναντι Θεῷ, ὃ ἐπίστευσε, et hoc pro: κατέναντι Θεῷ ἐκείνῳ, ὃ ἐπίστευσε. Abrahamus pater censetur, non tam ratione natalium, quibus certa quaedam gens cum ipso est coniuncta, quam potius ratione piae fiduciae, quam in Deo posuerat; in qua, qui ei sunt similes, pro posteris eius reputantur, iudicio Dei. τῷ ζωοποιῶντος τῶς νεκρῶς) *Qui emortuis uitam reddere possit.* Quum hic de Isaaci ortu promisso agatur, apparet, νεκρῶς hic per translationem dici *homines decrepitos, et per naturam inutiles ad gignendi functionem*, ut ipse Apostolus uerbis apertioribus iam iam explicabit. Secundum alios his uerbis inest descriptio *maiestatis diuinae*, petita a rebus uim omnium mortalium longissime superantibus, *creatione rerum nouarum, uel destinatione factorum humanorum antequam ipsi homines existunt, et resurrectione mortuorum.* καὶ καλέντος — ὡς ὄντα) *Et qui eos, qui nondum sint, quasi iam essent, uocare possit, i. e. efficere ut sint.* Nam sicut Hebraeis saepe uocari est esse; ita uocare est facere ut quid existat. Sicut enim Dominus, seruum uocans, facit ut ueniat, sic et Deus res eas, quae nec sunt, nec futurae putantur. Sic Deus Isaacum, qui nec erat, nec secundum naturae cursum nasci poterat, uocauit, i. e. existere fecit. Philo de creat. Princip. p. 728. B. τὰ γὰρ μὴ ὄντα ἐκάλεισεν εἰς τὸ εἶναι, *namque quae non essent, fecit ut essent.* Pertinent haec uerba, non ad creationem, sed potius ad consuetudinem uaticiniis maxime propriam, qua res futurae, quae nondum extant, tractantur, tanquam praesentes. Ergo, ut τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα δεικνύειν, pictoribus et fictoribus tribuitur ab Artemi-

Artemidoro, p. 46. edit. Rigalt. sic καλεῖν τὰ μὴ ὄντα εἰς ὄντα est, *absentia, necdum extantia, appellare, habere, et censere, quasi praesentia essent.*

18. ὃς παρ' — ἐπίστευσεν) *Qui, quum nulla sperandi materia esse uideretur, confidenter sperauit.* Παρ' ἐλπὶδα Vulgatus uertit: *contra spem*, i. e. quum nihil sperandum esse uideretur, nempe secundum naturae leges. 'Επ' ἐλπίδι, *cum spe, confidenter*, כַּבְטָח, ut Pl. XVI, 9. IV, 9. Abrahamus, quamuis senex, nihilominus confidenter sperauit, fore, ut quae Deus ipsi pollicitus esset, eueniant. Gen. XV, 5. XVIII, 10. II. Hoc erat *singulare et inauditum* in Abrahami fide. εἰς τὸ — ἐθνωῶν) 'Εἰς τὸ γενέσθαι, i. e. καὶ ἔτιως ἐγένετο, *ita ut (praemii loco) fieret pater multarum gentium.* Vel, quod praefero, iungi possunt haec uerba τῷ ἐπίστευσεν, ut respondeant hebraicis הַיְוָה לְאֵמֶן pro futuro: εἰς τὸ (τῷ ὄρει) γενέσθαι αὐτὸν (uel potius αὐτὸν) *credidit se fore patrem gentium multarum.* ἔτιως εἶσαι τὸ σπέρμα σου) *Nempe, ut stellarum immensa multitudo, quod ex loco Gen. XV, 5. hic subauditur.*

19. καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίσει) *Haud infirmus, i. e. firmissimus fiducia.* ἢ κατενόησε — νενεκρωμένον) *Non considerauit corpus suum emortuum, i. e. effoetum et ad generandum inhabile.* Κατενόησε hic significat actum permanentem, ut aliquoties hebraeum טַבַּח. *Non mansit respiciens, uel considerans; nam considerauit hoc quidem, ut uidemus Gen. XVII, 17. sed hanc cogitationem expulit animo, fretus Deo promittente.* ἑκατονταέτης πρὶ ἰσχύου) Abrahamus tunc 99 annos erat natus; ideoque hic

additur *πρ*, *fere*, *circiter*. Sic Plutarch. in uitis, *uita Andoc*: *aetate maior fuit Lyfia*, ἑτσοί πρ ἑικοσι, *uiginta circiter annis*. καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μητρὸς σάρβ-
 ςας) *Uterum non ultra conceptui aptum Sarae*, utpote
 anus nonagenariae.

20. εἰς δὲ — τῆ ἀπιστίας) *Eis per contra non male*
 transtulit Syrus. Διακρίνεσθαι, *haesitare*. Vulgatus:
non haesitauit diffidentia. Theodoretus: εἰ γὰρ ἀπειθεὺς εἰς
 τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῷ ταύτης ἀναμφιβόλως ἐπίστευσ-
 ποιητῆ. ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῆ πίσει) *Sed firmavit sese fide*.
 Nam Passium hic ualet, quod hebraeum *Hithpaël*, pro quo
 et ipsi Hebraei saepe ponunt *Kal* aut *Niphal*. Sic Pl.
 LII, 9. est in *Kal* ἰϛ' graece in Passiuo ἐνεδυναμώθη,
 utrumque pro *firmavit sese*. δὸς δόξαν τῷ θεῷ) *Dei*
reuerentia ductus. Sic Ios. VII, 19. Dare gloriam Deo
 dicitur, qui aut facit, aut dicit, aut ut hic Abrahamus,
 cogitat, quod Deo honorificum est.

21. καὶ πληροφορηθεὶς) *Et plane persuasum habens*.
 Πληροφορεῖσθαι est, *impleri aliqua re*, ut apparet Ec-
 cles. VIII, 11. ubi in Hebraeo מלא plenum est. 2 Tim.
 IV, 5. 17. Hinc ducta translatio ad *persuasionem*, quia,
 ubi quis non dubitat, sed rem pro certa habet, eius cor
 dicitur tali re esse plenum. ὅτι ὁ — ποιῆσαι) Nempe
 Deus, quod nomen praecessit. Promissa pro rebus certis
 habentur, si nec de uoluntate, nec de potentia promitten-
 tis dubitatur.

22. δὲ — δικαιοσύνην) Sc. ἡ πίστις. Redit Apostolus
 ad propositum. Cf. u. 3.

23. ἐκ ἐγγράφῃ δὲ δι' αὐτοῦ μόνου) *Non tantum in
ipſius laudem.* ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ) *Sc. ἢ πίστις εἰς
δικαιοσύνην.*

24. ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς) *Eo simul consilio scripta est
historia δικαιοσύνης Abrahami, ut eius exemplo posterī omnes
piae fiduciae necessitatem atque dignitatem apud Deum in-
telligerent.* οἷς μέλλει λογιζέσθαι) *Supple iterum: ἢ πίστις
εἰς δικαιοσύνην.* τοῖς πιστεύουσιν — ἐκ νεκρῶν) *Argumen-
tum, quo utitur Apostolus ad probandam fiduciae in Deo
positae dignitatem, desumptum est a simili. Abrahamus
Deo probatus fuit ideo, quod fidem habuit promissis di-
uinis; sic et nos favore diuino et beneficiis diuinis frue-
mur, si Dei promissionibus credimus. Si Abrahamus, qui
promissioni diuinae de numerosa sobole fidem habuit, Deo
probatus fuit, nos multo magis Deo erimus grati et accepti,
qui certissime expectemus beneficia, quae nobis propter
Christum promisit. Addit Apostolus: τοῖς πιστεύουσιν — ἐκ
νεκρῶν, qui fiduciam collocamus in eum, qui suscitauit Iesum,
Dominum nostrum ex mortuis, i. e. in Deum omnipoten-
tem. Nam suscitatio Iesu ex mortuis fuit insigne poten-
tiae diuinae opus. Ex hoc igitur resurrectione Iesu
firmiter concludere possumus, Deum id quod nobis per Chri-
stum promisit, praestare posse et uelle. Promisit autem
nobis mortalibus uitae immortalitatem, eamque in coelis
agendam, proinde uere ac perfecte beatam, et etiam si inter-
ea moriamur, ex morte resurrectionem. Huic igitur pro-
missioni diuinae, si fidem habeamus, haec fiducia nobis impu-
tatur εἰς δικαιοσύνην, probamur Deo, eiusque favore fruimur.*

25. ὃς παρεδόθη — δικάσωσιν ἡμῶν) *Qui (morti) traditus est propter delicta nostra, et in uitam rediit propter nostram absolutionem et felicitatem.* Παρεδόθη, sc. εἰς θάνατον. Deus nempe sapientissimo consilio permisit, ut Iesus in manus hostium traderetur, qui eum truculenta morte afficerent. Traditus autem est Iesus morti διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν *insons*, propter nostra delicta, ut nempe ea expiaret, atque nos, respicientes a metu futurae miseriae post mortem liberaret. Cf. supra c. III, 25. Sed suscitatus est etiam Iesus, et in coelum euectus διὰ τῶν δικάσωσιν ἡμῶν, *propter absolutionem nostram*, ut a metu miseriae et a miseria ipsa liberati, perpetua et perfecta potiremur felicitate. Nam δικάσωσις nihil aliud esse uidetur, nisi δικαιοσύνη τῆ θεῆ, de qua supra c. III, 21. nisi quod δικάσωσις magis actiue *condonationem* huius beneficii denoret. Reditus Iesu in uitam omnino hanc habet uim, ut in fiducia illa, de qua u. 24. dictum erat, confirmemur. Fiducia nempe nostra est in Deum omnipotentem et ueracissimum, fore, ut nobis post mortem aeternam uitam et felicitatem largiatur. In hac fiducia maxime nos confirmare potest, quod istius rei exemplum et experimentum Deus dederit in Iesu, quem *Dominum nostrum* fecit, et per quem nobis immortalitatis et aeternae felicitatis spem fecit certissimam.

CAP. V.

Extollit Paulus magnitudinem beneficii, quod confertur in eos, qui promissiones Dei per Christum firma fide et fiducia amplectuntur, u. 1 — II. deinde uero pulcherrima collatione Adami et Christi ostendit, hoc beneficium pertinere ad omnes omnino homines, et religionem christianam non tantum

tantum Iudaeis, sed et omnibus aliis gentibus ex Dei consilio esse debere efficacissimum salutis remedium.

1. Δικαιοθύντες — χριστῶ) *Postquam igitur peccatorum ueniam adepti sumus per fidem, propensum nobis habemus Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.* De significatione uerbi δικαιοῦσθαι uid. supra c. III, 20. *Pacem habemus cum Deo, i. e. propitium nobis esse Deum scimus; uacui sumus a metu poenarum diuinarum.* Hoc beneficium nobis contingit per Iesum Christum, Dominum nostrum. Ἐρήνη hic est, quod μοχ χάρις, *gratia, fauor, u. 2.* Alii legunt ἔχωμεν, ut sensus sit: *teneamus, i. e. fruamur hac restituta nobis gratia diuina.*

2. δι ἧ καὶ — χάριν ταύτην) *Per quem etiam potestatem accepimus fide fruendi huius beneficii, uel diuini fauoris, ἐσχίκαμεν, pro ἐλάβομεν.* Προσαγωγή est *potestas accedendi ad aliquem.* Hesychius: προσαγωγή, προσέλευσις. Apud Graecos προσάγειν dicuntur, qui copiam faciunt accedendi ad principes, et προσαγωγῆς sunt, qui legatos ad reges ducunt. Potestatem autem fruendi huius beneficii accepimus per Christum et eius religionem, quae nobis etiam innotuit. χάριν, intellige Dei fauorem eum, quo credentibus propter Christum ueniam dat, illisque et animi tranquillitatem, et uitae aeternae beneficia confert. ἐν ἧ ἐσχίκαμεν) Ἐν ἧ, refer ad χάριν, non ad πίστιν, ut uult Grotius. *Quo Dei fauore perfruimur. Stare, i. e. permanere in gratia.* καὶ κευχώμεθα — θεῶ) *Et gaudeamus spe gloriae illius, quam a Deo accepturi sumus, secundum promissa Christi.* Δόξα, *felicitas cum honore coniuncta.* Κευχῶμεθα, h. l. est *gaudere.* Sic ἰβυ uertitur

et per καυχᾶσθαι, et per κατακαυχᾶσθαι, ut et קָוֶה et קָוֶה, quae paris sunt significatus. Potest tamen retineri uulgaris significatio uerbi, ut eleganter opponatur ineptis Iudaeorum gloriacionibus, c. II, 17. 23. III, 27.

3. εἰ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ) Formula connectendi Paulo solemnis, comm. II. c. VIII, 23. IX, 10. 2 Cor. VIII, 19. Indicat illa, adiectum iri aliquid a priori diuersum, idque uel cum gradatione quadam uel fine illa. In nostro loco gradatio adest, et uertere potes: *Quinimo, quod maius est, gaudemus etiam de calamitatibus.* Similiter Philo de uita *Mosis* Hebraeos afferit quum affligerentur Aegyptii, non nisi calamitatum alienarum fuisse spectatores, καὶ εἰ μόνον ἀλλὰ καὶ μαθημάτων τὸ κάλλιστον καὶ ὠφελιμώτατον, ἀναδιδασκομένους εὐσεβείαν, imo *quod maius est, etiam tales, qui doctrina pulcherrima et utilissima pietatis eruditi essent.* Occurrit Paulus tacitae obiectioni. Poterat nempe aliquis dicere, uos gloriamini spe felicitatis a Deo promissae; interim affligimini, uexamini, dedecore et contumeliis afficimini. Respondet Apostolus: istas afflictiones non amplius habent rationem poenae apud eos, qui Deum sibi habent amicum. Ducimus nobis istas calamitates maximo honori, quia eas Dei causa perferimus; nihil enim de felicitate nostra decerpunt, sed eam potius uel maxime augent. Θλίψεων nomine autem h. l. praecipue intelligenda sunt, quae nobis tanquam Christianis, seu ideo quia Christiani sumus, dura et acerba eueniunt. Potest tamen referri ad alias etiam res aduersas, quae nobis sine culpa nostra accidunt. Nunc enumerat Apostolus uarias rerum aduersarum utilitates. εἰδότες — κατεργάζεσθαι) *Scientes, quod calamitas*

calamitas patientiam malorum parit; nempe in credentibus. *Patientiam*, intellige eam, per quam Dei caussa mala quaeuis libenter toleramus. Alii intelligunt *constantiam in tuenda ea re, propter quam patimur*.

4. δοκιμὴν) *Explorationem*, nempe sui ipsius; nam patiendo discit homo suas vires. Alii intelligunt *probitatem spectatam et constantem*, Beuvaebrung. 2 Cor. II, 9. Magis magisque confirmamur in professione religionis christianae et verae uirtutis studio. ἐλπίζα) Nam qui scit, se durissima pati Dei caussa, eius spes magis magisque accenditur, tum ex Dei bonitate, cui non conuenit, talem patientiam non munerare, tum, ex promisso Christi Matth. V, 12. Io. XVI, 20.

5. ἡ δὲ ἐλπίς ἢ καταισχύνηι) *Spes* (haec) *non pudefacit*, i. e. non fallit. Locutio sumta ex Pf. XXII, 6. Est Metonymia, quia plerumque pudere eos solet, qui uanis pollicitationibus fidem habuere. Intelligenda autem h. l. est *spes*, in Dei promissis fundata. ὅτι ἡ ἀγάπη — καρδίαις ἡμῶν) *Nam Dei erga nos amor abunde effusus est in mentes nostras*, i. e. abundanter testatus est animis nostris. Ἡ ἀγάπη τῷ Θεῷ h. l. non est noster erga Deum amor, sed *amor Dei erga nos*. Cf. u. 8. *Effundendi uocabulo inest notio magnitudinis, amplitudinis*, Aët. II, 17. 18. Additur uero ἐν ταῖς καρδίαις, ut significetur *sensus fauoris diuini animis Christianorum instillati*. Cum antecedentibus ita cohaerent haec uerba: *Ista spes eo laetior est, quo certius nobis de magnitudine diuini amoris constat*. διὰ πνεύματος — ἡμῶν) *Per doctrinam christianam, qua imbuti sumus*, et sensus bonos per eam in animis nostris excitatos.

citatos. Nempe edocti sumus per doctrinam Christi, nos a Deo amari, et res aduerſas de felicitate noſtra uera nihil detrudere. Τὸ πνεῦμα ſaepe eſſe doctrinam chriſtianam, oſtendit Ven. Noeffelt in diſput. ſup. loco Paulli Apoſtoli ad Rom. VIII, 26. 27. (Opuſc. Fascic. II. p. 90. ſqq.) De donis miraculoſis h. l. non eſt fermo, quia Romani iis non uidentur tum temporis praediti fuiſſe, c. I, 11.

6. ἔτι γὰρ — ἀπέθανε) *Nam Chriſtus, quum adhuc eſſemus miſeri, tempore ſtatuto pro nobis peccatoribus mortuus eſt.* Docet Paulus, qua ratione Chriſtianis abunde teſtatus ſit amor diuinus per doctrinam chriſtianam, u. 5. Deus nempe ſummum ſuum erga nos amorem demonſtrauit, quum adhuc miſeri peccatores eſſemus, per mortem Chriſti expiatoriam, u. 6 - 8. ſane erga nos ueniam adeptos, u. 9. non ſeueri iudicis u. 9. ſed Dei benigni perſonam induet, u. 11. Conſtr. ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, quum eſſemus adhuc miſeri. Ἀσθενεῖς, homines infirmi, miſeri. Κατὰ καιρὸν hic omnino cum ἀπέθανε conſtruendum eſt, et indicat: *ſtato tempore.* Sic Lucianus uer. hiſt. L. I. ſub init. Athletas dicit non ſolum exercitationis curam gerere, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ καιρὸν γινόμενης ἀνέσεως, uerum et ſuo tempore factae remiſſionis.

7. μόλις — ἀποθανεῖται) *Iam uero pro uiro bono uiſe aliquis moritur.* Magnitudinem caritatis diuinæ erga nos laudat Apoſtolus, eamque ratione admodum populari illuſtrat. Inter homines inauditum eſt, ut quis moriatur pro uiro bono, Chriſtus autem mortuus eſt pro nobis peccatoribus. Μόλις, i. e. βραδέως, ut Thomas explicat; *nicht leicht.* Δικαίς in genere maſculino, non neutro. Eſt autem

δικαιος uir bonus, uirtute praeditus. ὑπὲρ γὰρ — ἀποθανεῖν) *Pro uiro benefico* (qui magnis nos ornauit beneficiis) *forfitan quis animum induxerit oppetere mortem.* Τάχα, *forfitan.* Theodoretus per ἰσως exponit. Τοῦ μᾶ, *aufit*, i. e. *animum induxerit*, ut in illo: *sapere aude.* Distinguitur *bonus a benefico uiro.* Nam potest aliquis bonus esse, quamuis non sit noster εὐεργέτης. Cic. de offic. VI, 15. *Si uir bonus est is, qui prodest quibus potest, nocet nemini, recte iustum uirum, bonum non facile reperies.* Est συγχώρησις in uerbis Apostoli. Aliquos, inquit, in gentibus aut Iudaeis inuenias, qui pro uiro bono se periculis obiiiciant, ut Ionathan pro Dauide, ut Damon et Pythias, apud Valer. Max. IV, 7.

8. συνίςησι) *Conspicuum reddit, demonstrat.* Theodoretus: δηλοῖ. ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν) Quum non iusti, non boni (u. 7.) sed impii effemus. Exinde patet magnitudo amoris Christi erga nos. Repetit paullum immutatis uerbis sensu eodem, quod dixerat, ut egregium et memoriae infigendum.

9. πολλῷ ἢ μᾶλλον) Hic iam sequitur illatio maioris, i. e. magis credibilis rei. δικαιωθέντες — αὐτῷ) *Nunc, ab omni culpa liberati per eius mortem.* Ἄιμα, *cruenta mors*, ut supra. σωθῆσθε — ὁργῆς) *Eripiemur per eandem* (mortem Christi) *ab exitio*, quod impios manet. Theodoretus: ὁργὴν γὰρ καλεῖ τὴν μέλλουσαν κλάσειν. Firmissime persuasi sumus, nihil nobis metuendum esse a Deo, et afflictiones etiam nobis in bonum cedere. u. 3.

10. εἰ γὰρ — τῷ Θεῷ) Quodsi *mors* Christi tantum nobis praestitit, ut, quum antea Deum haberemus iratum

et infensum, postea coeperimus habere propitium ac beneuolum. Ἐχθροί, sc. θεοί, *impii, scelesti homines.* Iac. IV, 4. πολλῶ μᾶλλον καταλλαγίντες ἰωθυσόμεθα) *Multo magis reconciliati immunitate a poenis fruemur.* ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ) i. e. ζῶντος αὐτοῦ, *nunc, quum ille uiuit, resuscitatus e mortuis.* Iam enim Christus non amplius moritur, sed ad summam gloriam euectus, potest et uult nobis immunitatem praestare.

II. εἰ μόνον δε) Sc. ἰωθυσόμεθα ἀπὸ τῆς ὀργῆς, u. 9. ἰο ἀλλὰ — θεῶ) *Sed gaudemus etiam de Deo nobis propitio, atque confidimus, nos insuper bona et aeterna, et maxima consecuturos.* Καυχώμενοι, subintellecto εἰσμέν, quoad sensum idem denotat quod καυχώμεθα. Sic Participium Benoni apud Hebraeos usurpatur. ἐν τῷ θεῷ, *de Deo,* quod nempe Deus ipse fit noster, quod nobis faueat, et curam nostri paternam habeat. διὰ τοῦ κυρίου — ἐλάβομεν) *Idque totum per Dominum nostrum Iesum Christum nobis contigit, utpote per quem Deo reconciliati, atque in amicitiam cum eo restituti sumus, fauore eius fruimur.*

12. Ostendit iam Paulus u. 12 — 21. beneficium, de quo haecenus disputauerat, pertinere non ad Iudaeos tantum, sed ad omnes omnino homines, et hanc felicitatem nos debere soli Iesu Christo, lege, circumcissione, omnibusque meritis nostris exclusis. Illustrat rem totam *populari quadam ratione,* instituens comparisonem Christi cum *Adamo,* qui *quodammodo SOLUS* auctor peccati et poenarum haberi potest. Sententia igitur est haec: Quem admodum *unius* hominis culpa accidit, ut peccatum et miseria inde orta totum genus humanum inuaderent; sic quoque

quoque *unius* perfecta obedientia contigit, ut omnibus liberatio a peccato et miseria impetraretur. Peccatum ab *uno* ad omnes transit; sic quoque redemptio per *unum* omnibus contigit. Cauere nobis debemus, ne nimis extendamus Christi et Adami similitudinem, quae profecto est *quaedam*, sed leuissima. Sic etiam Christus comparatur *Melchisedeco* Hebr. VII, 3. 21. *Mosi* IX, 6. iterumque *Adamo* 1 Cor. XV, 45. διὰ τὸτο ὡςπερ) Putant plerique interpretes in hoc comm. esse protasim, cuius apodosis sit u. 18. Sed assentior Ven. *Koppio*, cui haec formula est formula transeundi breuior, ἀναπόδοτος, quali in uita communi saepe uti solemus. Nostrum: *Also, gerade so wie*. Itaque cogitatione supplenda haec: ἐλάβομεν καταλλαγὴν δι' αὐτοῦ, ὡςπερ κ. τ. λ. δι' ἑνός — εἰσηλθεῖν) *Per unum hominem* (Adamum nempe) *peccatum in mundum intravit*. Ἡ ἀμαρτία h. l. ut saepe, uniuersaliter sumitur, et significat qualemcunque ἀνομίαν, quicquid mali contra legem diuinam quotidie admittitur, *uitiositatem moralem*. Respicit Paulus ad illa tot uitia, quae iam redarguerat in moribus Paganorum et Iudaeorum c. I. II. III. et utrosque conuicerat esse ὑφ' ἀμαρτίαν, c. III, 9. Ὁ κόσμος est *genus humanum*. Hanc autem ἀμαρτίαν, seu peccandi consuetudinem et licentiam introductam esse dicit, δι' ἑνός ἀνθρώπου, per unum hominem, Adamum, qui primus peccauit, et omnium peccantium agmen ducit. Adamus nempe fuit labilis, (natura ita comparatus, ut cupiditas facile praeponderare posset,) et reuera lapsus est. Omnes eius posterii sunt eiusdem naturae, infirmi, laborant imperfectione morali. Non mirum igitur, omnes uariis modis peccasse, et adhuc peccare. Ioan. III, 6. Καὶ διὰ τῆς ἀμαρτίας ὁ θάνατος) *Sc-*
εἰσηλθεῖ.

ἰσοῦλα. Variæ sunt uocabuli δ θάνατος significationes in sacris litteris. Significat nempe *mortem naturalem, capitale supplicium, miseriam omnem e peccato oriundam*, et in hoc et in futuro æuo. Hoc posteriore sensu sumitur sæpissime, inprimis in epistolis Paullinis, e. c. Rom. VI, 21-23. VIII, 13. Quo sensu autem accipiatur in singulis locis, id diiudicandum est ex rei natura et totius sermonis serie. Iam nostro loco latiori sensu, de quauis *poena* peccati, et de miseria e peccatis oriunda esse sermonem, uix dubitari potest. Nam supra c. I, 32. dixerat, eos qui uitis dediti essent, ἀξίως τῷ θανάτῳ εἶναι, *poena* dignos esse, et infra u. 15. τῷ θανάτῳ opponuntur singula beneficia, Christi merito in genus humanum collata. Utitur autem Paulus uoce δ θάνατος pro noxa peccati et uitiositatis ob Gen. II, 17. Sensus igitur huius loci est: *Et per (uel propter) peccatum omnis generis miseria humanum genus (τὸν κόσμον) inuastit.* Omnis enim miseriae humanae causam et originem esse peccata, ipsa quotidiana experientia docet. καὶ ἕτως — ἡμαρτον) *Et sic noxa ad omnes homines peruenit, quia omnes peccatores deprehenduntur.* Nempe tam late poena patere debet, quam eius causa, ἢ ἀμαρτία. Iam uero Apostolus supra demonstrauerat, omnes, et Paganos et Iudaeos ὅφ' ἀμαρτίαν εἶναι, c. III, 9. et πάντες ἡμαρτον, c. III, 23. Vnde sequitur, uniuersum humanum genus εἶναι ὑπόδικον τῷ θανάτῳ. c. III, 19. Ἐφ' ᾧ, particula causalis, tantumdem ualet ac διότι, *quia, eo quod, quandoquidem*, ut 2 Cor. V, 4. Phil. IV, 10. Multa loca collegit WETSTENIUS ad h. l. Thomas Magister: ἐφ' ᾧ, ἀντὶ τῆς διότι. Varinus: ἐφ' ᾧ ἀντὶ τῆς διότι λέγουσιν Ἀπτοιοι. Vulgata habet: *in quo.* Vnde mirabiles ortæ sunt disputationes, quasi mens Apostoli fuisset:

fuisse: nos omnes in uno Adamo peccauisse, illiusque culpam nostram factam esse. Sed in latinitate minus elegante *in quo* (neutr. gen.) saepe fumitur pro *eo quod, quia*; unde ipsa uulgata uersio ἐφ' ᾧ nunc reddit *in quo*, Phil. III, 12. nunc *sicut* Phil. IV, 10. Multa egregie de hoc loco monuit *IACOBUS VERNETUS* (in *Selectis opusc.* Geneu. 1784. p. 268. sqq.) caute tamen legendus. Ἠμαρτον, *peccare solent*, ut in aliis plerisque locis huius epistolae. Ceterum bene monuit *Erasmus* ad u. 19. non de *infantibus*, sed de *adultis*, ut in tota epistola, ita et hoc loco Paulum loqui. Cf. supra c. II, 12. III, 23.

13. ἀρχῆ — (ἡ νόμος) *Nam ante legem (Mosaicam) iam erat peccatum in mundo.* Haec uerba usque ad comma 15. parenthesi includenda uidentur. Dixerat nempe Paulus u. 12. *omnes omnino homines fuisse et esse peccatores*; quod etiam Iudaei de Paganis concedebant, quos κατ' ἐξοχήν ἡμαρτωλός uocare solebant. Hanc propositionem hoc principio niti nunc docet, quod aliqua extiterit et extet lex etiam Gentilibus data, ante Mosaicam, quae Iudaeis unice lex uocabatur. Cf. supra c. II, 14. 15. ἡμαρτία — (ἡ νόμος) *Nam peccatum non imputatur nisi ex lege existente, nisi adsit lex, a qua sit discessum.* Ergo, inquit, lex aliqua extabat ante et praeter legem Mosaicam, lex uniuersalis naturae, qua condemnantur quicumque peccant, quoquo modo peccent.

14. Ἄλλ' ἰβασίλευσεν — μέλλοντος) *Atqui regnauit mors (noxia e peccatis oriunda) ab Adamo usque ad Moysen, in eos etiam, qui non peccarunt sicuti Adamus, qui typus est futuri.* Supple: Ergo etiam peccatum regnauit ab

Adamo usque ad Mosen. Omnes homines, non tantum ii, qui post legem Mosis datam, sed etiam qui ante eam uixerunt, peccatores fuerunt. Regnauit autem ὁ θάνατος, noxa e uitiositate oriunda (u. 12.) καὶ ἐπὶ — Ἀδὰμ) *Etiam in eos, qui non peccarant sicut Adamus.* Ἐπὶ τῷ ὁμοιωματι, pleonastice, sicut διὰ ταχείων pro ταχέως, ἐς κάλλος, pro καλῶς, sic etiam hic, pro: ὁμοίως τῇ παραβάσει τῆ Ἀδὰμ. Quaerunt interpretes, in quam re quaerenda sit haec Adami posterorumque eius dissimilitudo, utrum in eo, quod Adamus *per se, libere et aperte*, posterii contra tantum in *ipso et tacite*; an uero, quod ille contra *disertam legem*, hi uel plane non *contra leges disertas*, uel saltem contra *alias* deliquerint? Mihi uidetur in eo esse dissimilitudo quod Adamus peccauit contra legem positiuam, *expressam*, posterii autem contra *legem naturae*. δεῖ εἶσι — μέλλοντος) *Qui typus (imago) est futuri Adami, sc. Christi.* Similitudo inter Adamum et Christum est haec, quod ab illo uno inuectum malum se extendit ad omnes omnino homines, non ad Iudaeos tantum, sed etiam ad alias gentes omnes; ab hoc uno autem, Christo, beneficium remissionis peccatorum et felicitatis aeternae se pariter non ad Iudaeos tantum, sed ad gentes omnes ex consilio Dei se diffundere debet. Is est cardo, quo tota similitudo uertitur. Ratio autem, cur Paulus loquatur tantum de peccato et noxa *usque ad Mosen regnante*, in promptu est. Sufficiebat nempe pro consilio suo, ostendere contra Iudaeos, quod etiam ante Mosaicam legem aliqua lex extiterit τὴν ἀμαρτίαν condemnans. Eodem consilio supra c. IV. itidem contra Iudaeos probauerat, ut quis placeat Deo non requiri obseruationem legis Mosaicae aut circumcisionem,

nem, siquidem Abrahamus Deo placuit dudum ante legem illam datam, etiam antequam circumcideretur.

15. ἀλλ' ἐχ — χάρισμα) *Neque tamen par est ratio peccati (Adamitici) et beneficii diuini, quod propter Christum omnibus hominibus contingit. Diuersi sunt effectus peccati, et beneficentiae diuinae. Τὸ παράπτωμα, sc. τῷ Ἀδὰμ ἦν. Cohaerere uidetur hoc comma cum u. 12. χάρισμα dicitur, quod mox δῶρημα, beneficium quoduis. Deus magis amat prodesse quam nocere. Vita Deo gratior, quam mors. εἰ γὰρ — ἀπέθανον) Si enim unius transgressione omnes mortui sunt, i. e. noxam et poenas sibi conscuerunt. Ἄποθνήσκειν sumitur eodem sensu, quo infra c. VII, 10. et in hoc nostro capite ὁ θάνατος. Quod omnes homines unius Adami peccato noxam sibi consciauisse dicuntur, id non intelligendum esse de influxu quodam physico ac necessario, tota orationis series, et res ipsa manifeste docet. Ὁ θάνατος et noxa ab Adamo peruenit ad omnes homines moraliter tantum, et per liberae uoluntatis contagium, quatenus Adami instar culpa sua sunt inobedientes, sicuti ille inobediens erat, ἐφ' ᾧ πάντες ἡμαρτον, u. 12. Ὅι πολλοί, cum articulo: multitudo, totum genus humanum. Est Hebraismus in hac dictione; nam etiam Οἱ πάντες omnes denotat, et πολλοί redditur in Theodotionis uersione Dan. XII, 2. πολλῶ μᾶλλον — ἐπερίσσευσε) *Multo magis Dei beneficium per beneuolentiam unius hominis, Iesu Christi, in multos (omnes) largissime confertur. Ἡ χάρις τῷ Θεῷ καὶ ἡ δωρεὰ, Hendiad: diuinum beneficium gratiosum, uel beneficium, quod sine hominum meritis confertur. In illo τῷ εἶδος solo quaerenda est Christi cum Adamo similitudo.**

Aequum nempe est, Deoque dignum, ut beneficium non minus late, imo latius pateat quam noxa. Si igitur *ex uno homine* transgrediente ad uniuersam hominum multitudinem, quae Adami instar peccauit, noxa manauit, multo magis *ex consilio Dei* ad eandem hominum uniuersitatem, seu tam ad gentiles quam ad Iudaeos extendere se debet beneficium quod *per unum Christum* offertur.

16. καὶ ἔχ — δώρημα) Est ellipsis duplex. Nam et post δι ἑνὸς ἀμαρτήσαντος subauditur nomen θάνατος, ex uerbo ἀπέθανον, quod praecesserat, et post τὸ δώρημα subauditur ἔχει. Plena constructio esset: ἔχ ἔχει τὸ δώρημα, ὡς ἔχει ὁ θάνατος δι ἑνὸς ἀμαρτήσαντος ἐλθόν. *Non sic se habet* (hoc, de quo loquimur,) *beneficium, ut illa mors per unum, qui peccauerat, ueniens.* Multo nimirum efficacius fuit beneficium, quam noxa. In quo autem ea differentia fita fit, iam explicat. τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατὰκριμα) *Nam iudicium* (sententia iudicis, Dei,) *ex uno* (homine) *ad condemnationem* (sc. multorum uenit, uel processit.) Τὸ κρίμα, ὉΨΩΜΗ, sententia iudicialis: ἮΜ ἮΜΟΠ, θανάτω ἀποθανεῖσθε, Gen. II, 17. Ἐξ ἑνὸς, sc. ἀνθρώπου, Adami. Sententia illa condemnatoria, quae illi uni pronuntiabatur, ualuit ad multos (omnes) itidem delinquentes condemnandos. τὸ δὲ χάρισμα — δικαίωμα) *Sed beneficium ex transgressionibus multorum in absolutionem* (exit;) i. e. beneficium eo pertinet, ut multi absoluantur a peccatis, et potiantur salute. Ἐκ πολλῶν, sc. ἀνθρώπων. Χάρισμα, redemptio per Christum facta. Haec redemptio, quae ingens est beneficium post tot delicta a multis admittā ualet ad multos absoluendos, et ad felicitatem perducendos.

ducendos. Idem fere dicit Paulus hoc uersū, quod dixerat comm. 15. Non tam spectat multitudinem *delictorum*, quam potius multitudinem *hominum* uario modo delinquentium. Sicuti ab *illo* uno condemnatio defluxit in multos; sic etiam ab *hoc* uno, (Christo,) multi salutem consequuntur.

17. *ἵνα γὰρ — διὰ τῆς ἑνός*) *Quum enim accidisset unius* (Adami) *delictum, ut mors per unum grassaretur*. Διὰ τῆς ἑνός, sc. ἀνθρώπου. Repetit, quod dixerat supra u. 15. sed ut maius aliquid quam ante inferat. πολλῶ μάλλον — Χριστῷ) *Nunc ii, qui adepti sunt hoc maximum beneficium et gratuitam absolutionem a poenis peccatorum, per unum Iesum Christum ad multo maiorem felicitatem et honorem euehi possunt*. Περισσεια τῆς χάριτος, i. e. χάρις περισσεύουσα, *eximium, maximum beneficium*; quemadmodum ἡ δωρεὰ τῆς δικαιοσύνης est δικαιοσύνη δωρημένη, immunitas a poenis ex gratia concessa. Ἐν ζωῇ βασιλεύσει, describit duo magna et hominibus gratissima, uitam et regnum, s. immortalitatem beatam et summos honores. Pergit igitur Paulus ostendere, non tantum haud minus late patere uim redemptionis quam condemnationis, sed etiam excellentes esse illius effectus.

18. *ὡς δὲ ἑνός — κατάκριμα*) Sc. ὁ θάνατος διήλθεν ex comm. 12. uel κρίμα ἦλθεν ex comm. 16. *Quemadmodum per unius* (hominis) *delictum accidit, ut omnes homines damnarentur*; sc. ad mortem et poenas. ἔτω καὶ — ζωῆς) Post uerba: ἔτω καὶ δι' ἑνός δικαιοῦματος, supple: τὸ χάρισμα ἐγένετο. *Ita etiam per unius* (Iesu

Christi) *innocentiam in omnes homines hoc beneficium conferrī potest, ut ueniam et uitam aeternam accipiant.* Δικαίωμα opponitur τῷ παραπτώματι, ideoque est *innocentia Christi.* Δικαίωσις uero, opposita τῷ κατακρίματι θανάτου, condemnationi ad poenam, est non tantum absolutio a poenis, sed et cum ea coniuncta felicitas.

19. ὡς περ γὰρ — κατεσάθησαν δι πολλοί) *Quemadmodum nempe unius hominis inobedientia peccatores constituti sunt multi (i. e. omnes.)* Paulus hic eadem fere ac supra dicit, sed paullo aliis uerbis, ut quum transgressionem Adami iam uocat παρακοήν, *inobedientiam.* Per hanc παρακοήν *peccatores constituti sunt multi, i. e. omnes,* ut supra u. 15. et 18. Omnes nempe post Adamum peccarunt, et rei facti sunt poenae ui legis, quae uni quidem Adamo data erat cum comminatione, sed ad hominum uniuersitatem pertinebat. Cf. Rom. III, 9. ἔγω καὶ — δι πολλοί) *Sic etiam per unius obedientiam omnes a poenis liberabuntur et felices reddentur, si nempe uelint, et accipiant oblatum beneficium.* *Obedientia Christi,* opposita inobedientiae Adami, qui sensu et facto Deo renisus, et praescripto contraria molitus fuerat, refertur ad eius mortem, a qua constanter repetitur nostra iustificatio. Sed intelligitur praeter mortem animus is, qui, quod certo consilio ab eo postulatum fuerat, ut moreretur, id libenter ac promte suscepit et subiit. Cf. Phil. II, 8. Δίκαιοι κατασάθονται opponitur τῷ ἀμαρτωλοῦ κατεσάθησαν. Nullum ergo, quod hanc rem attinet, est discrimen inter Iudaeos et Gentiles. Per Adami delictum

ctum omnes homines, non soli Iudaei, addicti sunt morti et poenis; per Christi perfectissimam innocentiam omnes, non soli Iudaei, ab his poenis liberari et felices reddi possunt. Quid uero lex? dicere poterat Iudaeus. Si ita se res haber, ut Christus sit caussa uitae, sicut mortis Adamus, quid ergo egit lex Moſis? Respondet Paulus comm. seqq.

20. νόμος δὲ παρεσλήθει) i. e. προσέθη, ut Gal. III, 19. *Lex uero quaedam insuper accessit*, post Adami peccatum et mortem. Legem Mosaicam intelligi, per se patet. ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα) i. e. ut atrocitas peccati eo magis appareret. Hebraeis saepissime esse dicitur, quod apparet. Sic περισσεύειν est abundantius apparere, supra III, 7. Per legem Mosaicam magis innotuit peccatum; supra III, 20. Vana igitur erat gloriatio Iudaica, sine Christi iustitia ad felicitatem aeternam contendens, suisque operibus confisa. ἔ δὲ — χάρις) *Quum autem insigniter auctum esset peccatum, multo magis benignitas diuina se exseruit.* ὅου, sc. χρόνος, quo tempore, postquam. Ἐπλεόνασεν et ὑπερεπερίσσευσεν, non de praesenti, sed praeterito tempore accipienda. Non satis habuit Apostolus dicere ἐπερίσσευσεν, sed praepositionem augentem addidit, ut intelligeretur, nullo modo ἀμαρτίαν et χάριν comparari inuicem posse.

21. ἵνα ὡσπερ — κυρίῳ ἡμῶν) *Vt, quemadmodum peccatum cum suis noxis regnavit, ita etiam gratia regnet cum absolute ad uitam aeternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.* Phrasis: peccatum regnavit significat: peccatum omne genus humanum inuasit, omnes homines sunt Peccatores. Ἐν θανάτῳ, cum morte, i. e. cum noxa.

Sicuti omnes homines sunt peccatores, ita etiam omnes noxam peccati senserunt. Cf. u. 17. Ἡ χάρις *beneficium* per Christum promissum. Hoc aequè uniuersale debet esse ex consilio Dei ac peccatum cum sua noxa. Διὰ δικαιοσύνης, *cum iustificatione* et absolutione a peccatis, quae est fructus praecipuus huius χάριτος. Huius autem iterum fructus est ζωὴ αἰώνιος, *felicitas aeterna*. Est igitur in hoc commate epilogus simul et compendium totius sermonis cuius scopus est is, ut Paulus ostendat, sicut ab uno late serpsit malum, ita ab uno late spargi bonum. Non confert utriusque propagationis *modum et rationem*, sed tantum unitatem *auētoris*, et rei *amplitudinem*, licet diuersā fuerit propagationis tum caussa, tum ratio. Christus nempe haud paullo aliter nobis prodest, quam obsuit Adamus; fecit enim multa, multaque passus est ex uoluntate et consilio nos saluandi, quum Adamus ne cogitauerit quidem de perdendis posteris. Quod enim omnes eius posterī nascuntur infirmi, moralitatis inscii, tali praediti natura, in qua cupiditas facile praeponderet, id non pendeat ab Adami libera uoluntate, sed ab ordinatione diuina.

CAP. VI.

Sequitur tractationis dogmaticae altera pars, qua respondetur ad uarias obiectiones, quae doctrinae superiori opponi poterant, et fortassis etiam solebant. Et hoc quidem c. VI. prolixè demonstrat Paulus, hac doctrina hominibus non dari occasionem et licentiam peccandi; esse potius illius hanc uim, ut ad mentis et uitae emendationem monstret uiam, atque ad eam incitet hominesque permoueat.

1. τί εἶν — πλεονάσει;) Sed obiiciat aliquis, perseverandum igitur esse in peccato, ut beneficii illius (c. V, 21.) magnitudo magis appareat. τί εἶν ὁρῶμεν; quid ergo dicemus? Haec formula plerumque apud Apostolum obiectionem exprimit. *Obiiciat quis.* Cauet nempe Apostolus, ne quis ex dictis c. V, 20. 21. impiam hanc sententiam eliciat, sine periculi metu indulgere posse hominem christianum peccatis.

2. μὴ γένοιτο) Aversantis est, ut supra III, 4. 6. 31. Absurdam et impiam esse sententiam istam Apostolus affirmat, et nunc copiosius declarat, quantopere homo christianus per ipsam religionis christianae professionem ad vitam piam et honestam sit obstrictus. ὅτινες — ἐν αὐτῇ;) *Quomodo enim nos, qui peccato miseri facti sumus, eidem amplius dediti sumus?* Verba ὅτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ grammatice duplici modo explicari possunt: 1) *Nos qui ualediximus peccato.* Nam mortui dicimur respectu alicuius rei uel personae, quacum nihil nobis est negotii. *Plaut.* Clitell. III, 1. 16. *Nihil mecum tibi, mortuus tibi sum.* *Persa* I, 1. 20. *Mihi quidem tu iam mortuus eras, quia te non uisitaui.* 2) *Nos qui propter peccatum mortui sumus.* Hoc sensu de Christo dicitur infra u. 10. τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανον. Nec abhorret haec explicatio a loquendi modo apud Graecos et Hebraeos. *Eurip.* *Andromach.* τέθνηκα τῇ σῇ θυγατρὶ, *quodsi moriar propter filiam tuam.* Hebraice esset הָנַחְתָּ לְנוֹרָם notum uero est, ל praefixum saepe ualere: *pro, propter.* Haec interpretatio omnino praeferranda esse uideatur, quia et usui loquendi huius epistolae, et seriei orationis est conuenientissima. Est autem ἀποθνήσκειν h. l. *miserum*

rum esse, noxam peccati sentire. Cf. quae supra c. V, 12. de uocabuli θανάτος significatione monuimus; imprimis uero comma 23. huius cap. et c. VII, 10. Haec peccati miseria in eo est, quod homo intelligentia atque ratione gaudens, cupiditatibus prauis brutorum instar mancipatus est, quae est turpissima seruitus; (infra u. 12. 199.) quod iudice Deo culpam sustinet; (supra c. I, 29 — 32. III, 9 — 19.) quod non potest omni metu uacuis uiuere, (c. III, 19. 23.) quod futuram etiam post hanc uitam peccatorum miseriam timere debet, (c. VI, 23.) Hanc peccati miseriam, inquit Apostolus ex parte iam experti sumus. Nemo autem miser esse uult. Ergo non potest fieri, ut amplius peccato nos mancipemus. πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ) *Qui fieri possit, ut eidem adhuc dediti simus, eoque delectemur? In re aliqua uiuere est, totum ei esse deditum. Aelian, Var. Hist. III, 13. ὅτι φιλοπότατον ἔθνος τὸ τῶν Ταύρων, τοσούτον, ὥς εἰ ζῆν αὐτὰς ἐν οἴνῳ, καὶ τὸ πλεῖστον τῆ βίης ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν δουλία καταναλίσκειν. Adeo dedita uino est gens Tapyrorum, ut in uino uiuat, et plurimum uitae tempus in id infamat. Philostratus V. Apollon. ἐν πότοις ἔζη. Πῶς, hic non τὸ πάντως ἀδύνατον, sed rei indignitatem ostendit.*

3. ἢ ἀγνοεῖτε — ἐβαπτίσθημεν;) *Aut ignoratis, nos, quotquot in Christum Iesum baptizati sumus, in mortem eius baptizatos esse? Alio argumento confirmat Apostolus, indignum esse christianis perseverare in peccatis, dum monet, quemlibet Christianum baptismo suscepto se obstrinxisse ad nouam sentiendi et uiuendi rationem. Baptizatur in aliquam personam, qui illi obstringitur, et ideo nominatim obstringitur, ut illius personae doctrinam de religione teneat; obstrin-*

obstringitur etiam officiis, quae illius personae sectatoribus propria sunt. Cf. 1 Cor. X, 2. I, 13. In illis doctrinis, quibus baptismo obstringimur, est etiam haec: *Christum mortuum esse pro peccatis nostris*, et, quod in toto hoc loco notandum, misera morte periisse, supplicio affectum esse. Quare Apostolus dicit: *εις τὸν θάνατον αὐτοῦ (χριστοῦ) ἐβαπτίσθημεν*, publice professi sumus, nos credere, *Christum mortuum esse*, sc. pro peccatis nostris. Videtur autem simul inesse hoc: baptizati sumus *εις τὸ ἀποθανεῖν σὺν αὐτῷ*, *Suscepto baptismo professi sumus, moriendum esse nobis, sicuti ipse mortuus est*. Similitudinem hanc magis uerbis, quam re contineri, facile patet. Christus in cruce est mortuus. Christianus moritur, dum ueterem illam malam uiuendi rationem abiicit.

4. *συνετάφημεν — θάνατον*) i. e. *ἐτάφημεν ὡς νεκροὶ αὐτοῦ*. *Sepulti sumus sicut ipse, baptismo, quo tanquam mortui sumus suscepto*. Cf. Col. II, 12. *Immersio* in aqua baptismi, ex eademque egressus erat symbolum uitae pristinae abrogandae, nouaeque contra instituendae. Hinc baptizatos partim *mortuos* atque *sepultos*, partim in uitam nouam denuo *resuscitados* dici solenne erat. Recte monent docti propter hunc baptismi sensum mysticum *immersionis* ritum retineri debuisse in ecclesia christiana. *ἵνα — περιπατήσωμεν*) *Vnde sequitur sicut Christus Iesus resurrexit ex mortuis ui et potestate patris, ita nobis noua ratione esse uiuendum*. *ἵνα* h. l. est *ἐν βασιλείᾳ*. *διὰ τ. δ. τῆς πατρὸς*, *ui et potestate patris*, s. secundum alios, *sua ipsius a patre accepta maiestate diuina*. *Δόξα* hebr. כבוד et יָי. Ies. XII, 2. XLV, 42. Pl. LXVIII, 35. *ἐν καινότητι ζωῆς*, i. e. *ἐν ζωῇ καινῇ*.

καινή. In baptismo, uel suscipienda religione christiana, promissimus nouam sentiendi et uiuendi rationem, simul etiam promissimus, nos similes fore Christo, eiusque exemplum per omnia esse imitatuos. Iam uero Christus post reditum in uitam desit uiuere inter homines pristino more, et in coelum susceptus est. Ergo oportet etiam uos nouam inire uitae rationem, coelestem uiuere uitam. Ex parte tantum comparari Christianos cum Christo, per se apparet. Similitudo enim tantum in eo est, quod Christus post reditum in uitam non amplius uixit ut Iudaeus inter Iudaeos, sed coelestem uitam uiuit. Ita etiam, qui eius religionem suscipiant, desinunt esse Iudaei et Ethnici; imitantur Christum in coelis uiuentem, deposito pristino sentiendi et uiuendi more. Cf. u. 6. Christum innocentem uitam in his terris egisse, et hac parte dissimilem fuisse hominibus, non negat Apostolus, sed ut omnibus notum omittit.

5. εἰ γὰρ σύμφυτοι — θανάτῳ αὐτῷ) Si enim (Christo) similes facti sumus respectu mortis eius. Dicuntur σύμφυτα de his, quae uno eodemque loco sata sunt, quae alias dicuntur ἑμφυτα, insita. Iam quoniam ea, quae uel eodem loco confita uel insita sunt, uere possunt dici inter se coniuncta et adunata, fit ut σύμφυτος unamquamque rei denotet cum altera coniunctionem, quo sensu alias ponitur συμφυῆς ueluti apud Aelianum Hist. Anim. V, 21. ubi, animal ait, συμφυῆ σκιὰν ἀποδείκνυται τῷ ἰδίῳ σώματι, similem cum corpore umbram facit. Ioseph. Ant. XV, 11. 4. σύμφυτος σφραγίς, simillimum sigillum. Plato Timaeo c. 28. ἀισθησὶν ἀναγκαῖον εἶναι μίαν πάντων ἐκεί βιαιῶν καθ' ἑαυτῶν ἑμφυτον γίνεσθαι, quae Cicero uertit: *necessesse*

cesse erat sensum existere unum communemque omnium, uehementiore motu excitato. Similes autem reddimur Christo respectu mortis eius, dum definimus uiuere more pristino, non amplius studemus terrenis rebus, quasi in his esset summa nostra felicitas. ἄλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα) Plena oratio esset: ἄλλὰ καὶ σήμευται τῷ ὁμοιωμάτι τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα, profecto etiam respectu resurrectionis similes ei fieri debemus. Ἐσόμεθα, esse debemus, ut τὸ ποιήσωμεν, Luc. III, 14. Ἄλλὰ, profecto, utique, hebr. יָדַן. Fit hoc, dum ad honorem et gloriam Dei nouam uitam agimus, et magis illis coelestibus, quam terrenis et caducis huius uitae bonis studemus. Cf. Col. III, 1. 2. Non enim eam, quae proprie dicitur, e mortuis resurrectionem, sed potius ipsam illam καινότητα τῆς ζωῆς u. 4. intelligendam esse, contextus ipse, inprimis uero u. II. perspicue docet.

6. τῆτο γινώσκοντες) *Et hoc cogitemus; infigamus animo.* Sic γινώσκειν et uoces similes interdum sumuntur. ὅτι — συνεσαυρώθη) Sensus est: *Veteri illi, et uitiosae sentiendi rationi uim esse inferendam.* Factum esse dicit, quod fieri debet. Pergit ex cruce, morte, et resurrectione Christi multas sumere similitudines, et eis aptare allegorica loquendi genera, quod ipsum שָׂרָר dicitur Hebraeis. Ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος hic et Eph. IV, 22. est mens, *animus uitiosus, (uetus) qualis olim erat, quum nondum facti essent Christiani, (der alte Sinn und Denkungsart.)* Est nempe ἄνθρωπος pro νῦς, *mens*, quae Paulo dicitur homo in homine. Vocatur etiam ὁ ἔσω ἄνθρωπος Eph. III, 16. Plato de rep. IX. τὸ ἔσω ἄνθρώπιον ὁ ἐντός ἄνθρωπος

ἄνθρωπος ἔσται ἐγκρατικός. Ialkut. Rub. f. 10, 3.
Caro est uestis interior hominis, spiritus est homo interior, cuius uestis corpus est. Adiungit Paulus profopopoeiam, qua delectatur plurimum. Tribuit enim rei inaninatae, i. e. accidenti id, quod est animatorum. Veterem illam sentiendi consuetudinem dicit, ad similitudinem Christi cruci esse affigendam; quia, sicut cruci affixus non sine graui dolore moritur, ita illa uitiosa natura non sine dolore uī sua priuatur. ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἀμαρτίας) *Vt ipsum peccatum (cupiditas male agendi) uim suam amittat, et quasi occidatur.* Τὸ σῶμα τῆς ἀμαρτίας non corpus est, sed σάρξ, siue uitium animi a peccato profectum. Similis huic phrasis Col. I, 22. ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. *Oecumenius: τὸ σῶμα ἀμαρτίας, παραφραστικῶς, αὐτὴ ἡ ἀμαρτία. Καταργεῖν occidere, uim et efficaciam alicuius rei tollere, abolere.* τῷ μηκέτι — ἀμαρτία) Τῷ pro ἕνεκα τῷ, ut saepe alibi. *Ne posthac peccato, s. uitiosae consuetudini seruiamus, ut ante seruiuimus.* Nam Domino mortuo non amplius debemus obsequium, in qua profopopoeia Apostolus pergit u. 12. sqq.

7. ὁ γὰρ — ἀμαρτίας) *Qui enim mortuus est, liber est a peccato, siue non ultra seruit peccato; quomodo et germanice loquimur: Qui mortuus est, is amplius non peccat. Quum igitur Christiani cum Christo quasi mortui sint, non amplius peccato seruiunt. Praeferenda tamen uidetur Κοππίου sententia, ita explicantis locum: Mortuum enim esse, et non amplius indulgere peccatis sunt unum idemque.* Addita nempe haec esse uidentur, ut formulam ἀποθανεῖν improprie accipiendam esse appareret. Ὁ ἀποθανὼν ἰσ. τῇ ἀμαρτία,

quod

quod ex uerbis sequentibus : ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας est rependendum. Δικαιοῦσθαι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, i. e. δίκαιον s. ἐλεύθερον εἶναι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, μηκέτι ἁμαρτάνειν. Cf. Act. XIII, 38. 39.

8. εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν χριστῷ) *Quum igitur mortui sumus cum Christo.* Ἐἰ quum, Δὲ igitur, ut hic Syrus habet. Vide dicta ad u. 5. πικεῖομεν — αὐτῷ) *Pro certo habere debemus, uiuendum etiam esse nobis ita ut ipse uiuit, nempe sancte, et in aeternum, uita coelesti et felicissima.* Verbum συζήσομεν *uitam sanctam et aeternam* simul complectitur.

9. εἰδότες — κυριεύει) *Christus enim, ut scitis, post reditum in uitam non amplius moritur; mors in eum non amplius habet uim aut potestatem.* Sic nec nos decet redire ad morem pristinum, uel iterare peccata, quibus nobis mortem, miseriam consciuimus. Debemus perpetuo uiuere noua illa ratione, cui nos baptismate obstrinximus.

10. ὅ γὰρ ἀπέθανε) *Quantum enim attinet, quod mortuus est Christus.* Ὅ pro καὶ δ. Κατὰ autem saepe est : quantum attinet, quod attinet ad; ut Act. XXV, 14. Rom. IX, 5. τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ) *Propter peccatum mortuus est semel, et quidem misera morte. Τῇ ἁμαρτίᾳ, i. e. ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας, ad expianda peccata.* Res ipsa docet, aliter homines ἀποθνήσκουσιν τῇ ἁμαρτίᾳ, aliter Christum. Amat Paulus Parallelismum, in quo interpretando multa cautione opus est. ἡ δὲ — θεῷ) *Quantum uero ad eius uitam attinet, uiuit eam Deo, i. e. sic ut omnia ad honorem Dei referat, qui maiestate atque dignitate sempiterna eum*

eum exornauit. Dionys. Halic. III, 17. ἀλλ' εὐσεβὲς μὲν, εἶφῃ, πρᾶγμα ποιεῖτε, ὃ παῖδες, τῷ πατρὶ ζῶντες, καὶ εἰδὲν ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης διαπραττόμενοι. Quintil. Declam. 332. Cognosce animum meum. Sicut uoluisti, tibi uixi, tibi moriturus fui, nulli alii in hoc pectore locus fuit.

II. Ἔτω καὶ — κυρίῳ ἡμῶν) Sic et uos statuite, uos mortuos esse debere respectu peccati, et uitam componere ad uoluntatem Dei ad exemplum Christi Iesu Domini nostri. Λογίζεσθε, reputate, ducite, statuite. Est in hoc commate applicatio eorum, quae modo u. 10. dicta erant. Ibi erat: Christus τῇ ἀμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἵφάπαξ. Ad hoc refertur: statuite ἑαυτοὺς νεκροὺς εἶναι τῇ ἀμαρτίᾳ, uos miseros factos esse peccato, (u. 2.) adeoque uobis ab eo abstinendum, ne porro miseri fitis. Porro comm. 10. erat: Christus ζῆ τῷ Θεῷ. Ad hoc com. 11. refertur: ζῶντας τῷ Θεῷ, putate uos debere uitam uestram componere ad uoluntatem et honorem Dei; et quidem ἐν χριστῷ κ. τ. λ. Ἐν, ad exemplum. Est simul in hoc uersu conclusio et compendium eorum, quae supra u. 4. 5. pluribus uerbis dicta erant.

12. μὴ ἔν — σώματι) Ne igitur uitiositas imperium suum exerceat in membra mortalis uestri corporis. Sequitur admonitio, superstructa doctrinae u. 2 — 11. propositae. Ἡ ἀμαρτία, uitiositas quae est in homine, et per prosopopoeiam comparatur tyranno, qui corporis membra pro arbitrio suo ad peccata trahit atque impellit. Ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, i. e. in uobis, s. in persona uestra; comm. 13. ἑαυτοὺς, ut nonnullis placet. Aptius tamen uideretur intelligere membra corporis, ut sensus sit: Nolite membris corporis

corporis uestri abuti, ad praestandum obsequium peccato, uel prauis cupiditatibus. εἰς τὸ — αὐτῆ) Verba: αὐτῆ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῆ, ualde sunt suspecta, et uarie in antiquis libris leguntur. Et uerba εἰς τὸ ὑπακύνει omnino plenum sensum efficiunt, coniuncta cum antecedentibus. Absurdum et iniquum est inquit Apostolus, membra corporis iniustae et interitum allaturae peccatorum tyrannidi subiicere, quin potius menti immortalī corpus mortale, non uicissim corpori mortali mens immortalis subiiciatur oportet, 1 Petr. II, 11. Breuis est haec uita, quam, prout se quis hic gesserit, sequitur uel aeterna miseria, uel aeterna felicitas, 2 Cor. VI, 10.

13. μηδὲ — ἀμαρτία) *Nec sistite membra uestra prauis cupiditatibus, ut sint instrumenta scelerum.* Peiigit in coepta profopopoeia. Praua peccandi cupiditas non amplius est uester dominus, cui obsequium debeatis; ergo nec membra corporis uestri praesto sint prauis cupiditatibus. τὰ μέλη ὑμῶν idem denotant, quod τὸ σῶμα ὑμῶν u. 12. et intelliguntur uires quaelibet hominis, siue corporis s. animi. τὰ ἔπλα, hebr. עֲבָדִים sunt *instrumenta* quorum ministerio aliquid fit, comm. 19. ἔπλα. Sic quoque *arma* apud scriptores latinos, e. g. de *instrumentis* rusticorum apud *Virgilium*. Georg. I, 160. Ἀδικία, ut supra I, 18. *scelus* omne denotat. ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ θεῷ) *Tradite uos Deo*, quem nunc pro uestro Domino agnoscitis. Omnia animi desideria, totamque uitam uestram componite ad nutum uoluntatemque Dei. ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, (cf. u. 4.) i. e. ὡς πρὶν μὲν νεκροί, νῦν δὲ ζῶντας, tanquam homines prorsus immutati. ἔπλα δικαιοσύνης) *Instrumenta*

probitatis. Δικαιοσύνη ad omnes honestas actiones extenditur, et aequè late patet, atque contraria, quam modo habuimus ἀδικία.

14. ἀμαρτία — κυριώσσει) *Peccati* (prauarum cupiditatum) uis non redigat uos in potestatem; non decet uos amplius seruire uitiositati. Assentior Ven. Koppio, rectè monenti, haec uerba ad superiora adhuc pertinere, et quae sequuntur hinc esse diuellenda. Verbis sequentibus ἔ γάρ — χάριν, repetitur illa ipsa dubitatio de libertate christianorum a legum Mosaicarum terroribus, iam supra initio capituli proposita. Γάρ, particula transeundi: utique, sane quidem, freylich. Νόμος, lex Mosaica; uidetur tamen in primis respiciendum esse ad minas legum quibus Iudaei terrebantur. Itaque ὑπὸ νόμον εἶναι est: poenis lege propositis esse obnoxium, s. metu poenarum, quas istae minantur teneri. χάρις plerisque interpretibus h. l. est euangelium, doctrina Christi; ut Act. XIII, 43. (qui locus tamen nihil probare uidetur;) sed potest retineri propria significatio gratiae diuinae et ὑπὸ χάριν εἶναι, participem esse fauoris diuini. Sensus: *Verum est quidem, uos non esse legi obnoxios, sed participes gratiae diuinae.*

15. τί εἶν;) *Quid uero?* Est dubitatio, quae facile nasci poterat in animis hominum prauorum. ἀμαρτήσομεν;) Alii codices legunt: ἀμαρτήσομεν;) *Peccemus;* i. e. an pergamus indulgere uitiiis? μὴ γένοιτο) Desperate malus sit oportet, quem bonitas Domini malum reddit. Genus humanum efficacius ad bonam frugem et emendationem inuitari non poterat, nisi bonitate et spe ueniae, siue ἀμνηστία, omnibus peccatoribus per Christum facta.

16. *κἢ οἴδατε — ὑπακούετε*) *An nescitis uos eius esse seruos, cui sponte uestra subesse uolueritis? 'Ουκ ἴδατε; conceditis ipsi. ὃ ὑπακούετε, redundat. ἦτοι ἀμαρτίας sc. δόλος. 'Εἰς θάνατον, ad miseriam uestram, ut infra u. 21. Tum oppositionis lege εἰς δικαιοσύνην uertendum est; ad uestram felicitatem. Suspecta tamen sunt uerba εἰς θάνατον, quae si deleantur, ὑπακοή εἰς δικαιοσύνην erit pro ὑπακοή τῆς δικαιοσύνης obsequium erga uirtutem, et δόλος ὑπακ. εἰς δικ. pro ὑπακούων τῇ δικαιοσύνῃ. Aliis sunt δόλοι ὑπακοῆς, qui *Euangelio obediunt*, ut ὑπακοή opponatur τῇ ἀμαρτίᾳ. Docet Apostolus miserrima seruitute teneri eum, qui peccatis indulgeat, eum contra, qui Deo obsequatur, felicissima frui conditione. Est igitur seruitus haec, et peccandi consuetudo pars eius miseriae, (θάνατος,) de qua ad comma 2. huius cap. diximus.*

17. *χάρις δὲ — διδαχῆς*) *Gratia fit Deo, quod, quum fueritis serui peccati, (cupiditatibus prauis obsecuti fueritis) nunc fitis morigeri doctrinae euangelicae, quemadmodum illa uobis tradita est.* In uerbis ὅτι ἦτε δόλοι est Hebraismus praeteriti cum copulatiua coniunctione, uice participii, *πρὶν μὲν ὄντες δόλοι.* Non enim Deo gratias agit, quod serui erint peccato, sed quod, qui serui erunt peccato, postea obediunt euangelio. *Ἐκ καρδίας*, i. e. non exterius tantum, sed intra animi recessus, sincera fide. *ὑπηκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς*, pro: *ὑπηκούσατε τῇ διδαχῇ*, κατὰ τὸν παραδομένον τύπον, uel etiam: *ὑπηκούσατε εἰς τύπον διδαχῆς, ὃς παρεδόθη ὑμῖν.* Nam uerbum *ὑπακούειν* etiam cum *εἰς* iungi solet. Appianus bell. ciuil. L. IV. *ἐκέλευσεν εἰς πάντα ὑπακούειν, iussit, ut imperata omnia facerent.*

rent. Paulo post: ἔββεν ὑπακίσειν εἰς, ὃ, τι βέλοιο. Τυπος διδαχῆς est forma, typus, s. imago doctrinae, 2 Tim. I, 13. Forma quaedam tribuitur coelesti doctrinae, quoniam ueritatum eiusdem inter se connexarum imago quaedam atque effigies animis discipulorum imprimatur. Similiter Plutarchus de liberor. educatione: Sicut inquit, sigilla mollibus imprimuntur ceris, ἕτως αἱ μαθήσεις ταῖς τῶν ἔτι παιδίων ψυχαῖς ἐναποτυϋνται.

19. ἀνθρώπινον λέγω) *Magis adhuc populariter et ad uestram imbecillitatem accommodate dicam.* Nam haec forma apud scriptores graecos significat *humanò more loqui, populariter*, ut facile ab omnibus possis intelligi, et opponitur magniloquentiae poetarum, inprimis tragicorum; deinde subtilitati et obscuritati philosophorum. *Strato ap. Athenaeum IX.* ἰκετεύω γ' αὐτὸν ἤδη μεταβαλεῖν, ἀνθρώπινως λαλεῖν τε. *Petronius, 90.* Minus quam duabus horis mecum moraris, et *saepius poetice quam humane locutus es.* Chrysostomus recte explicat: ἀπὸ ἀνθρώπινων λογισμῶν, ἀπὸ τῶν ἐν συνθείᾳ γινομένων. τὸ γὰρ σύμμετρον τῇ προσηγορίᾳ τῆ ἀνθρωπίνου δηλοῖ, *dicam de iis rebus humana concludendī ratione, exemplis desumptis ab iis rebus, quae in consuetudine positaē sunt; etenim id quod humanis moribus conuenit hac locutione indicat.* εἰὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν) *Propter imbecillitatem naturae uestrae, i. e. ingenii uestri. Infirmetas* haud raro usurpatur *de intellectu tarditate*, Rom. XIV, 1. 2. XV, 1. 1 Cor. VIII, 9, 10. Σάρξ Paulo persaepe est quicquid in homine uitaeque humana est prauum et uitiosum, superstes adhuc in hominibus Christianis infirmitas quaeuis, ad errandum procliuitas, uitiositas

tiofitas denique omnis, et quicquid τῷ πνεύματι est contrarium. ὡς περ — τῇ ἀνομίᾳ) *Quemadmodum* (quum peccatores essetis) *membra uestra tradidistis impurae et flagitiosae uitae mancipia.* Ἀκαθαρσία complectitur *impurae et nefandae ueneris scelera*, supra c. I, 24. sqq. descripta. Potest tamen etiam esse Synonymum ἀνομίας, *improbitas quaeuis*. Post τῇ ἀνομίᾳ ponendum est comma. εἰς τὴν ἀνομίαν) Ita, ut quotidie peiores fieretis. Is enim mos est consuetudinis. Alii τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν coniungunt, ut fit familiaris loquendi modus pro πάσῃ τῇ ἀνομίᾳ. Τὰ μέλη ὑμῶν, pro ἑαυτοὺς, *uos ipsos cum omnibus uiribus uestris.* εἰς ἀγιασμὸν) i. e. ita ut quotidie progressum faciatis in sanctitate. Par enim uis consuetudinis in utramque partem; imo ad bonum fortior. Alii iterum τῇ δικ. εἰς ἀγιασμ. positum esse putant pro πάσῃ τῇ δικ. καὶ ἀγιασμῶ. Δικαιοσύνη et ἀγιασμὸς sunt synonyma.

20. ὅτε -- δικαιοσύνη) *Olim, quum peccati mancipia essetis, uerae pietati omnino non suberatis; uiuebatis ita, quasi a sanctitatis lege essetis immunes.* Theodoretus: τὰ γὰρ ἐκείνης (τῆς ἀμαρτίας) μόνης ἐπληρῶτε προτάγματα, τὴς δὲ τῆς δικαιοσύνης ἔκ ἐδέχεσθε νόμους.

21. τίνα — ἰταισχύουσεθε;) *Quale uero emolumentum uobis peperit uita ista, cuius uos iam pudet? Ἐφ' οἷς, i. e. τῶν ἔργων ἐκείνων ἐφ' οἷς.* Tunc nullus fructus ad uos rediit. Vos ipsi nunc boni facti sine pudore scelerum uestrorum meminisse non potestis. Si hoc efficit recordatio, quid res ipsa? Alii post τότε signum interrogandi ponunt, et uertunt: *Quid commodi, utilitatis inde ad uos? Eiusmodi cuius nunc uos pudet?* Alii: *Quosnam tum fructus*

ferebatis? *Qualis erat uita uestra? Talis, ut nunc uos eius pudeat.* τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος) *Nam merces eorum est mors, poena.* Τέλος usurpatur de eo, quod quis aliqua re tractanda consequitur, siue bonum sit, siue malum, adeoque quum *praemium* tum *poenam* indicat. Sic τὸ καλὸν τέλος τῆς ἡδονῆς Alciph. Ep. I, 34. Ἐρωτος κατὰ τέλος dicuntur apud Lucian. de Saltatione. Ioseph. Ant. VI, 1. 2. ἐπὶ τοιάτῳ μισθῷ καὶ τέλει, *quum tanta merces et poena propofita esset.* Θάνατος h. l. est *omnis generis miseria*, quam ueteres omnes mortis imagine, naturae humanae maxime terribili adumbrare solebant. Cf. supra c. V, 12. et ibi notata.

22. οὐδὲ) Hoc opponitur illi ὅτι γὰρ, u. 20. quasi dicat, multum mutatae sunt res. Cf. u. 19. δευλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ) *Mancipati Deo.* Supra dixit τῇ δικαιοσύνῃ comm. 18. Nimirum qui bonitati, rebusque honestis seruit, is et Deo seruit, quia Deus hoc semper amauit, et in Euangelio apertissime praecepit. ἔχετε — ἀγιασμὸν) *Hunc habetis fructum, quod euaditis sanctiores;* uel, ut alii malunt, pro: ἔχετε καρπὸν ἀγιασμῶν, *frui mini commodis quae uirtus offert.* τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον) *Mercedem (praemium) uero tandem consequemini aeternam felicitatem.* Τέλος h. l. est *praemium.* Cf. u. 21.

23. Τὰ γὰρ — κυρίῳ ἡμῶν) *Nam merces peccati est miseria; sed gratuitum Dei beneficium est felicitas aeterna,* (quae tribuitur) *per Christum Iesum Dominum nostrum.* Θάνατον hoc etiam loco esse miseriam et noxam e peccato oriundam, ex eo patet, quod ei opponitur ζωὴ αἰώνιος, *felicitas aeterna.* Mortem naturalem non intelli-

ligi,

ligi, ex eo etiam apparet, quod etiam pii et probi Christiani moriuntur, qui tamen (u. 22.) sunt *liberati a peccato*, ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας. τὰ δ' ἰσχύοντα τῆς ἀμαρτίας) *Stipendia*, s. *merces peccati*, stipendia, quae peccatum tanquam rex et imperator militibus suis praebet. *Hesychius*: δ' ἰσχύοντα, δαπάνη, κέρδος. *Theodoretus*: τὸν μισθὸν δ' ἰσχύοντα κέκληκεν. ὀνομάζειν γὰρ ἔτι φίλον αὐτῷ τὸ κρατιωτικὸν σιτηρέσιον. χάρισμα) *Donatium*, quod hodie militibus *gratificatio* uocatur. Praeter stipendium militibus bene meritis dabantur coronae, laureae, honores. *Sueton. Ner. c. 12. Populo congiarium, militi donatium proposuit.* Ζωὴ — ἡμῶν) *aeterna felicitas parta per Christum Iesum, dominum nostrum*, s. *apud Christum in eius regno olim obtinenda.* Ἐν, pro παρὰ.

CAP. VII.

I. **H** ἀγνοεῖτε — χρονον ζῆ;) *Aut ignoratis, fratres, (alloquor enim eos, qui legis Mosaicæ cognitionem habent,) legem imperare homini quamdiu is uiuit?* Pergit Apostolus illustrare id, quod cap. praecedente VI, 14. dixerat, et summam docet, Christianos a lege Mosaica esse liberos, quam sententiam declarat simili, a coniugibus sumto. Γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ) *Alloquor enim eos, qui legis cognitionem habent.* Νόμος, lex Mosaica. Potest tamen etiam lex quaelibet intelligi, (prout ἀνθρώπος uoce quilibet homo intelligitur;) etsi Iudaei, quos imprimis alloquitur Paulus, de omnium legum natura e legibus suis Mosaicis tulerunt iudicium. ἔτι — ἀνθρώπος) *Quod lex imperat homini, ius potestatemque in eum habet, ut dominus in seruos.* Legem προσωποποιεῖν frequens Hebraeis. Τῷ ἀν-

Ἐρώτη refer ad κυρίαυται, non ad νόμος, quasi hyperbaton fit pro νόμος ἀνδρώται, *lex mariti.* ἐφ' ὅσον χάρον (ἦ) *Quamdiu uiuit*, sc. homo, cui opponit ἰθανατώδητε com. 4. et ἀποθανόντες com. 6. Confirmat hoc usus loquendi Iudaicus. Schabbath, fol. 30. 1. *Quando mortuus est homo, a lege et bonis operibus fit liber.* Alii τῆ ad νόμον referunt: *Quamdiu uiuit lex*, propter exemplum u. 2. 3. propositum, ubi lex, tanquam, dominus cum marito comparari uidetur. Sed comparationes non nimis sunt extendendae. Hoc dicere uult Apostolus: Sicuti uxor, mortuo marito, recte nubere potest alii: ita et nos Christiani, qui respectu legis Mosaicae tanquam mortui considerandi sumus, ad alium dominum, nempe ad Christum pertinemus. In comparatione non poterat dicere Apostolus: *Mulier mortua potest alii uiro nubere; quare maritum* mortuum substituit.

2. ἡ γὰρ — νόμῳ) Exempli gratia, *mulier maritata, uiuenti marito*, non autem mortuo; *adstricta est lege.* Exemplum sumit in lege conjugii. Ὑπανδρος γυνή, mulier quae in matrimonio uiuit. Glossae ueteres: Ὑπανδρος, *maritata.* Quamuis arctior nulla sit copulatio, quam conjugum, eaque lege praecepta, nihilo tamen secius cessat, si alteruter coniux moriatur. κατήρηται — ἀνδρός) *Libera est a lege s. potestate uiri.* Καταργεῖσθαι ἀπὸ τοῦ νόμου est *a lege liberari*, ut sequentia ostendunt, quia qui a domino aliquo liberatur, ei mortuus est quodammodo. Respondet ἀργεῖν et καταργεῖσθαι Hebraeo לָמוּת quod est *desinere.*

3. χρηματίσει) *Appellabitur, audiet.* Diodor. Sic. I, 44. Πτολεμαῖος ὁ νέος Διδύμητος χρηματίζων. εἰδὼ γέννηται ἀνδρὶ ἐτέρῳ) *Si alii nupserit.* Hebraismus. Leuit. XXII, 12. In tota hac similitudine hoc solum attendendum est, uinculum, quod coniuges copulat, solui, si alteruter coniugum, siue maritus, siue uxor moriatur. Iam u. 4. sequitur accommodatio.

4. ὡς — τῷ Χριστῷ) *Igitur, fratres mei, uos etiam mortui estis legi per Christum.* Sensus est: Antequam uos Iudaeo christiani susciperetis doctrinam Christi, uinculo obstricti eratis legi Mosaicae. Nunc autem, quum per baptismum mortui estis (c. VI, 3. 4.) dissolutum est uinculum inter uos et legem Mosaicam; liberi estis a lege ista *per corpus Christi*, cruci affixum scilicet. Christus enim morte sua uim legis, quae peccatoribus mortem minabatur, sustulit, ita ut in Christum uere credentes a legis iuribus omnino liberi sint. Iam non legi Mosaicae, sed nouo domino, Iesu et eius doctrinae obsequio obstricti estis. εἰς — ἐτέρῳ) *Ita ut nunc sitis alius imperio subiecti*, non amplius ueteri illi et abrogatae legi, sed Christo, ut statim additur. Ecclesia sponsae comparatur. 2 Cor. XI, 2. Eph. V, 29. τῷ ἐκ νεκρῶν — τῷ Θεῷ) *Qui ideo e mortuis resuscitatus est, ut nos Christiani nouam, deoque dignam agamus uitam.* Verba ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ iungenda sunt proxime praecedentibus, τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι. Si enim ad εἰς τὸ γεν. ὑμ. pertinerent scribendum, fuisset καρποφορήσητε, non καρποφορήσωμεν. Persequitur similitudinem; nam et partus in matrimonio fructus dicuntur. Disciplinae Christi fructus sunt egregia facinora.

5. ὅτε — σαρκί) *Quum enim imbecillitati naturae nostrae reliqui essemus*, nempe sub sola lege, sine Christo. *Theodoretus*: ἐν τῇ σαρκί, τυτέσι τῇ κατὰ νόμον πολιτεία, in *conditione illa, quae sub lege erat*. Σάρξ enim, opposita τῷ πνεύματι, saepe *infirmum* aliquid et miserum denotat; saepe etiam ipsam legem. Incipit iam Apostolus ostendere, legem Mosaicam non potuisse praestare id, quod nunc nobis praestat lex noua, doctrina Christi; legem illam haud fuisse praeditam uī illa, qua opus nobis est ad compescendas malas cupiditates, et ad sancte uiuendum. Bene haec sunt notanda, ob ea quae sequuntur u. 7. sqq. τὰ παθήματα τῶν ἀμαρτιῶν) *Cupiditates ad peccatum ducentes*. Gal. V, 24. τὰ διὰ τῆ νόμου) Sc. φαινόμενα, aut γνωριζόμενα, ut Chrysostomus explicat. Posses etiam supplere ἀφορμὴν λαβόντα, u. 8. II. ut intelligendae sint *malae cupiditates legis occasione enatae*. ἐνεργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν) *Opus suum ediderunt per membra nostra*, et impulerunt nos ad mala facinora. Ἐνεργεῖσθαι est Deponens, ac poni solet etiam non expresso Accusatiuo, ut Gal. V, 6. εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ) *Vt poenam nostram augeremus; proprie: ut fructus ferremus morti*. *Fructus ferre*, ut u. 4. est actiones perpetrare siue bonas siue malas, ex cogitandi sentiendi et iudicandi ratione ortas. Ὁ θάνατος, *miseria et noxa peccati*. Fructus fert τῷ θανάτῳ, qui peragit quae miseriam et noxam afferunt. Per Prosopopoeiam ὁ θάνατος cum tyranno comparatur. Tantum abest, inquit Paulus, ut lex Mosaica nos a dominio uitiosarum cupiditatum liberare, et ad ueram felicitatem perducere potuerit, ut potius uis malarum cupiditatum et poena augetur.

6. νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τῷ νόμῳ) *Nunc autem liberi sumus a lege, eiusque rigore.* Cf. supra u. 2. *Liberi a lege sumus, quemadmodum mulier maritata a uiro, eo mortuo.* Ἀποθανόντες — κατειχόμεθα) *Alii legunt ἀποθανόντος, quae lectio nata uidetur ex interpretationibus Patrum, secundum quos Paulus dicere uoluit, legem mortuam esse Christianis. Legendum, ut uidetur, ἀποθανόντες, et cum uerbis sequentibus coniungendum. Plena phrasis esset: ἀποθανόντες ἐκείνῳ (sc. τῷ νόμῳ) ἐν ᾧ κατειχόμεθα. Idem sensus, qui comm. 4. Κατέχειν uim et rigorem legis indicat, ut κυριεύειν u. 1. Chrysostomus: ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὁ δεσμός δι' ἃ κατειχόμεθα, ἐνεκρώθη καὶ διεβρύη, ὥστε τὸν κατέχοντα μηδὲν κατέχειν λοιπὸν, τετάρτοι τὴν ἀμαρτίαν. ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς) Sc. τῷ θεῷ, ἢ τῇ δικαιοσύνῃ. ἐν καινότητι πνεύματος) i. e. ἐν πνεύματι καινῷ, spiritu nouo, i. e. accomodate ad nouam eamque perfectam doctrinam, cui statim opponitur παλαιότης γράμματος. Quicquid nempe est perfectum, et hominum consuetas uires, uel scientiam uulgarium hominum superat, interdum uocatur πνεῦμα. Ergo mox est ipsa doctrina christiana, mox sentiendi agendique ratio huic doctrinae consentanea. ἢ παλαιότητι γράμματος) Non secundum ueterem legem Mosaicam, litteris perscriptam: Γράμμα, scriptum, membrana, Luc. XVI, 9. 7. Lex ita uocatur, quia destituta erat ui et efficacia uere emendandi hominum animos, quia peccata non tollebat, sed potius eorum memoriam renouabat. Hinc patet praesentia religionis Christianae, eiusque praerogatiua praee lege illa Mosaica.*

7. ὁ νόμος ἀμαρτίας;) *An lex est caussa peccati? Metonymia, quasi dixisset: εἰ διὰ νόμου ἀμαρτία;* Ex eo, quod u. 5. dixerat

dixerat Apostolus, sequi uidebatur, legem esse malam, nec a Deo auctore profectam. Sed negat Paulus, ea, quae de potestate et ui peccati sub lege dixerat, ita esse capienda, ac si lex peccati ueluti magistra, atque noxia esset, quod aduersarius potuisset obiicere. ἀλλὰ — νόμος) *Sed peccatum non agnoscebam, (non habebam notitiam malefacti,) nisi per legem.* Qui legis notitiam non habet, is nec habet peccati, i. e. *malefacti* notitiam. Hoc de prima hominum aetate capi debet; nam alia hominis aetas nulla expers est omnis notitiae legis et peccati. Vid. S. V. *MORI additamentum disputationis de homine, submittente se Deo, (Lips. 1789.) p. 4.* Νόμος h. l. est lex quaeuis, siue sit humana, siue diuina. Sensus igitur est: Lex Moſis hoc cum aliis legibus habet commune, ut per eam intelligatur actionum multarum prauitas. τίνας γὰρ — ἐπιθυμίαις) *Concupiscentiam enim non cognouissem, nisi lex dixisset: Noli concupiscere.* Ignorare cupiditatem h. l. est, eam haecenus ignorare, quatenus e lege diiudicatur, et, qualis sit, cognoscitur. Iam e lege cognoscitur, non omnia sine discrimine appeti debere, sed certum appetendi genus, certum gradum et modum dissuaderi, improbari, prohiberi. Ignorat ergo cupiditatem, qui ignorat eam esse illicitam, ut in exemplo addito, non esse alterius bona sic expetenda, ut tibi ea uindicare uelis. Talia puer, alienus adhuc a legis et interdicti notione, diiudicare et discernere nequit. Ut primum autem legis notitia oblata discitur, aliquid et aliquo modo appeti non debere, discitur et illud, agi hoc et hoc modo non debere, quod appetere, et hoc modo appetere non liceat. Notandum est hoc loco ac deinceps Paulum in prima persona loqui, non quod de se agat; sed quod

quod modestiae causa res odiosas sic exprimere malit, quod ipse dicit μετασχηματίζειν, 1 Cor. IV, 6. Talia et alibi occurrunt. Scholiastes Horatii ad epistolam VIII. Lib. I. *Reprehendit Celsum morositatis et inconstantiae, ita tamen, ut quae in eo carpit, in se transferat, quo reprehendat liberius.* Sic in arte poetica: *Brevis esse laboro, obscurus fio.* Illud in Mose: ἐκ ἐπιθυμίας, Exod. XX, 14. non de sola animi prava cupiditate, sed etiam de ipsis, quibus ea se exferere solet, artibus atque facinoribus est intelligendum.

8. ἀφορμὴν — ἐπιθυμίαν) *Sed propensio ad peccata, occasionem arripiens a praecepto, (illo nempe: ἐκ ἐπιθυμίας) omnis generis pravas cupiditates in me excitavit.* Lex nimirum non tantum declarat, quid probum sit, quid improbum, sed etiam peccato occasionem praebet, et cupiditates irritat. Ovidius Amor. II, 19. 3. *Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit.* III, 4. 17. *Nititur in uetitum semper, cupimusque negata.* Ἄμαρτία h. l. non est peccatum ipsum; hoc enim nullo modo dici posset καταργᾶσθαι τὴν ἐπιθυμίαν, sed ipsa potius prava indoles, uitiositas hominis ipsa. Ἐντολὴ, lex ipsa, sicut νόμος legum complexus. Πᾶσαν ἐπιθυμίαν, omnis generis artes pravas, et turpissima quaeuis confilia. χωρὶς — νεκρὰ) *Peccandi enim libido, nisi lege quadam irritetur, torpere solet, non tam facile in prava facinora erumpit.* Est enim hoc comparate dictum. Νεκρὸν, iners, quod uim suam non exserit.

9. ἐγὼ δὲ ἕζων χωρὶς νόμου τοῦ) Pergit Apostolus in Metaschematismo, coepto com. 7. Sensus ergo est:
Finge,

Finge, me esse talem, qui aliquamdiu sine lege uixerit, eamque ignorauerit. Quid futurum esse putas, si postea lex mihi promulgetur? ἐλθέσης — ἀνέξῃσεν) Accedente lege, propensio ad peccata, (antea uelut mortua) magis exardet. Cf. u. 8. Ἀνέξῃσεν, pro quouis tempore, ex more Hebraeorum, quod et in sequentibus uerbis obseruandum.

IO. ἐγὼ δὲ ἀπέθανον) *Ego uero mortem, (poenam) mihi consciui, uel conscisco. Peccaui et merui poenam. Nam haec h. l. est significatio uerbi ἀποθνήσκειν ut ἀποκτείνεω comm. II. et 2 Cor. III, 6. ad mortem uel poenam condemnare. Sic hebraicum מוֹת est mori, et mortis reum esse, miserum et infelicem fieri. Gen. XVI, II. Respicit Paulus ad comminationem poenae Gen. II, 17. καὶ ἐυρέθη — θάνατον) Ellipsis: ἡ ἐντολὴ (ἡ δοδομένη, uel ἡ γενομένη) πρὸς ζωὴν, αὕτη (ἐυρέθη γεγονυῖα) εἰς θάνατον. Ἐυρίσκομαι, sum, appareo. Praeceptum, eum in finem datum, ut uiam uitae aeternae consequendae mihi monstraret, effecit ut poenam subirem. Nam propter imbecillitatem humanam lex non tantum mihi hunc usum non praestitit, sed etiam propensioni ad peccata occasionem dedit, ut in mala facinora erumperet.*

II. καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν) Cf. comm. IO. Ἀποκτείνεω h. l. est *infelicem, miserum reddere. Non tantum Hebraei, uerum etiam profani τὸ ἀποκτείνεω sic usurpant. Apud Plutarchum Discr. adul. et am. Cassius Seuerus dicit: αὕτη τῶτον ἡ παρρησία τοῦ ἀνθρώπου ἀποκτενεῖ, ista loquendi libertas hunc hominem perdet. Et Stryangaeus uiolentas sibi inferens manus, quod turpibus ipsius cupidita-*
tibus

tibus gratificari Zarinaea noluisse, ad hanc scripsit: *σὺ δὲ με ἀπέκτεινας, tu mihi necis causa fuisti.* Euripides in Troad. u. 737.

12. καὶ ἡ ἐντολή — ἀγαθή) Ἡ ἐντολή, uel est *praeceptum* illud, de non concupiscendo, uel *praeceptum* singulare quoduis. Sanctum, i. e. innocens, in quo non est causa miseriae; aequum et iustum; quod uetat circumuentiones et fraudes alteri noxias; *bonum* est, et *utile*, tum quia iubet, ut alios diligamus tanquam nos ipsos, tum quia legem obseruantibus uitam promittit. Ostendit igitur Paulus *solis* legibus non emendari homines, sed aliud quid accedere debere, quod eos ad obsequium impellat et flectat.

13. τὸ εὖ — θάνατος;) Num igitur *lex, quae bona et salubris est, perniciem mihi attulit?* Respondet, istam culpam non in legem, sed in propensionem ad peccata cadere; ἀμαρτίαν esse *causam proximam* miseriae humanae, νόμον autem *occasionem tantum remotam.* Τὸ ἀγαθόν, i. e. *lex, quae bona est.* θάνατος, h. l. αἰτία τοῦ θανάτου. ἀλλὰ ἡ ἀμαρτία) Sc. ἐμοὶ γέγονε θάνατος. Sic mihi interpungendum uidetur. Alii aliter, sensu fere eodem. ἵνα φανῆ — θάνατον) Ita ut manifestum fieret, peccandi procliuitatem, occasione accepta a lege, quae bona est, mortem mihi peruisse, ἵνα φανῆ κατεργαζομένη, ut φαίνεται καλυμένη, φαίνεται ποιήσας, apud Thucyd. Plutarch. aliosque Profanos. Ἄγαθόν h. l. est *lex, u. 12.* eo consilio positum, ut uitiositatis humanae *magnitudo* eo magis declararetur; turpissimus enim est, qui re *bona et utili in-dammum* et perniciem alterius abutitur. ἵνα γίνηται — ἐντολῆς) *Ut magnitudo*

gnitudo et grauitas peccati occasione legis maxime fieret conspicua. Vt peccatum quasi ipsum fieret peccator, uel reum. Ἀμαρτωλός *reum* significat, ΝΥΠ 1 Reg. I, 21. Καθ' ὑπερβολήν uisatum Paulo, pro *eximie*, 1 Cor. XII, 31. 2 Cor. I, 8. aliisque locis.

14. δίδαμον — πνευματικὸς εἶςιν) *Scimus enim, legem esse perfectam*, praeclaram, bonam, u. 12. Est nempe lex uirtutis officiorumque magistra, perfectionis moralis norma, appetitionique illicitae contraria. Πνεῦμα, ΠΠ, in genere suo praestans et egregium; cuius oppositum est σὰρξ, *infirmum, tenue.* ἐγὼ δὲ σαρκικός εἶμι) *Ego uero prauis affectibus abripior*, uel deditus sum. Ἐγὼ, iterum in sua persona loquitur Apostolus de *quolibet homine non-Christiano, siue Iudaeus siue ethnicus.* Miror, Ven. KOPPIUM eorum accessisse sententiae, qui putant, Paulum de se etiam, et de omnibus hominibus uere Christianis haec dicere. Contrarium non tantum ex uerbis proxime sequentibus, sed etiam ex ipso Apostoli consilio et uniuerso nexu orationis patere uidetur. Vult nempe demonstrare, *legibus solis* nullum facile hominem mente emendari; ipsas etiam leges Mosaicas ui emendandi animum carere; hanc uim autem inesse *religioni christianae*, quae sola uiribus instruere hominem possit ad sancte uiuendum necessariis. Vide inprimis infra c. VIII, 2. 3. ubi expresse docet Apostolus νόμον τῆ πνεύματος τῆς ζωῆς praestare id, quod nec lex Moysis, nec ulla alia lex haecenus praestiterit, uel praestare possit. Σὰρξ, *infirmum*, uel *quicquid in homine est uitiosum et prauum.* Nam ueteres omnis uitiositatis in agendo origines ad corpus referebant. Ostendit Paulus causam, cur ex lege

lege aliud in homine consequatur, quam id, quod lex per se propositum habet, quia nimirum alia natura est legis, alia hominum. τεπραμένος ὑπὸ τὴν ἀμαρτίαν) *Mancipium peccati.* Similes sunt *Achabo*, de quo *Elias* id praedicat, 1 Reg. XXI, 20. Ex quo patet, Paulum nec de seipso, nec de aliis vere Christianis loqui. Hi enim sunt liberi ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἀμαρτίας. VIII, 2.

15. ὃ γὰρ καταργάζομαι, ἢ γινώσκω) *Ignitur quod facio non approbo.* Nam sic וְיָׁרׁ sumunt Hebraei, Hof. VIII, 4. Matth. VII, 23. Alii: *inscius et inuitus facio, quae facio.* ἢ γὰρ ὃ θέλω, τῶτο πράσσω) *Θέλω* recte uertas potentialiter: *quod uellem*, Matth. XXVI, 39. quanquam et in indicatio sumi potest, dum noris, non agi hic de certa constitutione decretoque uoluntatis, sed de leui desiderio. *OVID.* *Metam.* VII, 19. *Sed trahit inuitam noua uis, anudque cupido, mens aliud suadet. Video meliora, proboque; deteriora sequor.* *HORATIUS I.* *Epist.* VIII. *Mente minus ualidus, quam corpore toto — Quae nocuere sequar; fugiam quae profore credam. Arrianus Epictet.* II, 26. ἐπεὶ γὰρ ὁ ἀμαρτάνων ἢ θέλει ἀμαρτάνειν, ἀλλὰ καταργῶσαι, δῆλον ὅτι, ὃ μὲν θέλει, ἢ ποιεῖ, καὶ ὃ μὴ θέλει, ποιεῖ.

16. σύμφημι) *Affentior.* *Euripid.* *Hippolyt.* 266. καὶ συμφήσσει σοφοὶ μοι. *Hesychius:* σύμφημι, συναινῶ συνομολογῶ.

17. οὐκ — ἀντὶ) *Non tam ego malum illud ago; quia nempe ratio ipsa reicit et reprobat illa, ad quae prauorum affectuum uis impellit.* ἀλλ' — ἀμαρτία) *Procliuitas ad peccandum comparatur hero, feruis suis imperans eosque*

ad obsequium cogens. Homo prauis cupiditatibus resistere non potest, nisi aliud auxilium accedat.

18. ἐν ἐμοί, τρεῖςιν, ἐν τῇ σαρκί μου) *In me, nempe si pravae naturae indolem spectaueris.* Homo, quum nominatur, modo totus intelligitur, modo κατὰ συνεκδοχὴν tribuitur id nomen partibus. Sic, quod hic dixit *in me*, interpretatur de carne, et prauis affectibus e carne orientibus. παράκειται) i. e. πάρεσι, adest. Denotat enim proprie uicinum esse, s. a latere adhaerere. ἔχ' εὕρισκω) *Non assequor, non ualeo.* Deest mihi bene agendi uis. Ἐυρίσκειν, ΝΥΝ, assequi, posse.

19. ὃ ἐθέλω κακόν) *Quod odi, malum;* idem quod μισῶ, u. 15. Ita ostendit Paulus, praeceptis legis Mosaeicae non inesse eam uim, ut malarum cupiditatum imperium frangat.

20. Repetit, quod dixerat u. 17. sed addit πλοκήν, ἐγὼ bis sumto; sensu diuerso. Homo est, qui consentit peccato, sed non totus, hominis mente diuersum dictante; quod culpam auget.

21. εὕρισκω — παράκειται) *Experior nempe, quotiescunque bene agere uolo, legem, i. e. uim quandam aduersam, quae me impediatur.* Construe: εὕρισκω ἄρα τὸν νόμον, ὅτι ἐμοὶ θέλοντι ποιεῖν τὸ κακόν, τὸ κακὸν παράκειται, redundante ἐμοὶ ex Atticismo. Νόμος interdum uocatur *animi humani impetus*, quo ad agendum omnes incitatur, siue ille sit naturalis et corruptus, siue spiritu diuino excitatus, et ad honesta quaeuis impellens, ut u. 23. c. VIII, 2. *Diſtamen* dicere possis. Vocatur autem sic, propter aliquam cum legibus,

gibus, earumque ui, qua ad agendum homines impellere et cogere solent, similitudinem. Aliis δ νόμος est lex Moisaica, uel quaeuis lex diuina, et τὸν νόμον pro κατὰ τὸν νόμον.

22. συνήδομαι — θεῶ) *Approbo legem Dei.* אֲבִיחָהּ לְתוֹרָה: nam אֲבִיחָהּ per συνθέλω uertitur Deut. XIII, 9. Supra u. 16. σύμφημι dixerat. Est metonymia. Nam proprie mentis est *approbare*, non *gaudere*; sed solent caussis tribui proximorum effectuum nomina. κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον) *Quoad mentem, rationem.* Ὁ ἔσω ἄνθρωπος, i. e. ὁ ἄνθρωπος ἐν ἐκάστῃ τῇ ψυχῇ κατοικῶν. Philo de agricultura uocat τὸν ἡγεμόνα ἄνθρωπον, additque, ἄνθρωπος δὲ ὁ ἐν ἐκάστῳ ἡμῶν, τίς ἂν εἴη, πλὴν ὁ νῦς. Comm. 23 uocatur νῦς. Sic etiam Pythagoricis *mens sola* homo est, cetera non partes, sed instrumenta hominis. Iakut Ruben, f. 10, 3. *Caro est uestis exterior hominis, sed spiritus est homo interior, cuius uestis corpus est.*

23. βλέπω δὲ ἕτερον νόμον) *Sentio aliam legem, aliud dictamen*, sc. uim prauarum cupiditatum, quae instar legis est. cf. u. 21. βλέπειν, idem quod εὐρίσκειν eodem u. 21. ἐν τοῖς μέλεσι μὲ) i. e. ἐν τῇ σαρκί μὲ, u. 18. *Membra* h. l. dicere maluit, propter metaphoram a bello ductam, quae sequitur; nam membra corporis ad bellum quasi armantur. Ἀντιστρατεύμενον — νόός μὲ) Ὁ νόμος τῷ νοός, *dictamen rationis*, opponitur τῷ νόμῳ ἐν τοῖς μέλεσι, *dictamini sensuum*. In homine non-Christiano dictamen sensuum *plerumque* uincit; quod aliter est in homine, qui spiritu regitur. καὶ ἀρχαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἀμαρτίας) *Et redigentem me*

in captiuitatem s. feruitutem peccati, quod leges mihi praescribit. Continuat translationem a bello desumptam.

24. *καλάκωρος ἐγὼ ἄνθρωπος*) *O me miserum hominem!* Dicit, uere miserum esse eiusmodi hominem, qualem hactenus descripsit. *τίς με λύσεται;* ad formam hebr. *יְיָ יִדְּ* *utinam liberer tandem.* Lex me liberare non potest. Aliunde ergo quaerenda libertas. *ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου*) *A corpore hoc morti addito et obnoxio propter peccatum, i. e. quis uires mihi dabit, ne membra corporis mei peccato feruire et poenas sibi mereri cogantur?* Genitiui Hebraeis, et eos imitantibus Hellenistis saepe sunt pro adiectiuis, ut hic corpus mortis, i. e. *mortiferum, miserum*, uel potius *uitiosum*, ut *θάνατος* sit idem, quod VI, 6. *ἁμαρτία*, effectū posito pro causā. Alii: *ex tanta miseria.*

25. *εὐχαρισῶ — κυρίῳ ἡμῶν*). *O me felicem qui Christianus sum!* Haec plane per parenthesin legenda, qua omissa, cetera cum sequentibus cohaerent. Ego quidem, dicit Apostolus haec in prima persona per modestiam quandam elocutus sum; at reuera, si sine figura mihi de memetipso loquendum sit, non is ego sum, qui tales laniatus sentiam, quum Deus me per Iesum Christum, i. e. per Euangelium et Spiritum eius, ab isto corpore peccati liberarit. *ἄρα ἐν ἁμαρτίας*) *Ergo ego ipse idem quoad mentem, s. rationis dictamen seruire studeo legi Dei, sed membrīs corporis seruiō legi peccati.* Loquitur de eiusmodi homine, qualem sub primae personae pronomine descripserat. Bellum in se sentit rationis et prauarum cupiditatum, quod lege Mosaiica nullo potest modo compesci. Doctrina autem Christi meliori praestari id, quod lex praestare non poterat, statim c. VIII. docetur.

CAP. VIII.

Exponit Apostolus felicem uere Christianorum conditionem, dum ostendit, eos auxilio doctrinae perfectioris (christianae) adiutos praestare posse, quod homo solius legis notitia imbutus praestare non possit, ac proinde beneuolentia Dei frui, et beatos esse spe felicitatis aeternae, u. 1 — 17.

I. Οὐδὲν ἄρα — Ἰησοῦ) *Nulla igitur poena timenda est uere Christianis.* Ἐν χριστῷ Ἰησοῦ εἶναι, cum Christo coniunctum esse, in eum credere, et praeceptis eius optemperare, i. e. genuinum esse Christianum. Κατάκριμα, *condemnatio*, et per meton. *poena*. Non amplius metuenda est uere Christianis noxa et miseria e peccatis oriunda; de qua uide notata ad c. V, 12. Christiani nempe liberati sunt ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἀμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, de quo c. VII. Redit nunc Apostolus ad id, quod c. VII, 6. dixerat εἶσοθλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ ἐπαλαιότητι γραμμάτων, et ostendit, Euangelium id praestare, quod lex Mosaeica praestare non poterat, sc. liberare nos ab imperio et tyrannide peccati. μὴ κατὰ — πνεῦμα) *Qui non prauis suis cupiditatibus, sed doctrinae euangelicae, obsequuntur.* Quemadmodum σάρξ est prauitas animi diuturna consuetudine roborata, sic τὸ πνεῦμα uel oppositionis est *doctrina christiana*. Cf. notata ad c. VII, 6. Videntur tamen haec uerba u. 4. perperam huc translata esse; absunt enim ab omnibus codicibus graecis *uetus*, uersionibus omnibus, (si ab una discedas arabica, quae in polyglottis bibliis habetur,) et Patribus tam graecis quam latinis non paucis.

2. Ὁ γὰρ νόμος — τῷ θανάτῳ) *Nam dictamen religionis (christianae) quae affert salutem per Christum Iesum, liberavit me a dictamine illicitae cupiditatis, quae miseriam et noxam parit.* Νόμος τῷ πνεύματος est dictamen religionis, doctrinae christianae, quae carpit et minuit illam cupiditatem, de qua c. VII, dictum est. Νόμος eodem sensu, quo c. VII, 21. hic accipitur. Πνεῦμα autem est doctrina christiana, ut ostendimus ad c. VII, 6. Alii malunt τὸ πνεῦμα in hoc cap. et alibi esse *animum sensumque vere christianum (christlicher Sinn, goettlicher Sinn,)* eodem sensu. Nam doctrina christiana est norma, ad quam animus Christianorum conformatur. Igitur nihil uetat, quo minus πνεῦμα mox doctrinam christianam, mox animum christianum ad hanc doctrinam conformatum uertamus. Notandum tamen est, et hanc doctrinam, et pios sensus Christianorum referri ad Dei Spiritum, tanquam auctorem, qui omnia haec bona mediante doctrina efficiat. Infra u. 26. 27. I Cor. XII, 11. Haec doctrina dicitur τῆς ζωῆς, *salutis et felicitatis*, ab effectu, quia salutem et felicitatem affert omnibus iis, qui ei obtemperant. Non inusitatum est scriptoribus sacris *Euangelium* appellare νόμον, Iac. I, 25. Rom. III, 28. 21. Repetit igitur Paulus, quod supra c. VI, 14. aliis uerbis dixerat. Νόμος τῷ πνεύματος uocatur Euangelium, quia operationes Spiritus S. cum eo sunt coniunctae; τῆς ζωῆς autem, quia ad beatissimam uitam, ζῶν, homines perducit. Aliis πνεῦμα. Ἐν χριστῷ Ἰησοῦ referri potest ad ζωῆς *felicitas per Christum parata*; (sed tunc dici debuisset: τῆς ἐν Χ I.) uel ad ἡλευθέρωσε, sublato commate post Ἰησοῦ, *per Christum Iesum liberat me.* Ὁ νόμος τῆς ἀμαρτίας, uox et dictamen cupiditatis, ad mala instigantis et rapientis.

Obse-

Obsequium huic dictamini praestitum affert τὸν θάνατον, *miseriam et noxam*. Hanc enim uocis θάνατος in hac epistola esse significationem saepe iam monuimus. Ergo dicit Apostolus et ab imperio prauarum cupiditatum et a noxis inde secutis se liberatum esse per dictamen religionis. Non autem de se solo, sed de omnibus uere Christianis Paulum loqui, in promptu est. u. 1.

3. τὸ γὰρ ἀδύνατον — ἐν τῇ σαρκί) *Quum enim lex id efficere non posset, quia propter naturae humanae imbecillitatem infirmabatur, (uim suam exferere non poterat,) Deus filium suum mittens similem hominibus peccatoribus, et sacrificium pro peccato, destruxit uim prauarum cupiditatum, quae nobis inerat.* Hoc comma continet explicationem eorum, quae dicta erant u. 2. In uerbis τὸ ἀδύνατον τῷ νόμῳ esse uidetur nominatiuus absolutus, pro: διὰ τὸ τῷ νόμῳ ἀδυνατοῦ εἶναι, s. διὰ τὴν τῷ νόμῳ ἀδυναμίαν. Lex uim suam exferere, i. e. animos hominum emendare non poterat. Alii anacoluthon esse putant, et post θεός suppleunt ἐποίησε, s. ποιήσων, *quod leges efficere non poterant, Deus hoc efficere decreuit.* ἐν ᾧ ἡσθένει διὰ τῆς σαρκός) *Quia propter humanae naturae imbecillitatem uim suam (emendandi animos) amittebat.* Ἐν ᾧ hic ualet *quia*, more hebraico. Σάρξ, *uitiositas et imbecillitas humana, die verderbte herrschende Sinnlichkeit.* De hac legis infirmitate c. VII. prolixè disputatum est. Deus igitur, ut alio modo opitularetur humanae infirmitati, misit filium suum. ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας) i. e. ἐν σαρκὶ ὁμοίᾳ τῇ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, δι' ἁμαρτωλοῦ εἰσῆ, *similem hominibus peccatoribus, indutum natura, tantopere in ceteris hominibus infirma, ab omni tamen pec-*

cati labe purum. καὶ περὶ ἁμαρτίας) Sc. θυσίαν, *tanquam sacrificium pro peccatis; ad expianda peccata;* nam haec est plena phrasis; uel προσφορὰν περὶ ἁμαρτίας, Hebr. X, 18. Non addit Apostolus, Filium Dei missum esse, ut afferret πνεῦμα, doctrinam perfectiorem, de peccatorum uenia, de felicitate aeterna et aliis rebus, quarum notitiam nobis procurauit; hoc enim una uoce *missionis* comprehenditur. κατέκρινε — σαρκί) i. e. κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν (τὴν ἐν τῇ σαρκί) (δικῶσαν) *Destruxit*, i. e. ui sua priuauit *peccatum in nobis habitans*, c. VII, 17. 18. 25. κατακρίνειν h. l. est quasi *perdere, destruere*, ut 2 Pet. II, 6. *Destruxit uim prauarum cupiditatum in nobis*, i. e. effecit, ut iam resistere possimus illicitis cupiditatibus, frangere earum uim, et praestare id, quod lex postulat. Hoc autem efficit Deus per τὸ πνεῦμα, doctrinam perfectiorem, e. c. de omnium peccatorum uenia, de felicitate aeterna uere Christianis promissa etc. Cf. etiam supra c. VI, 3, 6. KOPPE: *puniit peccatum in homine aliquo* nempe in Christo, ut σὰρξ sit *natura humana, homo ipse*, et quidem *humana eaque imbecilla Christi in terris conditio*. Praefero priorem explanationem.

4. ἵνα τὸ δικαίωμα — ἡμῶν) *Vt id, quod lex diuina a nobis postulat, praestare possimus*, non impediti iam a nimia ista peccati ui, qua antehac ad facienda ea quae ipsi improbabamus, abripiebamur. Τὸ δικαίωμα τῶ νόμου, *praeceptum legis*, id quod lex postulat. Supra c. II, 26. πληρῶν τὸ δικ. τῶ νόμου est: *seruare praecepta legis*. Ἐν ἡμῶν, i. e. δι' ἡμῶν. Ad reliqua uerba huius commatis cf. notata ad u. 1. Inest iis uberior hominis πληρῶντος τὸ δικ. νόμου descriptio.

5. δι γὰρ κατὰ σάρκα ὄντας) *Qui enim illicitis cupiditatibus tenentur, i. e. qui uno feruntur impetu appetitionis, atque eo rapiuntur more brutorum animantium ratione religionisque notitia carentium, ἢ τὰ τῆς σαρκὸς φρονέουσιν, obtemperant dictamini ad mala instigantis cupiditatis; sic student rebus, quae sensibus sunt iucundae, ut legis diuinæ nullam habeant rationem. Τὰ τῆς σαρκὸς, sc. πράγματα. φρονεῖν τὰ τινος est facere cum aliquo, studere alicui rei. Herodotus: δι ἔτι τὰ ἐκείναις ἐφρόνεον, qui adhuc partes eius tuebantur. Qualis est causa, talis effectus. δι δὲ — πνεύματος) *li uero, qui religioni sunt addicti, ἢ studiosi sunt eorum, quae religio, quae Deus praescribunt. Opposita sunt σάρξ, imbecillitas, uitiositas humana, et πνεῦμα, religio perfectior, christiana.**

6. τὸ γὰρ — θάνατος) *Studium uero rerum prauarum affert mortem, i. e. miseriam maximam. Ponitur θάνατος per metonymiam pro infelicitatis causa. τὸ δὲ φρόνημα — εἰρήνη) *Studium contra eorum, quae religio praecipit, felicitatem summam, Deique fauorem affert. ζωὴ καὶ εἰρήνη iterum per metonymiam pro eo, ex quo haec felicitas oritur.**

7. διότι — θείον) *Nam homo sensuum imperio subiectus aduersarium se praebet Deo. Abstracta posita hic sunt pro concretis. Cf. Iac. IV, 5. Hoc et sequenti commate continentur rationes, cur miseria sequatur improbitatem hominum. τῷ γὰρ — ὑποτάσσεται) *Non obedit legi Dei. Fertur, qua lubet, non qua monstrat Dei lex, εἰδὲ γὰρ δύναται) *Non potest obsequi praeceptis Dei, quia desunt uires, et quia tanta est uis maliarum cupiditatum, ut non-***

nisi per spiritum diuinum homo liberari possit ab earum imperio.

8. *εἰ δὲ — δύναται*) Deo placere non magis possunt, quam subditi rebelles regi. Quomodo ergo Deus illis daret felicitatem aeternam? Δεῖ, pro εἶναι: deducuntur enim haec e superioribus.

9. *ὑμεῖς δὲ — πνεύματι*) *Vos autem non prauis cupiditatibus, sed religioni obtemperatis.* Apostolus Christianos Romanos alloquitur. Vos, inquit, non estis ex numero eorum, quos Deo displicere, imo morti atque poenis diuinis obnoxios esse modo dixi; sed estis ex eo hominum felicissimorum genere, quibus per Christum ζωὴν καὶ εἰρήνην partam esse docui. Sic se saltem sperare Apostolus dicit. *ἕπερ πνεῦμα θεῶν δικαί ἐν ὑμῖν*) *Si quidem diuinae uoluntati consentanea sentiendi ratio imperium in uobis obtinet.* Deus enim nil nisi bonum et praeclarum uelle potest. *Πνεῦμα θεῶν*, i. e. *sentiendi ratio diuinae uoluntati consentanea.* Synonymae sunt loquendi formulae: *πνεῦμα θεῶν δικαί ἐν ὑμῖν*, et: *τὰ τῷ πνεύματος φρονεῖτε* u. 5. et applicat Paulus ad Romanos normam u. 5. propositam. *Ὅτι κεῖν*, eodem sensu hic sumitur, quo supra c. VII, 17 - 20. habuimus. Non de spiritus sancti persona hic esse sermonem, sequentia uerba docent. *εἰ δὲ τις — αὐτῷ*) Si quis uero non praeditus sit ea mentis indole, quae Christi menti est similis, is Christianus dici neutiquam meretur, nec beneficiorum quae Christus nobis procurauit, particeps esse potest.

10. *εἰ δὲ Χριστός ἐν ὑμῖν*) *Quodsi Christus in uobis est*, i. e. Christi doctrina uos regit. *Christus* pro doctrina Christi

Christi dicitur etiam 2 Cor. III, 17. Commate 9. sic expresserat Paulus eandem rem per phrasin ἔχειν τὸ πνεῦμα χριστοῦ. Τὸ μὲν σῶμα — δικαιοσύνη) *Corpus quidem emortuum (infirmum, miserum) est propter peccatum, sed doctrina christiana (uobis) salutem promittit, siquidem recte agatis.* Hoc equidem sic intelligo: Erant omnino, ut par est credere, inter Christianos Romanos, qui ante susceptam religionem christianam uixissent κατὰ σάρκα, illicitis cupiditatibus addicti. Horum corpora erant νεκρὰ, uiribus exhausta, eneruata δι' ἀμαρτίαν per flagitia, quibus haecenus dediti fuerant; hoc enim sensu νεκρὸν haud raro sumi, notum est. (Cf. supra c. IV, 19.) Paulus igitur eos bono animo esse iubet, nec esse, dicit, cur de his malis corporis ualde doleant, aut de salute desperent; quodsi enim in posterum uitam probam et religioni consentaneam acturi essent, fore ut felices sint, (ζωὴ) propter uirtutem (διὰ δικαιοσύνην.) Ven. NOESELT per σῶμα intelligit τὸ σῶμα τῆς ἀμαρτίας, s. uitium animi a peccato profectum, ut c. VI, 6. (Opusc. Fascic. II. p. 94. sqq.) et uerba sic reddit: *natura quidem uestra uos morti addicit propter peccatum; sed spiritus h. e. doctrina christiana uitam reddit propter iustitiam.* Alii aliter. Illa, quam ego dedi, explicatio et usui loquendi et contexto sermone conuenientissima esse uidetur.

II. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα — δικαί ἐν ὑμῖν) *Quodsi nempe Deo, qui Iesum ex mortuis suscitauit, quoad animi indolem similes fieri studuistis.* Verba haec eodem sensu accipienda esse, quo comm. 9. ea accipi debere ostendimus, manifestus membrorum commatis 10. 11. parallelismus nos docet. Πνεῦμα τῷ ἐγκρίαντος Ἰησοῦν pro πν. τῷ θεῷ. Sed maluit Aposto-

Apostolus hac uti periphrasi, quia ex resurrectione Christi ipsa Christianorum similem resurrectionem deducere constituerat. $\delta \epsilon \gamma \epsilon \rho \alpha \varsigma$ — $\sigma \acute{\omega} \mu \alpha \tau \alpha \upsilon \mu \acute{\omega} \nu$) *Is, qui Iesum ex mortuis suscitauit uestra etiam mortalia corpora uitae restituet, propterea quia Spiritus eius in uobis est, quia doctrina diuina animos uestros regit, uosque Deo similes reddit. Optime cohaeret comma hoc cum praecedente. Illustrat enim Paulus uerba illa: τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. Felices nempe sunt, qui nunc sanctitati uitae student, quamuis mala corporis ex antea acta uita exorta, adhuc sentiant; nam in illa futura uita perfecte beati erunt. In uerbis: $\delta \epsilon \gamma \epsilon \rho \alpha \varsigma$ τῶν χριστῶν ἐκ νεκρῶν est mera periphrasis *omnipotentiae diuinae*. Deos, inquit Paulus, qui pro sua omnipotentia Christum in uitam reuocauit, is uos etiam post mortem uitae restituet. Docet igitur Apostolus, ne corpora quidem eorum, qui mente uere christiana praediti sunt, expertia fore felicioris illius fortis, qua post mortem animae ipsorum gaudebunt. Alii h. l. intelligunt hominis ad meliorem sanctioremque uitam per religionem Christi instaurationem et emendationem. Sed propter uerba: $\theta \nu \eta \tau \grave{\alpha} \sigma \acute{\omega} \mu \alpha \tau \alpha \upsilon \mu \acute{\omega} \nu$ prior sententia praefenda uidetur. $\delta \iota \grave{\alpha}$ τὸ ἐνοικῆν αὐτῷ πνεῦμα ἐν ὑμῖν) Praefenda est haec lectio illi: $\delta \iota \grave{\alpha}$ τὸ ἐνοικῆντος αὐτῷ πνεύματος ἐν ὑμῖν. Est quidem utraque lectio aequae fere *antiqua*, et, si Patrum testimonia numeres, neutra alteri cedit. Sed lectio $\delta \iota \grave{\alpha}$ τὸ πνεῦμα sine dubio potior est, si codicum numerum spectes. Accedit, quod illud $\delta \iota \grave{\alpha}$ δικαιοσύνην u. IO. ob euidentem membrorum comitatis u. IO. et II. parallelismum postulat $\delta \iota \grave{\alpha}$ τὸ πνεῦμα. Sensus igitur est: *Propterea quod spiritu eius animati estis, quod mente et animo similes estis Deo, Sicuti**

Sicuti Deus Christum, quia in se habuit naturam illam diuinam e mortuis resuscitauit: ita etiam Christianos, qui sunt κοινωνοὶ θείας φύσεως, (2 Pet. I, 4.) e mortuis resuscitabit.

12. δφειλέται — ζῆν) *Obsequium debemus non uitiosae naturae, ut prauis cupiditatibus indulgeamus.* In uoce δφειλέται est metaphora, qualis c. VII, 23. Subauditur ex ratione oppositi: ἀλλὰ πνεύματι, τῷ κατὰ πνεῦμα ζῆν.

13. μέλλετε ἀποθνήσκειν) *Infelices, miseri eritis, et in hac et in futura uita.* Ἀποθνήσκειν sumitur ut supra VII, 10. Vitia esse originem omnium malorum omnisque miseriae experientia docet. εἰ δὲ πνεύματι — ζήσεσθε) *Sin autem ope religionis christianae prauos affectus et malas cupiditates reprefferitis, felices eritis.* Πνεῦμα, (c. τῷ θεῷ, mens diuina - goettlicher Sinn, uel religionis doctrina, sensu prorsus eodem. Πράξεις, per metonymiam effectus pro causa, sunt παθήματα et ἐπιθυμίαι, ut Gal. V, 24. aut τὸ φρόνημα τῆς σαρκός, ut supra u. 6. 7. uel quicquid sentit et agit σὰρξ, ut αἰτίαι etiam externae includantur.

14. ὅσοι γὰρ πν. θ. ἄγονται) *Qui enim a spiritu diuino se regi patiuntur.* Sic enim passiuum occurrit apud auctores. Dionysius Halic. Ant. L. X. ὡς δὲ κατέμαθεν ὁ Οὐεργίνιος ἀγόμενον τὸν δῆμον ὑπὸ τῶν λόγων. — *plebem his sermonibus flexi.* Cf. notata ad u. 9. *Agitur a spiritu diuino, qui perfectiorem illam doctrinam, christianam nempe non tantum animo tenet, sed ei etiam conuenienter uiuit.* Hoc supra expressum est phrasibus: περιπατεῖν κατὰ πνεῦμα, u. 4. Φρονεῖν τὰ τῷ πνεύματος, u. 5. πνεῦμα θεοῦ δικαί ἐν ὑμῖν. Omnes

Omnes istae phrasae sunt synonymae, et eandem expriment rem, scilicet *regi doctrina christiana*, atque ad hanc normam totam uitam componere. Hi igitur, qui religionis dictamini obsequuntur $\xi\tau\omicron\iota\ \acute{\epsilon}\iota\sigma\iota\nu\ \acute{\upsilon}\iota\omicron\iota\ \Theta\epsilon\acute{\omicron}\varsigma$, i. e. *Dei similes*. Constat nempe consuetudine Hebraeorum quamcunque coniunctionem exprimi *filiorum* nomine. Sic etiam ii homines uocantur *filius Dei*, (Kinder Gottes,) qui quandam similitudinem habent cum Deo; istaque similitudo in eo cernitur, ut animati sint sicuti Deus, eumque imitentur in amore uirtutis ueraeque sanctitate, (Matth. V, 45. 1 Io. II, 29. 2 Petr. I, 4.) ut didicerint atque teneant Christi doctrinam, quae ipsius Dei doctrina est, (1 Io. V, 1. Io. VIII, 47.) et quoniam is, qui rectam doctrinam amplectitur, eique se bene agendo accommodat, non potest non esse Deo acceptus et beatissimus, igitur nomen *filiorum Dei* transfertur etiam ad *beatitudinis diuinae* similitudinem, ut hoc nostro loco, 1 Io. III, 2. aliisque locis. (Vid. IO AUG. NOESSELTII *diff. de uera ui nominis filiorum Dei*. Opusc. Fascic. II. p. 333. sqq.) Sensus igitur huius commatis est: Quotquot doctrina christiana reguntur et uirtuti sanctitatisque student, ii sunt uere beati, liberaliter et benigne a Deo habentur.

15. $\acute{\epsilon}\ \gamma\acute{\alpha}\rho\ \text{---}\ \delta\ \text{πατήρ}$) *Non enim iterum animam seruilem accepistis, ut uobis metuenda sit poena, sed accepistis animam filialem, quo confidenter (ipsum Deum) appellamus Patrem nostrum.* Confirmat Paulus id, quod u. 14. dixerat: $\xi\tau\omicron\iota\ \acute{\epsilon}\iota\sigma\iota\nu\ \acute{\upsilon}\iota\omicron\iota\ \Theta\epsilon\acute{\omicron}\varsigma$. $\piνεῦμα\ δουλείας$) *Affectum, animam seruilem, metu solo poenae praesentis a malo abinentem, qualis erat status maximae partis Iudaeorum sub lege Moysis.* ΠΠ,

$\piνεῦμα,$

πνεῦμα, pro *affectu*, frequens Hebraeis, unde et pro ira et pro amore sumi solet. Gal. IV, 24. πάλιν εἰς φόβον, ut iterum uobis poena metuenda sit, ut olim Iudaeis sub lege Mosis uiuentibus. πνεῦμα υἰοθεσίας) *animum filialem*, mentem fiducia plenam, qua liberi sunt in parentes. Serui reguntur metu ac terrore; frangi non sunt, nisi seuerè tractentur. Nos regimur amore, et obtemperamus doctrinae, quoniam scimus nos liberaliter ac benigne haberi a Deo; nihil nobis esse ab eo metuendum. NOESSELTUS πνεῦμα υἰοθεσίας interpretatur de *Euangelio* (l. c. p. 98.) quoniam (u. 2. et Gal. II, 19.) per *Euangelium* liberati sumus a lege. Quanquam autem uerum est, Euangelio nos certos reddi de paterno Dei amore, aptius tamen uidetur h. l. intelligere ipsam illum sensum et animum, quem doctrina christiana nobis instillat. Ceterum filii lege facti θετοὶ dicuntur in iure Graeco. Verbum est υἰοθετεῖν, unde nomen υἰοθεσία, quod et arrogationem et adoptionem specialiter Romanis dictam comprehendit. ἐν ᾧ κρᾶζομεν) *Quo libere dicimus*, et Deum alloquimur, ut pueri patribus blandientes. In uoce κρᾶζειν est notio *confidentiae*. ἀββᾶ δ πατήρ) *Abba*, i. e. *mi pater*. Articulus δ hic habet uim Vocatiui, ut apud *Aristophanem* δ παῖς Φέρε. Tum uero mos est blandientium repetere aut uoces easdem, ut Matth. VII, 22. aut paris significatus, ut Ps. VIII, 2.

16. 'Αυτὸ — τίνα θεῶν) *Ipse ille sensus et animus* (Geist und Gefinnung) *animum nostrum convincit, nos esse Dei filios*, Dei similes, ei gratos et acceptos, et omnia optima ab eo confidentissime sperare posse. 'Αυτὸ τὸ πνεῦμα sc. υἰοθεσίας, *animus ille et sentiendī agendique ratio*

tio liberalior, qua non amplius timore seruili regimur, sed ex amore Dei et pleni fiducia recte agimus, nobis est quasi testimonii loco nos esse *filios Dei*, u. 14. Dei similes ac proinde beatos, et fauoris diuini participes. Deus enim non potest non amare et fauore suo completi sui similes. Dicit autem Paulus *συμμαρτυρεῖ*, quia Euangelium s. doctrina Christiana nos idem docet, 2 Cor. III, 6. *πνεῦμα ἡμῶν* hic est *animus noster*, ut 1 Cor. II, 11 2 Cor. VII, 1. Paulus uocum similitudines amat, etiam in significato diuerso, quod genus figurae Graeci *ἀνταίανλασιν* uocant, qualis apud Plautum: *Oculorum praestinguat aciem in acie hostibus*.

17. *εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι*) *Si autem filii sumus, sumus etiam haeredes*. Hoc statim explicatius declaratur. Pergit Apostolus in sua argumentatione, et ostendit quam beati et felices sint et futuri sint uere Christiani; sicuti nempe filii sunt haeredes bonorum paternorum, ita etiam filios Dei fore participes eorum bonorum, quae Deus filiis suis promisit, beatitatis nempe qua Deus ipse fruitur. *κληρονόμοι μὲν Θεῶ*) *Felicitatis summae, quam Deus promisit suis, participes*. In uoce *κληρονόμοι* hic non respicitur ius succedendi in bona defuncti, sed possessio firma atque inalienabilis. Proprie *κληρονομία* (a *κλήρος* et *νόμος* ducta) de portionibus Palaestinae, Israelitis sorte diuina tributis, dicitur; tropice uero felicitatem coelestem denotat. *συγκληρονόμοι δὲ Χριστῶ*) *Participes felicitatis, qua Christus fruitur*. Ipse Christus *κληρονόμος πάντων* dicitur, Hebr. I, 2. cuius *μέτοχοι* fiunt, qui fide ei addicti sunt Hebr. III, 14. coll. e. I, 9. *ἕτερον συμπάσχον*) nempe Christo, i. e. si constanti

stanti patientia omnia aduersa toleremus, sicut Christus fecit.
ἓνα καὶ συνδοξασθῶμεν) *Vt una cum ipso felicitatis summae
 finis participes.* 2 Tim. II, 11. 12. Col. III, 4.

18. Λογίζομαι γὰρ — εἰς ἡμᾶς) *Equidem enim plane
 statuo, calamitates huius uitae nullius momenti esse ad feli-
 citatem qua olim (in altera uita) manifeste fruemur.* Apo-
 stolus, laudata superius atque commendata insigni religio-
 nis christianae felicitate, pergit ad caput de miseriis quibus
 Christiani anguntur. Obiici poterat, cum tanta christianae
 religionis laude haud facile conciliari posse pressuras et cala-
 mitates ubique obuias. Fortassis etiam respicit Paulus ad
 aduersariorum uoces, stultam esse et ridendam Christiano-
 rum fidem, per quam bona omnia expectabant, et tamen
 uix unquam aliquid praeter aduersitates et turbas accipie-
 bant. Hanc offensam remouet *tum* admonitione, quod non-
 dum omnimoda felicitas obtingere possit hominibus, quae
 potius *futuro* tempori referuetur ac spe tantum capiatur,
 u. 19. — 25. *tum* commendatione praesentis fructus, quem
 inter ipsas misérias religio christiana afferat, u. 26 — 39. quum
 nos certos reddit, secundum ordinationem diuinam piis Dei
 cultoribus etiam mala ad bonum cedere u. 28. eosque olim
 fore felicissimos exemplo Christi, cui nonnisi per misérias
 huius uitae aditus ad summum felicitatis dignitatisque cul-
 men paratus esset, u. 29. sq. Λογίζομαι, i. e. ὄρομαι,
 ἡγῶμαι. ὅτι ἐκ ἀξία — εἰς ἡμᾶς) *Calamitates huius uitae
 nullius momenti esse ad felicitatem qua olim manifeste frue-
 mur.* Ἀξία uox deducta est ex rebus, quae ponderan-
 tur. Nam quot pondo exempli caussa pendet, dicitur τοσού-
 του ἕνεκεν, i. e. *trahere deducere.* Si in alteram lancem

iniicias aduersa quae ferenda sunt, in alteram bona, quae expectantur, immensum propendebit, in qua sunt bona. Τὴν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι. Cf. 1 Io. III, 2. Col. III, 4.

19. ἡ γὰρ ἀποκαρδοκία — ἀπεκδέχεται) *Nam creaturae spes expectat tempus illud, quo uerus honor filiorum Dei manifestabitur, uel tempus illud, quum omnibus apparebit quanta futura sit felicitas et gloria filiorum Dei.* Ἀποκαρδοκία, spes, quae com. 21. 25. uocatur ἐλπίς. Suidas recte sine emphasi interpretatur ἀποκαρδοκίαν per προσδοκίαν. Scilicet ἀποκαρδοκεῖν proprie est: *uultum aliquo ad spectandum conuertere, atque adeo obseruare.* Sic Ioseph. de B. I. III, 7, 26. ἀπεκαρδοκεῖ δὲ τὴν ὄρμην τῶν βελῶν, *telorum impetum autem obseruabat.* Iam, quoniam ii, qui uultum aliquo ad spectandum conuertunt, aliquid fere expectare solent, inde Graecis ἀποκαρδοκεῖν et καρδοκεῖν est expectare. Xenoph. Memorab. III, 5. 6. ἀλλὰ καὶ σιγῶσι καρδοκεῖντες τὰ προσταχθῆσόμενα. Κτίσις, hebr. בריה κατ' ἐξοχὴν notat *hominem*, Marc. XVI, 15. Col. I, 23. Vnde 2 Cor. V, 17. καινὴ κτίσις, בריה החדשה *noua creatura* est homo, qui alius plane fit, quam antea. Porro ἡ ἀποκαρδοκία τῆς κτίσεως ἀπεκδέχεται est pro: ἡ κτίσις ἀποκαρδοκεῖσα ἀπεκδέχεται *magno cum desiderio expectat.* Aliis ἡ ἀποκαρ. τ. κτ. est pro: ἡ κτίσις ἀποκαρδοκεῖσα, *homo sperans*, qui spem habet, quae constructio frequens in N. T. e. g. Luc. I, 48. Rom. V, 17. 1 Cor. I, 21. etc. *Homo spem habens ergo esset genuinus Christianus*, et opponeretur iis, qui spem non habent 1 Tess. IV, 13. Sed duram esse hanc explicationem, nec usui loquendi consentaneam, lubens fateor. Probabilior

lior hac est illa explicatio, quae olim plerisque interpretibus placuit, et quam magno studio exornauit V. T. Iacobi in *Abhandlungen ueber wichtige Gegenstaende der Religion* P. I, 5. *κτίσις* nempe sicut hebr. כְּרִיאָה, praesertim si *τᾶτα* additur, saepe est *omnis rerum natura, uniuersum ipsum*, ut Iudith. IX, 12. et simpliciter *κτίσις* Sap. II, 6. V, 17. Veri itaque possent haec uerba: *Vniuersa rerum natura magno cum desiderio exspectat tempus illud, quo uera filiorum Dei felicitas et honor manifestabitur.* Prosopopoeia, qua toti rerum uniuersitati tribuitur quod naturis sentientibus et intelligentibus proprium est, non est insolita. Sic in communi uita *naturam* serena ueris aestate *subridere* dicimus; Paulus autem *morti* adeo, *legi, peccato* personae uim tribuere solet. Cf. etiam Gen. IV, 10. Ps. XIX, 1. Iac. V, 4. Ex mea quidem sententia ἡ *κτίσις* in uniuersum est *homo, s. hominum uniuersitas, die Menschheit*, ut supra probauimus; in qua sententia, iam in secunda huius libri editione a nobis proposita consentientem nobiscum habemus S. V. GRIESBACHIIUM, qui nuper in Prog. 1789. scripto hunc locum bene illustrauit. Ut uero totus hic locus rectius intelligatur, notandum est, (ut Griesbachius monet,) consilium Pauli esse, ut ostendat, „nihil a se statui, quod aut insolitum esset, aut uerae felicitati aduersum, dum negat omnino beatos esse Christianos et imunes ab omni miseriarum conflictu. Etenim omnes, quotquot beatos ceteroquin nouimus, calamitatibus affligi et meliora sperare. Quare *spe* beatum esse, ad *futura* aspirare, et animum ad aliores fructus erigere, non obesse uerae hominis Christiani felicitati. „ Ut igitur Paulus persuadeat, non deteriorem fieri conditionem Christianorum, ostendit u. 19 — 23. communi

hæc lege *omnes* semper uixisse, atque adhuc uiuere, ut spem melioris fortis fouerent atque alerent. Quemadmodum uero, quum uniuersitas laudatur, (ut in locis supra citatis, κτίσις, κβθμωσ,) popularis usus praeualet, qui de omnibus affirmat, quod de pluribus ualer: ira hoc etiam loco κτίσις (uniuersitas hominum,) significat *permultos*, quorum aut historiae conseruarentur, aut animum intueri liceret. Quinam illi fuerint, id intelligitur tum ex uniuersa epistola, quae ad Iudaicos Christianos transscripta fuit, tum e caractere τῆς κτίσεως, quem paucis lineis uidemus ab Apostolo definiti. Intelliguntur nempe plurimi e maioribus uel e coaeuis Iudaeorum et Christianorum, quorum aut fides spectata, aut desiderium beatoris status illustre fuit. Hos enim sciebant nomine *filiorum Dei* insigniri; hos, ut honore υἰοθεσίως, ita promissionibus diuinis et expectationis firmitate reliquis gentibus praestare, et melius aeuum anhelare. Haec *GRIESBACHII* sententia, ualde probabilis est. Hoc unum addiderim, nomine κτίσεως comprehendi fortassis etiam h. l. paganos eos, qui legi naturae conuenienter uixerunt, et spem aliquam uitae futurae habuerunt, saltim optarunt beatam immortalitatem. Rom. II, 6. 7. 10. Inter Philosophos gentiles etiam fuisse, qui hominis summam laudem esse in similitudine cum Deo, et in imitatione Dei, satis constat. Ergo hi etiam, eorumque similes comprehendi possunt nomine υἰῶν τῶ Θεῷ. Iam, quod de uniuersitate dixerat, id, more suo amplificat, atque per diuersas temporum periodos declarat, u. 20. sq.

20. 21. τῇ γὰρ μεταίτητι — τῶν τέκνων τῷ Θεῷ) *Ac olim quidem creatura* (plerique quos nostis filiorum Dei nomine

nomine ornari) *aerumnis huius uitae subiecta fuit, non sponte sua, sed Deo ita iubente, hac tamen spe, fore, ut et ipsa quondam liberetur a seruitute misera atque ad libertatem beatam filiorum Dei perueniat.* Ex GRIESBACHII sententia, quem hic sequor, formula ὑπετάγη, subiecta fuit, (in oppositione ad ὡν u, 22.) indicio est, respicere Paulum ad superiora tempora, et cogitare de maioribus, Iudaeorum; (fortassis etiam de probis paganis.) Ματαίους et φθορά sunt Synonyma. Vtrumque uocabulum ex usu V. T. (לַחַיִּים) denotat *aerumnas huius uitae*, fortunarum inconstantiam, naturae fragilitatem et mortalitatem ipsam. Eccl. I, 2. 3. (*Disciplinae Mosaicae seueritatem et tenuitatem* h. l. intelligi, minus probabile mihi uidetur.) Iam uero maiores Iudaeorum plurimi nomine filiorum Dei ornati forte satis tenui et misera uixerunt, tamen numen eos singulari fauore et amore amplecteretur, filiosque appellaret, sibi subiectos haberet. Verbis ἔχ' ἐκείσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα indicat Paulus eos non sua sponte, sed *diuina ordinatione* in hanc conditionem uenisse. Deus enim sic ordinauit, ut omnes homines, non improbi tantum, sed etiam pii fortunarum inconstantiam et uitae aerumnas experiantur. Diuinae ordinationi autem subiici et pietatis est officium et felicitatis remedium. Denique obseruare iubet Paulus, non defuisse his piis Iudaeorum maioribus spem translationis ad libertatem, gloriam et felicitatem dignam illustri ὡν θεῶν nomine. Ad hanc spem ac desiderium felicissime rerum omnium uicissitudinis excitauit eos promissio prophetarum frequens et copiosa. 1 Pet. I, 9. 10.

22. ὀδύμενοι — ἀχρεῖ τῆς νῦν) *Ac constat inter nos* (Paulum et Romanos,) *ad hunc usque diem,* (nostro quoque aeuo,) *creaturam omnem,* (omnes e nostratibus) *inter uexas et dolores suspirare,* et communiter miseriae sensu premi et exagitari. A maioribus Iudaeorum ad praesens suum aeuum descendit Paulus, admonetque, nondum attingi a posteris metam felicitatis, ad quam maiores anhelabant. Nondum, (sic Paulus alloquitur Iudaeos,) nondum res uestrae sunt compositae, nec dum felicitas a quoquam uestrum ea percipitur, quae miseriae sensum, dolores, et expectationem excludat. Vnde in promptu est colligere, Christianorum fortem miseram et imperfectam non posse offendere iustum rerum arbitrum. Si enim Iudaeos spes potius quam fructus beatissimae sortis recreat, commune sane cum Christianis, qui se praestare putant, fatum subeunt: una enim omnes expectatio tenet ἀποκαλύψεως τῶν ὀπίσθων τῆς θείας.

23. ἢ μόνον δὲ — σώματος ἡμῶν) *Neque hoc tantum* (sc. uniuersitas Iudaica aetate nostra anhelat ad melius aeuum,) *uerum ii quoque qui spiritus sancti* (sensuum nobiliorum) *fructu praecipuo ornantur, quin uel nos ipsi ingemiscimus, expectantes omnimodum adoptionis nostrae fructum, liberationem a corporis nostri exuuiis.* Est haec *tertia classis* τῆς κτίσεως, eorum nempe, qui ad religionem christianam translati maiore dignitate ornantur. Ἐχθρὸν τὴν ἀπαρχὴν τῆς πνεύματος, (seruata prima et propria τῆς ἀπαρχῆς significatione, quum de frugum primitiis usurpatur,) *percipere primos fructus spiritus* i. e. fructus doctrinae et religionis melioris. Respicit Paulus ad christianae religio-

nis

nis cultores uniuersos, quos in superiore oratione πνεύματι insignitos, et tum notitiis, tum maxime sensibus piis beatos esse laudauerat, u. 1 — 9. Primitiis autem Spiritus eos ornatos esse dixit, quod recens essent conuersi et religionis melioris notitiis sensibusque imbuti. Ven. NOESSELT, MOSCHIIUS aliique τὴν ἀπαρχὴν τῆς πνεύματος ἔχουσιν explicant de Iudaeis, qui prius quam gentes, Euangelicam ueritatem amplexi sunt. Paulo aliter WETSTENIUS: „Genus humanum, inquit, diuiditur in eos, qui iam Christo nomen dederunt, quique primitiae uocantur hic et Iac. I, 18. et reliquos, qui nondum Christo nomen dederunt, qui uocantur creatura Marc. XVI, 15. Et Iudaei sentiunt onus legis suae: et gentes reliquae tenebras suas palpant, praedicatione Euangelii tanquam e somno excitatae; ubique magnarum rerum conuersio expectatur. Illi expectant mutationem in hac uita, quae continget, si ad Christum accesserint: nos uero in altera uita. „ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ) Nos ipsi, inquam. Ven. Koppe haec uerba a praecedentibus seiuncta ad Apostolum ipsum refert, pro αὐτὸς ἐγὼ, quin adeo ipse ego. Καὶ ἡμεῖς uarie transponitur et mutatur in antiquis libris. Scilicet codd. nonnulli ueteres omittunt h. l. et addunt ἡμεῖς post ἀλλὰ καὶ. Syrus omittit h. l. et mutat αὐτοὶ prius in ἡμεῖς. Alii aliter. Ἐν ἑαυτοῖς (i. e. ἐν ἡμῶν αὐτοῖς) στενάζομεν. Nos etiam huius uitae aerumnas experimur; non possumus acquiescere in conditione praesente, sed melioris desiderio flagramus. εὐδοξίαν ἀπεκδεχόμενοι) Vox εὐδοξίας h. l. explicanda est effectiue, de felicitate illa, quae aliquando post resurrectionem dabitur fidelibus. Cf. u. 15. 16. τὴν ἀπολύτρωσιν τῆς σαρκὸς ἡμῶν) Liberationem corporis nostri, sc. a mortalitate, uel potius a uitae

huius malis et molestiis. Posses etiam cum aliis uertere: *Liberationem a corpore*. Rom. VII, 24. Hebr. IX, 15. Quanquam, Apostolus inquit, certi sumus de sapientia et benignitate Dei, qua iam in hac uita nos complectitur, tamen in easdem aliorum hominum querelas consentimus. Tantum abest, ut nouae nostrae conditionis praestantia tollat omnem imbecillitatis sensum, ac dolorum pressuras, ut potius magno melioris conditionis desiderio flagremus.

24. τῆ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν) *Spe enim felices et beati* (nunc) *sumus*, i. e. salutem aeternam non habemus adhuc, sed speramus. Sic Cicero dixit, *in spe esse negotium*, quod non existit, sed speratur. Koppe: τῆ ἐλπίδι (διὰ τῆς ἐλπίδος, ἐλπίζοντες) ἐσώθημεν pro σωθισόμεθα. *Hac conditione salus olim nobis parata est ut aliquamdiu eandem, etsi nondum sensibus perceptam, inconcussa spe et fiducia expectemus*. Sed uidetur potius sensus esse, hac ipsa spe non tantum *conditionem*, sed multo magis *partem* haud ultimam beatitudinis contineri. Est nempe spei proprium, ferri ad absentia bona, eaque animo uelut praecipere. ἐλπὶς δὲ — ἐλπὶς) *Sed res sperata, oculis iam subiecta non amplius speratur*. Ἐλπὶς h. l. est res quae speratur, ipsa felicitas. *Spes uisibilis, s. rerum adspectui nostro obuiarum, nulla est*. τί καὶ ἐλπίζει;) *Cur ultra id speret?* Est enim Indicatiuus pro Subiunctiuo.

25. ἵ, δὲ — ἀπεδεχόμεθα) *Quum autem, quod nondum uidemus, sperandum nobis fit, firmo animo id expectemus*. Ἐλπίζομεν, pro ἐφείλομεν ἐλπίζειν et similiter ἀπεδεχόμεθα pro δεῖ ἀπεδέχασθαι ἡμᾶς. Δι' ὑπομονῆς, i. e. ὑπομονέντως, *constanter*. GRIESBACHIUS: *Nos igitur, quando quidem*

quidem res nondum conspicuas speramus, perseveranter expectamus, et futurorum desiderio flagramus. Iam progreditur Apostolus ad praesentem fructum, quem inter ipsas misérias religio christiana afferat, atque animus per eam institutus rectusque et nutritus percipiat, u. 26. — 39.

26. *ὡσαύτως* — *ἀσθενείαις ἡμῶν*) *Praeterea vero Spiritus opitulatur (nobis in) doloribus nostris ex rebus aduersis.* *ὡσαύτως*, hebr. 77', quod LXX. uertunt *μετὰ ταῦτα, ὁμοίως*, et *ὡσαύτως* Deut. XII, 22. XV, 22. *τὸ πνεῦμα* sc. *τῆ θεῆ*, omnino hoc etiam loco, ut in toto hoc cap. uidetur esse animus sensusque christianus (Geist und Gefinnung des Christenthums,) modo cogites, hunc sensum nobiliorem et animum filiali erga Deum amore plenum referri ad Spiritum Dei tanquam auctorem; uide supra notata ad comma 2. *Συναντιλαμβάνεσθαι* est *auxilio esse*, et per Metonymiam *solari*. *Ἀσθενείαι* sunt Apostolo *dolores ex rebus aduersis*, ut 1 Cor. II, 3. 2 Cor. XI, 30. XII, 5. 9. 10. etc. Sensus igitur est: Ipse ille animus noster christianus, quo Deum ueneramur et amamus ut Patrem nobis fauentem, (u. 15. 16.) nobis affert magnum fructum et solatium in calamitatibus, et huius uitae aerumnis. Quis autem fit hic fructus, statim declaratur sequentibus uerbis: *τὰ γὰρ* — *ἐνεαγγότις λαλήτοις*) *Quando enim, quid expetere precibus debeamus, non satis scimus, ipse ille Spiritus causam nostram agit suspiriis uoce non expressis.* Dicit igitur Paulus, saepe incidere casus, ubi Christiani rebus pressi aduersis nesciant, quomodo uoluntati Dei conformare debeant Preces suas, an grauitatem miseriarum deprecari, an uero patienter ferre debeant quae sibi contingant nutu ac uolun-

tate Dei. τὸ γὰρ — ὀίδαμεν) *Non enim satis scimus, quid expetere precibus debeamus.* Nobis ipsis non sumus satis sapientes, quid in rebus aduersis nobis sit salutare et utile. De eo loquitur Apostolus, quod *saepius*, etiam uiris optimis accidere solet, non quod *semper*. ἀλλ' αὐτὰ — ἀλαλήτοις) *Sed ipse spiritus intercedit pro nobis suspiriis, quae uerbis exprimi non possunt.* Ἐπερευτυγχάνειν, pro ἐντυγχάνειν, *intercedere pro aliquo, causam alicuius agere.* Ἀλαλήτοις, quae in imo pectore fiunt, nec proferuntur uoce ut audiantur. τὸ πνεῦμα illa Christiano digna sentienti ratio. Igitur sensus erit: *Hic ipse sensus christianus nobis suppeditat desideria animi, quae, quamuis uoce non proferantur, tamen loco precum sunt.* Personificatur autem τὸ πνεῦμα, ut ἀμαρτία, supra c. VII, 17. 20. Notandum etiam est, sensus pius et christianos referri ad Spiritum Dei ut ad auctorem, qui ope religionis istos sensus efficiat. Hoc igitur uult Apostolus: In rebus aduersis saepe nescimus, quid a Deo precibus expetere debeamus. Tum uero animus ille filialis, quo omnia optima a Deo, Patre nostro benignissimo expectamus, nos subleuat. Dirigimus animos nostros ad Deum suspiriis uoce non expressis, eiusque uoluntati nos nostrasque res totos permittimus.

27. ὁ δὲ ἐρευθῶν — ὑπὲρ πάντων) *Qui autem perfectissime nouit animos (hominum omnium,) is nouit studia et desideria spiritus, quod nempe uoluntati Dei conuenienter agat causam nostram.* Ἐρευθῶν (hebr. רָקַח Ps. 139, 1.) non est simpliciter scire, sed penetrare intelligendo, et est Dei epitheton, Ps. VII, 10. Ierem. XI, 20. Deus igitur omniscius οἶδα — πνεύματος, *perfectissime nouit desideria et studia*

dia spiritus. Nota sunt ei et penitus perfecta uota nostra et desideria, licet non expressa uerbis. Alii: *Approbat consilium spiritus.* ἴδε, sicut 1 Cor. XVI, 15. ἰδατε, colite, amate, ex hebr. יָדַע . ὅτι κατὰ — ἀγίων) *Quod nempe secundum uoluntatem Dei intercedat pro Christianis.* Putant nonnulli ὅτι h. l. non esse coniunctionem, sed pronomen relat. referendum ad φρόνημα, pro καθ' ὅ, ὅτι ἄν ἐντυγχ. desiderium, quo intercedit apud Deum Sp. diuinus. Κατὰ Θεόν, i. e. κατὰ τὸ θέλημα τῷ Θεῷ, 1 Io. V, 14. Porphyr. de abstin. l. 25. τὸτο δὲ ἔ γνάμη γίνεται ἀνθρώπων, ἀλλὰ κατὰ Θεόν. Iterum τὸ πνεῦμα personificatur, ut u. 26. uel sensus Christianorum in rebus aduersis fiducia plenus, et se omniaque sua Deo, Patri optimo permittens ad Spiritum Dei ut ad auctorem refertur, et causam agere Christianorum piorum agere dicitur, quasi Spiritus ab ipso homine cuius res agitur, sit persona diuersa, eodem plane modo ut Rom. VII, 17. 20. ἀμαρτία tanquam persona ab homine diuersa sistitur. Nihil aliud expetimus a Deo, inquit Paulus, nisi quod sit κατὰ Θεόν, congruat cum consilio Dei, *Plan, Entwurf.* Ergo preces nostrae Deo sunt gratae et acceptae; fiet, quod nobis et aliis erit salutare.

28. Ὅιδμεν δὲ — κλητοῖς ἔσω) *Scimus nempe omnia inferuire eorum, qui Deum pie colunt, commodis, illis nimirum, quibus benigno consilio felicitas aeterna promissa est, uere Christianis.* Hoc est illud φρόνημα τῷ πνεύματος, de quo u. 27. sensus christianus, quo Christiani calamitatibus pressi eriguntur. ὅτι τοῖς ἀγαθῶσι — ἀγαθόν) *Omnia inferuire eorum, qui Deum pie colunt, commodis.* Scilicet *aduersa* etiam ipsis ad incrementa uirtutis et praemii sunt utilia

utilia. Ἀγαπῶντες τὸν Θεόν, hebr. אהבתי יהוה sunt pii cultores Dei Πάντα, omnes res, sc. secundae et aduerſae; nam de his h. l. est sermo. Ἀγαθόν, utile, ut saepius. τοῖς κατὰ — ἔσται) *Quibus Deus benigno consilio felicitatem aeternam destinavit* i. promisit. Καλῶν Hebraeorum loquendi more simpliciter est monere aliquem, ut aliquid faciat felicitatis suae causa, ut Math. XI, 13. deinde etiam *edocere eum* de felicitate, et modum eius adipiscendae monstrare. ut 2 Theſſ. II, 14. denique etiam *offerre et promittere felicitatem*, Rom. XI, 29 IX, 11. Vnde καλετοὶ saepe sunt *Christiani*, quibus innotuit doctrina, et *uere Christiani*, quibus, quia sunt ueri Christiani, felix est promissa. Προθεσις, sc. Θεῶν, *benigna Dei uoluntas*, ut 2 Macc. III, 8. προθεσις βασιλέως, *benigna Regis uoluntas*.

29. ὅτι ἔσται — πολλοῖς ἀδελφοῖς) *Quos enim praesciuit* (tales futuros esse Christianos,) *hos decreuit filio suo similes reddere, ita ut ipse sit caput multorum fratrum.* Πρὸ in προγινώσκειν et προορίζειν, quod per se significat *ante, multo ante, dudum*, indicat aeternam Dei praescientiam et beneuolum consilium aeternum. Antequam fuimus, atque adeo antequam ullus homo, ipseque mundus fuit, cognouit Deus homines eos, qui futuri essent uere Christiani, iisque destinauit aeternam salutem. Quaecumque enim Deus sciuit et uoluit, ea ab aeterno sciuit et uoluit. KOPPE: *quos aeternum nouerat*; non uero, ut ad *fidem* tantum, sed *omnem omnino hominis in hoc mundo constituti naturam, uirtutes, statum et conditionem, accurate a Deo praeuisam referatur.* Sed Deus omnes homines nouerat, nec tamen omnes προώριος etc. Mallem igitur subscribere uulgari sententiae.

tentiae. καὶ προώρισαι — αὐτῷ) *Hos decreuit filio suo similes reddere*, i. e. participes eiusdem felicitatis, qua Christus fruitur. Duplex ellipsis. Nam et initio deest τῶν, et in fine γενέσθαι. Συμμόρφως τῆς εἰκότος, idem quod συμμόρφως εἰκότι, quomodo σύμμορφον τῷ σώματι, Phil. III, 21. Vocat autem εἰκόνα *exemplar*, ad quod aliud aliquid effingitur, quod alibi τύπος, ὁμοίωμα. Christus in passionibus atrocissimis obediens fuit, et sic ad regnum illud coeleste peruenit; eadem uia Dens constituit ducere Christo credentes. Supra u. 17. Phil III, 9. εἰς τὸ — ἀδελφοῖς) *Ita ut ipse sit ueluti primogenitus, s. caput multorum fratrum*. Filii primogeniti erant capita familiae iure hebraico; hinc fit, ut כּוֹרֵן denoret *caput*, s. *dominum*, Ps. LXXXIX, 26. deinde etiam, quia parentes filios primogenitos insigniore quodam amore et studio complecti solent, πρωτότοκος est filiorum optimus, dilectissimus. Dicit ergo Apostolus, *Christianos omnes Christo in eo fore similes, quod fruituri sint iuribus et felicitate filiorum Dei; Christum autem ipsum manere filium principem omniumque carissimum, qui etiam ius imperii habeat in fratres reliquos*.

30. ὅς δὲ προώρισαι) Repetendum hic καὶ κοινῶς, *similes reddere filio suo*. τῶν καὶ ἐκάλεσε) *Eos etiam inuitat ad fruendum olim felicitate aeterna*. Edocet eos de felicitate, modum eius adipiscendae iis monstrat, et credentibus atque obedientibus promittit felicitatem. Καὶ ὅς ἐκάλεσε, *Et eos, quibus obtulit et promisit felicitatem*. τῶν καὶ ἐδικαίωσε) *Hos a peccatorum culpa et poena absoluit, atque fauore suo persequitur*. Ita saepe hoc uerbum habuimus in hac epistola. τῶν καὶ ἐδόξατε) *Eos (tandem) immortaliz*

mortali felicitate donat, uel in aeternam illam gloriam recipit. In uerbo ἰδέσασθε est Enallage praeteriti pro futuro. *Ad summam illam felicitatem eos perducet.* Efficiet eos συμμόρφως τῆς εἰκόνας τοῦ ὕψους αὐτοῦ, u. 29.

31. τί ἔν ἐρεῖμεν πρὸς ταῦτα;) i. e. Quid ex his inferimus? Nam ἐρεῖμεν apud Apostolum in praesenti etiam tempore ponitur. εἰ ὁ θεὸς — ἡμῶν) *Si Deus nobis faueat*, (nosque tantopere ornare decreuerit, uti dictum u. 28. 30.) *ecquis tandem nobis obfit? quis tandem nocere nobis possit?* Ostendit nunc Apostolus, quomodo haec tanta Dei erga nos beneficia in usum solatiumque nostrum transferre possimus. Nobis nempe, qui in tanta apud Deum sumus gratia, nihil inter atrocissimas etiam calamitates est metuendum.

32. δογε — ἐφέισατο) Quod in Abrahamo signum fuerat amoris in Deum, Gen. XXII, 12. id in Deo signum benevolentiae erga homines. τὸ ἰδίος υἱός, filii sui; nam uox ἰδίος saepe mere Synonymum est pronominis αὐτοῦ, ut Matt. IX, 1. XXII, 5. Io. V, 43. et aliis locis. Totius ergo sententiae uis non in ἰδίος υἱός, sed in uoce υἱός quaerenda uidetur. ἀλλ' — παρέδωκεν αὐτόν) *Sed loco nostro in miseriam summam mortemque adeo tradidit eum.* Ὑπὲρ ἡμῶν, loco nostro, commodo nostro, ad expiationem nostram. Ita explicandam esse hanc formulam, quotiescunque de morte Christi pro hominibus perpeffa adhibetur, patet e comm. 3. h. c. et Epistolae ad Hebraeos locis pluribus. πῶς — χαρίσεται) *Omnia*, reliqua scilicet, quae nobis uere prodesse, atque ad salutem nostram pertinere possint. Populariter dictum. Facilius est dare omne aliud, quam filium. σὺν αὐτῷ,

αὐτῶ, i. e. χαρισάμενος αὐτὸν ἡμῖν. χαρίζεσθαι, autem h. l. est dono dare, gratiose largiri aliquid.

33. τίς — θεῶ) *Ecquis accuset Deo dilectos?* Ἐκλέξα-
σθαι, רבב, amare, probare, Deut. IV, 37. Propius mu-
nit Christianos aduersus criminum iudicia, quae ipsis inno-
centibus intentabantur. Qui tandem sunt, qui eos accusare
audent? nempe homunciones. Alii referunt ad peccata,
in Christianis residua, ut Apostolus dicat, ne his quidem
gratiam Dei, propter Christi mortem nobis concessam, eripi
nobis posse. θεός ὁ δικαίων) *Deus (eos) absoluit.* Vo-
cent eos alii odiosissimis etiam nominibus; Deo eorum in-
nocentia perspecta et grata est. Alii hic et in sequentibus
ponunt signum interrogationis. *Ecquis accuset Deo dile-
ctos? Deus absolvens?* i. e. Deus, qui eos absoluit a culpa
et poena peccatorum, non accusabit eos, et si alii eos ac-
cusent, id nihil damni ipsis afferet, et sic porro, sensu fere
eodem manente.

34. τίς ὁ κατακρ. — ἀποθανόν) *Ecquis damnet, uel*
morte eos dignos iudicet, pro quibus Christus mortem per-
peffus est? Si etiam damnantur Christiani a malis iudici-
bus, innocentes tamen moriuntur, quia Christus pro illis
est mortuus. μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς) *Imo etiam nostrū*
caussa ex mortuis est suscitatus, nempe ut sciremus, illum
nobis fore iudicem. Act. XVII, 31. θεὸς καὶ ἔστιν ἐν
δεξιᾷ τοῦ θεοῦ) *Qui etiam cum Deo regnat,* gloriae eius
summae est particeps, uel proximus ei est honore. De-
sumta phrasis ab Orientis consuetudine, qua duo supremi
regni administri utriusque Regis lateri assidere solent, e. g.
Constantinopoli *Vizirius* et *Musti.* θεὸς καὶ ἐντυγχάνει
ὕπὸ

ὕπερ ἡμῶν) *Qui et causam nostram Deo commendat.* Cf. Hebr. VII, 25. I Io. II, 1. Vulgo intelligunt de Iesu hominis quadam ad Deum precatione, humanis precibus simili. Alii improprie explicant de meritorum Christi uī perpetua. Varias uariorum sententias et in uertendo uocabulo ἐντυγχάνειν et in explicanda ipsa re enumerauit et diuidicauit Ven. MORUS in disertat. theol. et philog. p. 298. sqq. Recte monet, illud ἐντυγχάνειν a Scriptoribus sacris referri ad illud tempus, quo Christus Deo dexter sedet, non ad illud, quo his in terris humilis uixit; describi igitur, Christum regnantem nobis adhuc esse eundem, qui tum fuit, quum pro nobis passus et mortuus est, beneuolum, beneficium, seruatorem peccatorum, eumque adeo nos porro tueri et curare, ut peccatores, abiecto omni metu, freti et tranquilli hac eius perpetua beneuolentia, cura et beneficentia, a Deo de se optime sperare possint, hoc est breuiter, *Christum adhuc esse et manere causam salutis nostrae et datorem,* et qui salutem quaerant, hos propter hunc e per hunc eam certo accipere.

35. τίς ἡμᾶς — χάρις;) Ἡ ἀγάπη τῆς χάριτος potest significare eum amorem, quo Christus nos complectitur, uel etiam amorem eum, quem nos erga Christum habemus. Plurimi interpretes priorem significationem praeferunt; et recte quidem, quia de beneficiis Dei in fideles collatis, atque de eorum felicitate est sermo. Sensus igitur est: *Quis nobis possit eripere amorem, quo Christus nos complectitur?* uel priuare nos beneuolentia et amore Christi? Quae tanta erit calamitas, ut nobis persuadeat, Deum esse a nobis abalienatum? Quicquid aduersi nobis eueniat,

nos

nos nihilominus firmiter erimus persuasi, nos a Christo amari. Si ἡ ἀγάπη τῷ Χριστῷ est pietas in Christum, tum sensus est: *Quis infringat, tollat nostrum amorem in Christum? Quis nos permoueat, ut deserenda religione rursus excidamus hoc tanto Dei Christique amore?* Θλίψις — μάχαιρα) Θλίψις, calamitas. Στενοχωρία, angustia, quum, quo nos uertamus, non habemus. Γυμνότης, indigentia summa. Μάχαιρα, caedes, quae fit gladio.

36. 37. καθὼς γέγραπται) Pf. XLIV, 23. Experimur, inquit Apostolus, idem fere, quod de se ac ciuibus suis propter religionem uexatis commemorat uates. Θανάτῳ — μεθὰ δὴν τὴν ἡμέραν) Mortis periculo expositi sumus quotidie. כִּי הוּא לֵךְ quotidie. ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς) Tractamur tanquam pecudes mactationi destinatae sicuti Pf. CII, 21. הַיְתוּת בְּנֵי חַיִּים filii ad mortem destinati. ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν πάντων ὑπερικήσωμεν) Sed de iis omnibus triumphamus. τὸ ὑπὲρ h. l. augendi notionem habet, et Paulus uult indicare, se diuino auxilio munitum, plus uirium habere, quem requirantur ad istos uarii generis hostes uincendos. διὰ τῷ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς) Non nostris, sed a Deo, qui nos amat, datis uiribus. Alii: amore compulsi eius, qui tantopere nos adamauit.

38. ἕτερος θάνατος ἕτερος ζωῆ) i. e. plane nihil. Quicquid enim est in rerum natura, aut uiuit, aut uita caret. Alii: nec metus mortis, nec spes uitae seruandae. ἕτερος ἄγγελος — δυνάμεις) Nulla uis, neque humana, neque humanam superans. In his, ut et in praecedentibus et sequentibus Apostolus per μερισμὸν explicat copiose sententiam hanc: In omni rerum natura nihil esse, quod uere Christianos

primare possit amore Dei. Quare frustra quaeritur, quomodo *angeli* possint infringere mutuum inter Deum et homines amorem; ponit enim Apostolus partes uniuersi, prout in mentem ueniebant. ἔτε ἀρχαί, ἔτε δυνάμεις) Ἀρχαί, pro: δι ἐν ἀρχῇ, i. e. ἀρχουτες. Δυνάμεις, pro: δι ἐν δυνάμει, i. e. δι δυνατοί. Nonnulli intelligunt *angelos potentes*, alii uero rectius *principes et potentes* in his terris, qui potestate sua Apostolos affligebant. ἔτε ἐνεσῶτα ἔτε μέλλουσα) Sc. πράγματα uel κατὰ. Nec quae nunc sentimus mala, nec si qua grauiora imminet.

39. ἔτε ὕψωμα, ἔτε βέθος) *Nec spes honorum, nec metus ignominiae.* ὕψωμα, *superbia animi elati*; deinde uero *gloriae, dignitatis fastigium.* Iob. XXIV, 24. πολλὰς γὰρ ἐκάκωσε τὸ ὕψωμα αὐτοῦ. Τὸ βέθος πῶς, *calamitas*, Ps. CXXX, 1. Alii ὕψωμα interpretantur *coelum*, et βέθος *terram*, Ies. VII, 11. Eph. IV, 8. ut sententia eadem sit, quae Assaphi Ps. LXXIII, 25. 26. ἔτε τίς κτίσις ἐτέρα, *nec quicquam aliud.* Κτίσις h. l. idem quod πρᾶγμα, χρῆμα. Sirac. XXXIX, 29. δυνήσεται — ἡμῶν) *Poterit nos separare ab eo amore quo Deus propter Christum Iesum, Dominum nostrum, nos complectitur.* In omnibus rebus, et aduersis et prosperis Dei amore fruemur, ipseque nunquam non commodis nostris consulēt. Facilior est locus, si notetur, ἀγάπην τῷ Θεῷ intelligendam esse etiam de effectu amoris, beneficiis nempe summis et maximis in altera uita exspectandis.

CAP. IX.

Nouum argumentum tractat Paulus ab hoc IX. c. usque ad finem capituli XI. nempe de gentis Iudaicae statu ac condi-

conditione misera, de causis unde ea sit repetenda, de fine denique in quem aliquando sit exitura. Causam haec scribendi Apostolus habuisse uidetur hanc, quod Iudaei, non tantum in uetere sua religione perseverantes, sed etiam ipsi e Iudaeis Christiani, aegre ferrent, Ethnicos paribus iuribus cum Iudaeis frui. Hoc enim uehementer pugnabat cum iis opinionibus, quas Iudaei ex magistris suis hauserant: posteros Abrahami, Isaaci et Iacobi semper praecipuo apud Deum loco fore, et, quamuis multa delinquerent, Deum ista condonaturum, tum ob maiorum uirtutes, tum ob professionem uerae religionis. Ostendit ergo Apostolus, Deum et in puniendo et benefaciendo semper esse iustissimum, aequissimumque, et magnae esse temeritatis disputare contra id, quod Deus faciat u. 6 — 18. h. c. *deinde* uero docet Iudaeis haec mala accidere ipsa eorum culpa, propter suam improbitatem, superbiam et incredulitatem. IX, 19 - X, 21. *denique* etiam solatur Christianorum animos cogitatione ea, multos Iudaeorum iam Christo nomen dedisse, et fore aliquando tempus, quo uniuersa gens Iudaica ad religionem Christi sit accessura. c. XI. Ac primum, quia credi poterat Paulus aut infensus Iudaeis, aut propensior in Christianos e gentibus uocatos, suspicionem hanc longe a se amolitur, u. 1 - 5. et quidem iure iurando, adhibito per Christum, quod non minoris haberi debet in nouo foedere, quam iuramenta in ueteri foedere per Deum facta. Egrege more suo interpretatus est hoc caput D. 10. AUG. NOESSELTUS. Vid. eius Opuscula ad interpretationem Sacrar. Scripturar. Fascic. I. edit. 2. p. 141. fqq.

1. Ἀληθείαν — πνεύματι ἁγίῳ) *Profiteor per Christum, non mentior, (testis est mihi conscientia,) per Spiritum sanctum.* Ἐν χριστῷ, *per Christum*, uel per Christi doctrinam. In omni asseueratione ea res, quae cum Graecorum particula ἐν uel □ Hebraeorum coniungitur, significat id, per quod iusiurandum uel obtestatio peragitur, ut Matth. V, 34. sq. Apoc. X, 6. Ies. LXII, 8. Gen. XXII, 16. Ὁυ ψεύδομαι, *non mentior.* Repetit idem uerbis negantibus ad rem magis confirmandam, nec uideretur, quae dixerat, temere dixisse. Verba συμμαρτυρήσῃς μοι τῆς συνειδήσεώς μου, concludenda esse uidentur parenthesi, ut uerba ἐν πνεύματι ἁγίῳ coniungantur cum illis: ἔ ψεύδομαι, *per spiritum sanctum! non mentior.* Sic accuratissime haec formula responderet illi superiori: *per Christum! uerum est quod dico.* Πνεῦμα ἅγιον fortassis est *doctrina Christiana*, quae significatio regnat in cap. VIII. Videntur igitur phrasae ἀλήθ. λέγω ἐν χριστῷ, et ἔ ψεύδομαι ἐν πν. ἁγ. plane inter se permutari. Illud autem συμμαρτυρεῖν, ut Latinorum *contestari*, non habet uim maiorem uerbo simplici μαρτυρεῖν, quemadmodum Apoc. XXII, 18. aliaque loca docent.

2. ὅτι λύπη — καρδίᾳ μου) *Me magnam sentire tristitiam et perpetuum dolorem*, sc. ex statu populi Iudaici, reicientis Messiam, et salutem per eum oblatam. Sermo est concitator; Nam idem bis repetit Apostolus, uerbis tantum aliis, non addita tamen causa, cur acerbissimo hoc dolore angatur, quam comm. demum 3. uerbis ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου *obscure* indicat.

3. ἠυχόμενον — ἀδελφῶν μου) *Vellem enim deuoueri a Christo grauissimis malis* (huius uitae) *pro fratribus* (popularibus) *meis.* ἠυχόμενον est Imperfectum pro Optativo, quod frequens

frequens Graecis, siue addito, siue non addito *ἀν*, ut Act. XXV, 22. Ἀνάθεμα proprie denotat *omne id, quod Deo deuouetur*. Iam quia id, quod sic deuotum erat, quoad homines plane interierat, inde ἀνάθεμα notat, quod *occiditur et perit*. Vnde LXX. Interpretes Hebraicum $\square\prime\prime\prime\prime$ non solum per ἀναθεματισειν, sed etiam per ἐξολοθρευειν, *e medio tollere, perdere, excindere, occidere*, reddiderunt, adeo ut ἀνάθεμα εἶναι, et ἐξολοθρευόμενον εἶναι unum idemque sit, quum utrumque notet, *e medio tolli, perire, occidi*, ut in Dentronomio et Iosuae libro saepe. Interpretandum igitur est: *Optarem emori pro Iudaeis*, qui mihi cognati sunt natione. Quod attinet ad uoces ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, notandum est, praepositionem ἀπὸ cum suo Substantiuo ex Hebraismo interdum otiosam esse, ut Pf. XVIII, 22. Potest tamen probabilis reddi ratio, cur Paulus addiderit ἀπὸ τοῦ χριστοῦ. Instabat nempe tempus, ut Iudaei rebelles et in Christum impii ab ipso deuonerentur, Romanisque excindendi traderentur. Hanc calamitatem nationi impendentem, Christo iudici tribuit Paulus. Ἀπὸ τοῦ χρ. pro παρὰ τ. χρ. Phrasis ἀνάθεμα εἶναι, i. e. ἀναθεματισεσθαι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ denotat itaque: *morte puniri atrocissima a Christo*. Dolet nempe Apostolus miserissimam Iudaeorum sortem, uelletque suo sanguine illorum salutem redimere, et in suum caput transferre mala omnia huius uitae, si modo illos ad Christum perducere, et e periculo eripere posset. Non optat χωρισθῆναι, separari a Christo, uerum offert se, tanquam piacularem uictimam pro salute gentis suae, ut M, Curtius et Decius. *Liuius IX, 4. Equidem mortem pro patria praeclaram esse fateor, et me uel deuouere pro populo Romano Legionibusque paratus sum.* Vulgarem sententiam S. V. Koppe exornat, ita uertens hunc

locum: *Mellem equidem infelicissima sorte ipse frui, quin excludi adeo ab ipso Messiae regno, si hac re fieri posset, ut populares meos seruarem.* In tota tamen formula, nihil nisi integerrimi amoris, uehementissimique, quo Iudaeorum salutem exoptabat Apostolus, desiderii significationem quaerendam esse arbitratur. τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα) Qui sanguinis uinculo mihi sunt coniuncti; cognati mei sunt quoad gentem; uel potius *populares*, eadem gente oriundi.

4. Ἰσραηλιταί) Honoris nomen, 2 Cor. XI, 22. nam Iacobo patriarchae *Israelis* nomen ab ipso Deo honorifice inditum fuerat, Gen. XXXII, 28. ut esset symbolum gratiae diuinae. ὧν ἡ υἰοθεσία) *Ad quos pertinet adoptio*; i. e. quos Deus prae aliis gentibus exornauit maximis beneficiis. Quare Deus Israellem *primogenitum* appellauit, Exod. IV, 22. 23. Deut. XIV, 1. Filiorum loco eos habuit. καὶ ἡ δόξα) *Ad quos pertinuit honor praesentiae diuinae.* Ἡ δόξα, שכינה, praesentia Dei gloriosa in columna nubis et ignis Exod. XL, 34. 35. deinde uero in nubecula super arca foederis 1 Sam. IV, 12. quae nubes se interdum ita extendebat, ut totum templum impleret, 2 Paral. VII, 1. 2. αἱ διαθήκαι) *Decalogus*; nam hebr. ברית Deut. IV, 13. explicatur per עשרת הדברִים. Διαθήκαι per Atticismum pro sing. Alii tamen rectius intelligunt foedus quodcumque, quod Deus cum Israelitarum maioribus iniit, quum non solum Abrahamo Gal. III, 16. 17. plures ἐπαγγελίαι et διαθήκαι constitutae a Deo legantur, sed foedus etiam Deum inter et Mosen saepius repetitum dicatur. Deut. XXIX, 1. ἡ νομοθεσία) *Lex*, non autem legis promulgatio. Sic quoque 2 Macc. VI, 23. ἀγία καὶ δευτε-

σος νομοθεσία dicitur. Intelligendum est igitur *integrum legum Systema*, quum διαθήκαι tantum sint decem praecepta tabulis lapideis inscripta. ἡ λατρεία) הַקְּרָבָה, cultus externus Leuiticus, praecipue sacrificia. δι' ἐπαγγελίας) Promissiones Palaestinae et Messiae Patriarchis et Prophetis factae.

5. ὧν οἱ πατέρες) *Quorum maiores sunt Patriarchae*, Abrahamus, Isaacus et Iacobus, aliique, quos Deus singulari amore complexus est, quos Iudaei plus iusto iactabant ad alios. καὶ ἐξ ὧν — σάρκα) *Ex quorum genere natus est Messias quoad humanam originem*. Non secundum τὸ θεῖον, quod in ipso, sed secundum τὸ ἀνθρώπινον. ὁ ὧν — αἰώνως) Post πάντων posito commate, uerte: *Qui idem est dominus rerum omnium, Deus aeternum uenerandus*. Alii iungunt ὁ ὧν ἐπὶ πάντων θεός יהוה יהוה, pro: ὁ ὧν ὁ μέγιστος θεός, *qui idem est Deus summus aeternum, adorandus*. Quum autem Christus nullibi *supremus Deus* nominetur, sed saepius a Deo summo expresse discernatur, 1 Cor. VIII, 6. XV, 27. 28. Eph. I, 22. 1 Tim. II, 5. prior ratio praeferenda uidetur. Additur haec doxologia, ne quasi iniurius in Christum fuisse uideatur Apostolus in commemoranda eius cum Iudaeis cognatione. Veterum et recentiorum interpretatio ea, qua haec uerba ad Patrem referuntur, nec contextui, nec regulis Grammaticis est conueniens. Quodsi enim uera esset, Paulus non ὁ ὧν ἐπὶ πάντων θεός, sed potius ὁ θεός ὁ ὧν ἐπὶ πάντων etc. scripturus fuisset, ut 2 Cor. XI, 31. Istud uero ὁ ὧν, quod h. l. legimus, positum est pro ὁ ἐστίν, ut Io. I, 18. et III, 13. ideoque ad Christum pertinet, de quo antea

dixerat, eum κατὰ σάρκα e Iudaeis ortum esse; iam uero, ne hic subsistant Christiani ex Iudaeis, diuinam Messiae maiestatem addita doxologia celebrat. Nec si post commemoratam Christi Iudaicam originem nihil amplius de eo dicturus erat Apostolus, opus erat τὸ κατὰ σάρκα addere. Syrus habet: *Et ex illis apparuit Messias in carne, qui est Deus super omnia, cui laus et gloria in secula seculorum.* Peruetusta igitur est nostra explicatio, quod etiam ex aliis locis Veterum patet, quamuis alii aliter sint interpretati. Cf. imprimis Ven. Koppe et Noesselt interpret. huius cap. in opusculis eius p. 160. sqq. edit. 2.

6. Ὁυχ οἶον — τῷ Θεῷ) *Neque uero* (iis quae iam propositurus sum) *dico fieri posse, ut a Deo dicta* (promissa Israelitis) *irrita fiant.* Occurrit nunc Paulus Iudaeorum suspicioni, doctrinam de salute omnibus omnino gentibus promissa repugnare auctoritati promissionum, quas Deus Abrahae liberis dederat, atque docet ista beneficia non ad omnes ab Abrahamo ortos pertinere. ἔχ οἶον δὲ) Sc. ἐστὶ, *fieri autem non potest.* Hesychius: οἶον τε, δυνατόν λέγουσι. Ὁυχ οἶον τε ἐστίν, ἢ δυνατόν ἐστίν. Plato Apol. Socr. εἰ τις οἶος τ' εἶη παιδεύειν ἀνθρώπους. Alii ἔχ οἶον ὅτι idem putant esse quod ὡς ὅτι, *quasi*, idque ex populari loquendi usu interpretantur sic: τῷτο δὲ ἢ λέγω ὡς ὅτι ἐκπέπτωκεν. *Glaukt aber ia nicht, dafs darum Gottes Aussprüche unerfüllt bleiben.* ὅτι — Θεῷ) *Vt promissiones diuinae irritae sint.* Ὁ λόγος intelligendus est τῆς παγγελίας, quod u. 9. additur. Ἐκπέπτειν denotat *irritum fieri, euentu carere.* Sic 𐤇𐤑𐤓 2 Reg. X, 10. et aliis locis eodem sensu occurrit. Ouidius Metam. II, 328.

Magnis

Magnis tamen excidit aufis. Dicit Apostolus: Ex eo, quod maxima pars populi Iudaici reicitur, minime sequitur, Deum non stare promissis, Abrahamo de Messia eiusque beneficiis datis. Hoc dicit contra Iudaeos, qui propter praerogativas illas, quas modo commemorauerat Apostolus, etiam nunc sibi promeritum aliquod ius arrogare uolebant, et beneficia in regno Messiae obtinenda sibi solis competere dicebant. Huic falsae persuasioni occurrit Paulus in sequentibus. Bene notant interpretes, non agi hoc loco de *singulorum hominum salute aeterna*, sed de *Iudaicae et aliorum gentium inuitatione ad ueram Messiae religionem.* εἰ γὰρ — Ἰσραὴλ) *Non enim omnes, qui ab Israele genus ducunt, ueri nominis Israëlitae sunt.* Supple: Ergo nec ad omnes posteros Israelis beneficia Messiae pertinent, sed tantum ad eos, qui hoc nomine digni reperiuntur. Hoc dicit contra Iudaeorum sententiam: *se omnes, et solos esse populum Dei.* Οἱ εἰς Ἰσραὴλ, pro: οἱ Ἰσραηλῖται. ἔτσι pro εἰσι, hebr. כהן. In uoce Ἰσραὴλ est emphasis. *Israëlitae ii, ad quos pertinent promissa Dei*, similes Israeli patri fiducia et obsequio in Deum, cuius solius causa Iacobus dicebatur לְאִשְׂרָאֵל. Gen. XXXII, 28.

7. εἰδ' ὅτι — τέκνα) *Neque propterea, quod ab Abrahamo genus ducant, omnes censentur filii*, sc. ad quos beneficia Messiae pertineant. (Τὰ τέκνα sc. τῷ Θεῷ, uel τῆς ἐπαγγελίας, u. 8.) Hoc confirmat Paulus duplici exemplo. Primum est, quod Ismael et filii ex Cethura qui duxerunt genus ab Abrahamo, non iisdem cum Isaaci posteritate iuribus usi sunt. ἀλλ' — σπέρμα) Ἄλλ' concise dictum, pro: ἀλλ' ἑρρέθη, ἔτσι. *Sed dictum est;* (Gen. XXI, 11. 12.) *per*

Isaacum erit tibi posteritas, i. e. Isaacus unice erit, s. habebitur *filius tuus*, in quem unicum conferenda sint beneficia tibi liberisque tuis ante promissa. Hoc exemplo confirmatur: *non a natalibus pendere, ut quis beneficiis a Deo ornatur.*

8. ὁ δὲ τὰ τέκνα — Θεῷ) *Non qui generatione humana sunt filii*, sc. Abrahami, *iidem statim etiam filii Dei censentur*, i. e. a Deo peculiariter diliguntur, uel sunt *filij ueri, iure pleno.* ἀλλὰ — σπέρμα) *Sed ii tantum, qui secundum Dei promissionem nati sunt, censentur pro filiis*, nempe pro ueri nominis filiis Abrahami; tractantur a Deo ut filii. Τέκνον τῆς ἐπαγγελίας h. l. est filius promissus, et ex Dei promissione natus. Σπέρμα κατ' ἐξοχὴν est ea posteritas Abrahami ad quam promissiones pertinent. Sensum bene Ven. Noesseltus exprimit sic: *Filii promissi*, h. e. ii, qui in eo similes sunt Isaaci, ut, quemadmodum is praeter naturae uim, solius diuinae promissionis uirtute, Abrahamo atque Sarae natus erat, iam per aetatis imbecillitatem uiribus ad procreandam sobolem destitutis, sic isti diuina prorsus uirtute gignantur, atque a Deo nati, et Abrahami, tanquam spiritualis patris sui, fide moribusque similes existant, (Io. I, 12. 13.) isti demum λογίζονται εἰς σπέρμα s. *tanquam ueri Abrahae filii habentur.*

9. ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος ἔστος) *Promissionis enim erat formula*, Gen. XVIII, 10. Recte monet Koppius, uoci ἐπαγγελίας paullisper tono esse inhaerendum, non uoci ἔστος, quae etiam hic ex hebr. נִיב pro uerbo substantiuo עָשָׂה est accipienda. Ipsa uerba promissionis affert Paulus, ut ueritas huius rei, de qua haecenus disputauerat, pateat.

κατὰ — ἰδὲ) *Circa hoc tempus ueniam, et Sarae erit filius.* Dicitur uero Deus ad homines uenire, quando in eo est, ut insignia illis beneficia tribuat, ut Zach. IX, 9. coll. Matth. XXI, 5. Ergo Isaacus non naturalibus uiribus Abrahami et Sarae natus est, sed ui promissiuus diuinae. Ita etiam Christiani nascuntur non naturae uiribus, sed ui diuina, et intercedente promisso, quod sibi applicant.

ΙΟ. ἢ μόνον δέ) Sc. τὸτο ἔτος ἔχει, uel: Σάρρα δεικνύσι τὸτο, *neque uero Sarae, unicum exemplum est, quod haec doceat.* ἀλλὰ καὶ ρεβέκκα) Sc. idem nos docet, Deum in benefaciendo non respicere ortum ex his uel illis parentibus, uel ἔπαθῃ τὸ αὐτὸ, Rebeccae etiam accidit, ut non uterque, sed unus tantum filius eius singularibus beneficiis diuinis bearetur. Afferit historiam *Esau* et *Iacobi*, qui quamuis fratres germani et gemini essent, tamen ideo non iisdem iuribus usi sunt; *Esauus* enim, quamuis primogenitus, tamen Iacobe postpositus est u. 12. 13. Hoc *alterum* exemplum subiungit Paulus ideo, quod Iudaei obuertere poterant, causam, cur unus Isaacus legitimus Abrahami haeres fuerit, in eo positam fuisse, quod diuersi isti Abrahamae liberi nec ab eadem matre editi, nec eiusdem uirtutis fuissent. ἐξ ἑνὸς — πατρὸς ἡμῶν) *Quae grauida facta erat ex uno Isaaco, patre nostro.* Κόιτη, respondens hebr. משכב et שכבת primo sensu est *cubile*, deinde per metonymiam adiuncti σμυνῶς sic exprimitur *concupitus*; deinde per longius euntem figuram *conceptio*, quod inde patet, quia additur ἐξ ἑνὸς, et *concupere ex aliquo* dicitur.

ΙΙ. μήπω — κἀν) *Τί ἀγαθὸν ἢ κἀν, וְטוֹב וְרַע* ex Hebraismo est *nihil plane.* De absoluto decreto Dei ad aeternam

nam

nam salutem uel condemnationem, ut multi post Augustinum existimarunt, h. l. non esse sermonem, ex contextu et ipso sensu uerborum satis patet. Addita haec sunt eo potius consilio, ut obiectioni Iudaeorum, Esauum improbum, huiusque improbitatis causa a Deo reiectum fuisse, locus omnis praeccluderetur. *ἢ κατ' — μέν)* Sensus est: *ut apparet, nihil unquam hominis merito, sed omnia tribuenda esse gratiae diuinae.* *ἢ* est ἀποδεικτικόν, zum Beuueise dass. Πρὸς θεοῖς, propositum, uoluntas, deinde in specie benigna uoluntas, siue benignitas. Ἐκλογὴ, electio, libertas. Κατὰ h. l. elegantem periphrasin facit Adiectiuum, ut ἢ κατ' ἐκλογὴν τῷ θεῷ πρόσθετος sit *benignitas libera*, ut infra X, 2. ζῆλος κατ' ἐπίγνωσιν, *Zelus prudens*, XI, 21. δι κατὰ φύσιν κλάδοι, *naturales rami.* Μένη, pro ἀεὶ γένηται. ἢ ἐξ — καλῶντος) *Non ex merito, sed ex benignitate largientis.* Nam καλεῖν h. l. intelligendum de effectu uocandi, i. e. collatione beneficiorum. Sensus igitur est: Deum ex libera benignitate, non habita ratione dignitatis uel praestantiae cuiusdam externae in Iacobo et Esauo, illi maiora beneficia decreuisse, quam huic.

12. ἰββέθη — ἐλάσσονι) Gen. XXV, 23. Iacobum respectu Esauī dici ἐλάσσονα, eo sensu, ut sit *iunior* respectu primogeniti, omnibus facile patet. Itaque Iacobus a Philone et Iosepho dicitur νεώτερος, *natu minor.* Sub parentum designatione intelligi hic populos, posteros nempe Esauī et Iacobi, apparet ex iis, quae loco Geneseos cit. praecesserant: שני גוים כבטנך, ut recte percepit *Iosephus* Antiqq. XIII, 9. 1. Quod effectum euentu est confirmatum. Nam *Dauides* primus *Idumaeos*, i. e. posteros Esauī in seruitutem

uitutem redegit, 2 Sam. VIII, 14. Quumque ingum *Ioram*o regnante excussissent, 2 Reg. VIII, 20. 22. tempore *Maccabaeorum* iterum uicti sunt, 1 Macc. X, 27. 31. Tandemque *Hyrchanus* eos omnino debellauit, ut nos docet *Iosephus* l. c. Haec igitur, quae Paulus ex historia liberorum *Isaaci* colligit, continent hanc doctrinam: Deum, qui singularia beneficia in hanc illamue gentem conferat, nullo modo id facere coactum quasi moribus uel meritis istiusmodi gentis, sed motum rationibus ex se ipso suaque liberalitate unice ductis.

13. καθὼς γέγραπται) Mal. I, 2. 3. Est et hic ellipsis. Plena sententia: Quod uaticinium reuera impletum est, ut scriptum reperimus a *Malachia*. τὸν Ἰακώβ — ἐμίσησα) *Praetuli Israelitas Idumaeis*. Nam et hic *Iacobus* et *Esauus* pro posteris utriusque. *Μισεῖν* uero ad imitationem hebraici נִשָּׂא ponitur, quod non semper *odisse* notat, sed etiam interdum *minus benigne tractare, postponere*. Gen. XXIX, 31. Luc. XIV, 26, coll. Matth. X, 37. Deus enim posteris *Iacobi* terram patriarchis promissam et sacra externa concessit, non aequae *Idumaeis*. Itaque uerba dicti nostri de utriusque populi conditione externa tantum capienda sunt.

14. μή ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ;) *Num iniuste Deus agit?* si nempe *Iacobo* eiusque posteris non propter uirtutis praestantiam, aliaque merita, sed libera et gratuita benignitate commotus fauit? *Iudaeum* inducit disputantem atque pugnantem ita, ut doctrinam Pauli summa Deum iniuria afficere doceat. Hanc sententiam, Deum iniuste agere, uerbis μή γένοιτο repellit tanquam insanam et uiro bono indignam.

In tota hac Apostoli disputatione notandum est, agere eum cum hominibus *superbis, hypocritis*, suamque dignitatem non ex verae uirtutis studio, sed externarum rerum uanitate mentientibus. Contra hos initio potestatem et ius Dei ita defendit, ut iis opportune phrasibus utatur, quibus ante hac in disciplina Pharisaica uidetur assuetus fuisse. Non tenetur Deus rationem reddere hominibus, cur sic uel aliter agat. Iam duos V. T. locos subiicit Apostolus, *unum*, ut declaret Deum ipsum de se confirmasse, quod *in beneficiis conferendis* plane agat ex arbitrio, u. 15. 16. *alterum*, ut etiam Deum se *in seueritate adbibenda* plane liberum confidentem ostendat.

15. τῷ γὰρ Μωσῆ λέγει) Exod. XXXIII, 19. Dixit uero Deus haec, quum Moses rogaret, ut Deus se ipsi manifestaret, in signum futuri fauoris. Est igitur h. l. sermo de eximio quodam et plane extraordinario beneficio, cuius non quibuslibet homo fieri potest particeps. ἐλεῖω — δικαίῳ) *Libere unicuique, et pro arbitrio benigne facio.* Ἐλεῖω et δικαίῳ, quemadmodum hebr. יָנַח et יָנַח significatione parum uel nihil differunt; nam utrumque uerbum saepe significat, *libere, pro arbitrio hominibus beneficia tribuere, benigne facere.* Solent sic loqui Domini et Reges, quoties constitutionis suae causas nolunt reddere, etiam si aliquas habeant. Idem Deus summo iure facere potest, in beneficiis suis elargiendis aut negandis. Scriptor libri *de uita et morte Moysi* uerba *Exodi* ita explicat: *Nemini quicquam debeo, gratis do mea.* Non autem affert haec Apostolus, quasi suae disputationis, de qua egit haec tenus, rationes aliquas reddere non possit, (nam et reddet aliquas,) sed

sed quod prius quam eo ueniat, edomare uelit contradic-
toris audaciam. Etiam de principibus dicunt Politici: Non
esse nostrum aestimare, quem supra ceteros, et quibus de
canis extollant; summum illis datum esse rerum arbitrium,
subditis obsequii gloriam relictam.

16. ἀρα — θεῶ) Ego (quod attinet beneficia extra-
ordinaria,) *hominum studiis nihil efficitur, sed omnia a be-
nignitate diuina pendent.* Vti non Esāuus, qui cupiebat,
quique post praedam currebat, sed Iacobus, inuitus fere,
et aegre matri parens, benedictionem paternam obtinuit: ita
nunc non Iudaei currentes 31. et cerimonias obseruantes,
sed gentes comm. 30. obtinent Dei fauorem. Ex quo
tamen non sequitur, plane superfluum esse, ut homo ipse
agar, uiribusque diuinitus concessis utatur, sed hoc tantum,
uirium usum *solum* non sufficere ad id, ut quis uoto suo
potiatur, sed unice hoc a gratia et benignitate diuina pen-
dere. Τρέχειν, *currere*, per Metaph. *expetere*, sensu
non differt a θέλειν, nisi quod intentius studium indicat.

17. λέγει — φαραῶ) i. e. in sacra Scriptura dicitur
Pharaoni. Locus est Exod. IX, 16. γὰρ, *uicissim*. Affert
nunc Paulus exemplum contrarium hominis, quem Deus gra-
uius puniuit quam alios malos homines, et quidem libera
sua uoluntate, et ex sapientissimis causis, maximam partem
ignotis. ὅτι εἰς αὐτὸ τῶτο ἐξήγειρά σε) *Propterea te ex-
citauit*, i. e. *regem constituit*. Ἐξήγειρα respondet hebraico
קִיְיַמְתִּיךָ, quod recte LXX h. l. uertunt: διετηρήθης, *con-
seruatus es*, quem significatum occurrentem etiam Exod.
XXI, 21. Ierem. XXXII, 14. nonnulli hic etiam retinent
et uertunt: *seruauit te superstitem, morti te non tradidi.*

Alii uertunt: *Excitauit te*. Prouidentia nempe diuina factum est, ut tum, quum Israelitae ex Aegypto educendi essent, non alius Rex, quam ille ipse Phraeo imperium teneret. Potuisset alius, mitiori ingenio praeditus, tum temporis esse Rex Aegypti; Pharaone priuatam uitam agente. Sed Deus hunc, non alium, uoluit Regem esse, quia praeuidit, eum factis suis occasionem daturum, ut multis miraculis diuina gloria et potentia maxime illustris fieret. *δπως — πάτη τῆ γῆ*) *Nomen meum*, i. e. gloria et maiestas mea, □Ω. Multis prodigijs et miraculis opus erat, ut frangeretur Pharaonis malitia, nolentis promittere exitum Israelitarum ex Aegypto, quod maximam gloriam Deo peperit.

18. *ἀρα ἔν — σκληρύνει*) *Ergo pro suo arbitrio hunc benigne, illum minus benigne, uel duriter tractat*. τῷ σκληρύνειν opponitur ἐλεεῖν, quod quam sit libere, pro arbitrio benefacere, lex oppositionis efflagitat, ut σκληρύνειν sit minus benigne, duriter tractare, quemadmodum hebr. הַשִּׁקָה siue potius in Hiph. הִשְׁקָה, Iob. XXXIX, 19. 2 Paralip. X, 14. Itaque Paulus uerbo σκληρύνειν h. l. utitur alio significato, quam occurrit Exod. III, 3. X, 27. XI, 10. Nam apud Mosen Deus σκληρύνει τὴν καρδίαν Φαραώ, i. e. indurescere patitur animum Pharaonis. Potest tamen hoc etiam loco retineri usitata phraseos significatio, ob uersum proxime sequentem 19. qui sensu carere uidetur, si τί ἐτι μέμφεται, non ad animi obstinationem refertur. Tum uero phrasis: *obstinatum aliquem reddere*, populariter est intelligenda, nec ad philosophicam ἀκριβείαν exigenda. Licet nempe praeuideret Deus, longa patientia et inhibitione poenarum
Phraeo-

Pharaonem peiorem redditum iri, tamen subinde noua lenitatis suae, erga eum dedit documenta; quo factō obstinatio redditus est eius animus, ut solent morosi ingenii homines, qui nec bonitate nec seueritate molliri se patiuntur. Ita filius degener et uerberibus inflētis irritatur, et indulgentia patris fit segnior; unde oriuntur querelae: ego indulgentia mea filium perdidī et uerberibus malitiam non excussi, sed incussi. Quum igitur Deus obstinatum reddidisse Pharaonem dicitur, id minime ita intelligendum est, ac si hominis libertatem sustulisset, sed quod eum in uira conferuando, occasionem ei dedit, pertinaciam suam factis demonstrandi, et tandem post multa patientiae documenta non clam et tanquam in carcere occidit, sed tanquam in theatro totius mundi, ut supplicium eius esset illustrius, et ad terrorum aliis incutiendum aptius.

19. ἔρωτες ἔν μοι) Nouae obiectioni occurrit Paulus. Dicere nempe aliquis poterat, non consentaneum esse uel benignitati uel iustitiae Dei, quod eos obiurget atque reprehendat, qui male agant, quum tamen aliter quam Deus illud decreto suo firmasset, uiuere ac agere non possent. Quamquam haec conclusio legitime e Pauli doctrina duci non poterat, erat tamen necesse, ut ille omnem Iudaeis elabendi atque contra dicendi opportunitatem eriperet. Pergit igitur: ἔρωτες ἔν — ἀνθέκην;) *Dices igitur mihi: quid est igitur quod Deus succenseat nobis, quem enim, (si tua disciplina probatur,) reperias qui Dei resistere uoluntati queat?* τί ἐτι μέμφοται;) Si ita est, ut tu ducis; si Deus ipse est ὁ σκληρόντων, si ipse pro suo arbitrio uel lenitatem uel seueritatem exercet; quo igitur iure nos incusauerit incredulitatis et inobe-

dientiae? τῷ γὰρ — ἀνθέστηκε;) *Quis enim possit eius voluntati obstare?* Indicativus ponitur pro Subiunctivo, et praeteritum pro quovis tempore, quasi dicat: τίς ἀνθεστί; Hanc obiectionem refutat Paulus duplitter; *primum* sic, ut doceat, non esse hominum examinare mores Dei atque reprehendere uelle u. 20. 21. *deinde*, ut iis etiam hoc permittatur iudicium, tamen Deum non temere aut contra rectam rationem agere, sed plane sapienter et summis suis uirtutibus declarandis accommodate u. 22. 23.

20. μὲν γὰρ, ᾧ ἀνθρωπῶν) *Atqui, o tu!* Sunt uerba corrigentis sermonem alterius, ut infra X, 18. Luc. XI, 28. οὐ τίς — θεῶν) *Quo tandem iure tu audes cum Deo altercari?* Humanam imbecillitatem non decet cum Deo disceptare, ac ueluti causas ex eo quaerere, cur hoc uel illud faciat? Non dicit Apostolus, Deum sine iustis causis aliquid agere, quod profecto numine sapientissimo esset indignum; sed hoc tantum uult, temeritatis esse, si homo sibi praesumat, has causas diligentius quam par est, exquirere, et si non datum fuerit, eas penitus cognoscere, eum reprehendere, uel cum eo disceptare, quasi iniuste egisset. μή ἐρεῖ — ἔτι;) *Num dicet figmentum (uel opus figlinum,) ei, qui finxit, cur me sic tractasti?* Sumtum hoc ex usu, Ies. XXIX, 16. XLV, 9. Nihil autem aliud indicat, quam non debere homines reprehendere facta Dei, opificis sui. Ποιῶν pro Dativo habet Accusatiuum in hoc sensu ut Matth. V, 44.

21. ἢ ἐκ — πηλῶ) *Nonne figulus potestatem habet in lutum?* Nonne pro arbitrio suo uti potest luto? Refero nempe cum aliis τῷ πηλῶ ad ἔχει ἕξοσιαν. Si autem refertur ad κεκαμμένος, redundat. ἐκ τῷ — ἀτιμίαν) *Ita ut ex eadem*

eadem massa aliud uas ad honestos, aliud ad turpes usus fingere possit? Sap. XV, 7. Ius habet figulus non modo ex eodem luto facere, quae uelit, uasa, sed et facta refingere, et ex esculentis, si uelit, facere matulas. Multo magis Deo competit ius liberrimum in suas creaturas, nec est ullo modo ferendum, si eorum, quae Deus agit, uelimus esse censores ac iudices. Non est hominum, rationem a Deo factorum suorum reddendam postulare. Nam quum homines se ipsos omniaque, quanta quanta sunt bona sua liberalitati diuinae debeant, atque Deo non solum nihil sapientius dici aut fingi possit, sed tanta etiam summae eius sapientiae ac benignitatis in nos documenta extant: quomodo nisi summam per stultitiam et impietatem dubitari potest, quin Deus in constituendis rebus nostris sapientissime nobiscum et clementissime egerit?

22. *εἰ δὲ — ἀπόλειαν;) Quid uero in eo est iniqui, quod Deus, quum uellet ostendere seueritatem, et manifestare potentiam suam, non subito perdidit, sed sustinet et tolerat magna patientia homines puniendos, qui suam sibi perniciem contrahunt! Post repressam superbiam obtrectantium paulatim causas aperit, cur Deus maximam partem populi Iudaici reiciat, et gentes propter fidem in Christum recipiat. Dant nempe Iudaei poenas suorum peccatorum, et uoluntariae incredulitatis. εἰ δὲ (iunge cum ἤνεγκεν,) quid tum! quid in eo est iniqui? θείων ἐνδείξασθαι, pro καίπερ εἶθελε ἐνδ. Simplicior tamen uidetur esse NOESSELTII interpretatio: Quum autem constituisset Deus seueritatem ostendere, et, quantum efficere possit demonstrare, magna cum patientia tulit eos, qui ira se diuina dignos reddiderant, atque sibi ipsi contraxerant mis-*

viani. 'Ει δὲ θέλων, intellige ἤν, pro ἤθελον, ut u. 28. Prima-
ria igitur propositio est in uerbis: ἤνεγκεν — εἰς ἀπώλειαν. Hac
in re Deus duo sibi proposita habuit, unum, quod declaratur in
illis: (u. 22.) uoluit Deus ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν κ. τ. λ. alterum
quod est in his: (u. 23.) καὶ ἵνα γνωρίσῃ — εἰς δόξαν. Illa
ἀνακολληθῆα, s. duplex uerborum structura, quae est in comm.
22. 23. neminem offendet; huius enim exempla et in N. T.
et in profanis Scriptoribus extare, notum est. Τὸ δυνάτουν,
i. e. τὴν δύναμιν. ἠνεγκεν, *tolerauit*, non subito perdidit, sed
diu, ut ad meliorem mentem redirent, expectauit. Σκῆτος,
שֶׁט, *uas, instrumentum*, est h. l. *homo*, cuius ministerio ali-
quid effici potest, ut I Petr. III, 7. ἀσθενέστερον σκῆτος est *per-*
sona muliebris sexus. Ὀργή, *poena*, ut saepius. Itaque
σκεύη ὀργῆς sunt *homines puniendi.* κατηρτισμένα εἰς ἀπώ-
λειαν, *qui suam sibi perniciem contrahunt.* Accipiendum
enim κατηρτισμένα uoce media, s. reciproca, ut Actor.
XIII, 48. Ἀπώλειαν, *omnis generis miseriam et huius et fu-*
turae uitae intelligo, ad quam se composuerant Iudaei. Si
cum aliis uertis: *homines facti ad summam illam perniciem,*
populariter est intelligenda phrasis, pro: *certo et inenitabili*
fato perituri. Io. III, 36. Col. III, 6. Quae causa sit certi
exitus miseri, id non est in formula, sed in re: quia partim
longae uitae multa scelera non deposuerunt, quantumuis Deus
indulserit, partim extare debet luculentum exemplum scelesti,
eiusdemque ob scelera miseri.

23. καὶ ἵνα — εἰς δόξαν) *Itemque (hoc fecit) ut decla-*
raret summam suam beneuolentiam benignitatis suae capa-
cibus, quibus certa et parata erat felicitas, i. e. ad chri-
stianam religionem aditus. Δόξα Θεῷ, *dei maiestas nonnun-*
quam

quam etiam dicitur de singulis attributis diuinis, et hoc quidem loco de *benignitate* diuina, conspicua in conuertendis Ethnicis et Iudaeis. Πάτος τῆς δόξης, i. e. δόξα ὑπερβάλλουσα, *immensa benignitas*. Eph. I, 7. 18. II, 7. Σκεύη ἐλέης hic uocantur Gentiles, et ii ex Iudaeis, qui in Christum erant credituri et opponuntur Iudaeis impiis, quos u. 22. uocauerat σκεύη ἁργῆς. Hos Deus προητόμισεν εἰς δόξαν, *parauit illis felicitatem*, h. e. aditum ad religionem christianam. Causa haec est, quia uoluerat Deus aliquando ex ambobus eundem coetum efficere, neque ab eo semper separatos esse paganos, idque ita euenturum dudum praenunciarat. Vnde quum nunc fieret quod per consilia diuina fieri debebat; quum id, quod iis certum paratumque erat, acciperent, non obsistere debebant Iudaei, Deumque reprehendere, ut sua illi libertas in propaganda religione constaret. -

24. Ἔς καὶ ἐπέλεσεν ἡμᾶς) *Tales* (i. e. tanquam homines bonitatis suae capaces) *inuitauit et nos*. Potest etiam ἔς καὶ positum esse pro διὰ καὶ, ex Apostoli more periodos periodis iungendi per relativa. Ἔς refertur ad σκεύη ἐλέης, u. 23. quasi non σκεύη dixisset, sed ἀνθρώπους. Καλεῖν, ad religionem Christianam adducere. εἰ μόνον — ἐθνῶν) Partim ex Iudaeis, partim ex aliis gentibus, et quidem plures ex aliis gentibus quam ex Iudaeis, quod in sequentibus declarat pluribus.

25. ὡς καὶ ἐν τῷ ὡσηὶ λέγει) Nempe Deus, qui a propheta loquens introducitur. Desumpta sunt haec uerba ex Hof. II, 25. non plane iisdem, uel eodem ordine positis uerbis, sed sensu saluo. Agit autem Hoseas de decem

tribubus, abductis per Assyrios, ex quibus pauci simul cum Iuda et Beniamino erant redituri in patriam, et rursus futuri Dei populus. Non est igitur in his uerbis proprie uaticinium de uocatione gentium, nec Apostolus tanquam uaticinium de hac re adducit hoc dictum; sed est argumentum a pari. Referenda haec sunt ad uerba u. 24. εἰ μόνου ἐξ Ἰσραηλίων. Non est nouum, inquit Paulus, quod nostro tempore fit; nam et alio tempore, simili occasione Deus usus est eadem libertate recipiendi in gratiam, quos olim neglexisset. Iterum nunc fit, quod Hoseas olim dixit, sed modo multo illustriori. καλέσω — λαόν μου) *Eos, qui populus meus non amplius erant, uocabo populum meum, i. e. eos iterum agnoscam pro populo meo.* Nam καλέω saepe est *efficere*. Loqui autem Prophetam de Israelitis decem tribuum, patet ex c. I, 6. 9. Hos Deus, quod Baalis cultui dediti essent, pro filiis suis habere recusauerat. καὶ τὴν — ἡγαπημένην) *Et populum haud dilectum agnoscam pro dilecto populo.* Foemininum usurpatur accommodata ad nomen מְהַרְהַרֵּם quod propheta omissis causa filiae e meretrice susceptae imponere debuerat, quam Deus cum natione Israelitica comparat. Hof. I, 6. II, 6. 7.

26. καὶ ἔσαι — ζῶντος) Ex Hof. II, 1. *Et illo ipso loco (in terra gentilium nempe, ubi dispersi erant,) ubi dictum fuerat illis: uos non estis populus meus, ibidem agnoscentur pro filiis Dei uiui, uel immortalis, quam nempe illis restituet patrias sedes.*

27. Ἠσαΐας — Ἰσραηλ) *Iesaias uero de Israelitis palam pronunciat. Κράζειν hic, ut Io. I, 15. est: palam dicere, s. profiteri. Ἐπὶ, de, ut 2 Cor. I, 6. et aliis locis.*

locis. Quod modo n. 25. de loco Hofeae diximus, hoc idem ualet etiam de hoc loco *Iesaiæ*, qui extat c. X, 22. Agit nempe locus de liberatione Israelitarum ex exilio Assyrio-Babylonico. Quum autem, ut credere fas est, Propheta cum hac liberatione felicitatem per Messiam instaurandam cogitatione coniunxerit, iure etiam Apostolus eo loco uti potuit. ἐὰν ἡ — σωθῆσεται) *Ex innumera populi multitudine reliquiae* (uel pauci) *seruabuntur*. Insignem multitudinem cum arena comparare Profanis etiam est usitatum. Virgil. Georg. II. 105. *Est numerus — quem qui scire uelit, Lybici uelit aequoris idem discere quam multae Zephyro turbentur arenae.* κατάλειμμα latine reliquias uertere possis. Sirac. XLIV, 17. Ingentem uastitiam terrae Iudaeae intulerat *Sennacheribus*. Pauci uero, qui Hierosolyma se recepere, relicti sunt tanquam ex clade superstitites, quos Hebraei רנש dicunt, Graeci interpretes λοιπός, ἐπιλοιπός, λείμμα, κατάλειμμα.

28. λόγον — δικαιουσύνῃ) *Perficiet enim et subito absoluet rem pro ueracitate sua.* Verba Ies. X, 22. hebraice ita sonant: כליון חרוץ שטף צדקה. Sed Paulus sequitur Versionem LXX. interpretum. In nostris uerbis post συντελών suppleri debet: ἐστὶ δὲ κύριος ut Matth. III. et in parallelis, φωνὴ βοῶντος, *adesse uox clamantis*. Verba λόγον συντελών respondent uoci כליון quae quum *consumptionem penitus finitam* notet, pro eo graece positum est: *adesse, qui rem perficiat*, i. e. rem illam de Iudaeorum interuentione. Λόγος, דבר, *res*, et συντελεῖν λόγον, *rem perficere*. Sic Polybius L. IX, c. 37. τῆς δὲ προθέσεως συντελεμένης, *quod inceptum, quum perfecisset*. Συντέμνειν,

consoldere, praecidere, in angustum contrahere, breuiter absoluere, et caussis forensibus, quae celeriter absoluuntur et finiuntur, interdum usurpatur, ut apud Philostr. uit. Apollon. VII, 17. συντετμησονται δι' ἐν τῷ δικαστηρίῳ λόγοι. Sic Dan. IX, 26. πόλεμος συντετμημένος, est bellum decisum. Ἐν δικαιοσύνῃ בְּצַדִּיק, pro ueracitate sua. ὅτι λόγον — γῆς) Rem sic decretam exsequetur Dominus in terra. Eadem cum priori sententia, aliis tantum uerbis expressa. Ὅτι hebr. כִּי redundat, uel uertendum: utique, profecto.

29. καὶ καθὼς προείρηκεν ἡσαίας) Perfectum hic est pro plusquamperfecto, more Hebraeo; uult enim dicere: *sicut in prioribus* (c. I, 9.) *dixerat Iesaias.* Alius eiusdem argumenti locus, docens, singulari Dei benignitati tribuendum esse, quod pars saltem aliqua felicitate diuinitus promissa potiat. εἰ μὴ — σπέρμα) *Nisi Iehoua omnipotens nobis reliquisset paucos.* Κύριος σαβαὼθ, pro hebr. יהוה צבאות *Deus omnium creaturarum.* LXX interpretes in libro I. Samuelis et in Iesàia pro צבאות retinuerunt σαβαὼθ, in reliquis libris habent παντοκράτωρ, Pro σπέρμα in hebraico textu Iesàiae est שריד, *reliquiae,* idem quod κατάλειμμα, ut recte obseruat THEODORETUS, *pauci superstites, seminum instar, quae ad sementem seruantur, unde noua messis exspectatur.* Loquitur autem ibi propheta de uastitate et occidione sub Achafo facta per Assyriorum regem, quo tempore Deus paucos, si cum ceteris conferas, Hierosolymis conclusos, seruauit, unde iterum cresceret populus. ὡς Σόδομα — ὠμοιώθημεν) *Sodomitis et Gomorraeis similes facti essemus, e quibus nemo superstes mansit; ὡς Γομορρα hic positum pro Datio*

Γομορρα,

Γομοββ, הַרְבֵּעַ, ut Hof. IV, 6. Ezech. XXXII, 2. Hic Iesaiæ locus non est uaticinium de rebus N. T. sed ab Apostolo positus ideo, quod satis declaret, non esse quod Iudæi tam iactarent Dei benevolentiam in omnes eos, qui se Iudæos profiterentur; neque enim hos caros esse Deo uniuersos, sed exosos potius et internecioni quasi datos, nisi proborum hominum pietas seueritatem Dei quodam modo retardaret.

30. τί ἐν — πίζεως) *Quid inde sequitur? Gentiles non appetentes præmium, accipiunt præmium, sed propter fidem consequuntur.* Ex hætenus dictis infert Apostolus, non iniquum uideri posse, si, reiectis Iudæis incredulis, Ethnici ad religionem Christi inuitentur. Ἐθνη, sine articulo, *multi gentiles.* Δικαιοσύνη, (c. I, 17.) *præmium, felicitas in regno Messiae exspectanda.* Διώκειν, i. ε. ζητεῖν, *studiose quaerere.* Κατάλαβε, pro præsentī: καταλαμβάνει. Δικαιοσύνη ἢ ἐκ πίζεως, sc. δοθεῖσα. Πίζε, h. l. est firma persuasio, Iesum esse Messiam, et ab eo omnem felicitatem esse exspectandam. Vult autem dicere Apostolus, gentiles, uacuos ab isto fastu Iudæorum, qui in se suoque studio ponent omnia, illud beneficium gratis sibi oblatum, libenter accepisse, Iudæos autem fastu suo impeditos esse, quo minus spem benevolentiae diuinæ consequendae factam per Euangelium, admitterent.

31. Ἰσραὴλ — ἰφθασε) *Israelitæ autem eo quod tenentur studio legis (alicuius) a cuius obseruatione sibi præmium promittunt, non capiunt fructum eius legis, (doctrinae,) quæ ueram felicitatem offert.* Νόμος in priori membro est lex Mosaïca, cuius obseruatione Iudæi fauorem Dei et

praemia se consequi posse putabant; in altero membro est *doctrina Christi*, noua lex, quae nobis ueram felicitatem offert. Νόμος, quandoque de quacunque doctrina dicitur. Vid. supra III, 27. Iac. I, 25. Quoad totam sententiam cf. infra X, 3.

32. διὰ τῆς) *Quare?* sc. non consequuntur felicitatem. ὅτι ἐκ — νόμου) *Quia non per fidem, sed per obseruationem legis* (Mosaicae) consequi uolunt, nimirum per ritus lege praescriptos, ueluti per *circumcisionem*, Rom. IV, 11. 2. sacrificia, ciborum discrimina, et alia similia *δικαιώματα σαρκός*. προσέκοφαν — προσκόμματος) *Impegerunt enim in saxum illud, in quod multi impingunt*, i. e. offensi sunt et offenduntur Messiae humilitate. Solent, qui iter faciunt, interdum in lapides impingere, et pedes laedere, ac sic impediri, ne iter prosequantur. Sic ergo quidam προσκόπτεισι τῷ λόγῳ, I Pet. II, 8. Quod Petrus ibi dicit de Euangelio, id hic Paulus de Christo, quia idem est Christus praedicatus et Euangelium; et considerandus hic Christus eiusque doctrina simul cum sua cruce. Hoc enim est, quod Iudaeos plerosque offendebat. Haec autem est ratio, cur Iudaeos excludat Deus a felicitate regni Christi. καθὼς γέγραπται) Coniunxit Apostolus duo loca Alexandrinae uersionis, Ies. XXVIII, 16. VIII, 14. in quibus praedixerunt Prophetae, religioni Messiae a multis Iudaeis negatum iri fidem.

33. ἰδὲ τῆς) — σκανδάλης) *Ecce ego fundamenti loco in Sione ponam saxum, in quod multi impingent, rupem in qua multi labentur. Iarchius in locum Iesaiæ: Decretum coram me factum est, et constitui Regem, Messiam,*

ut

ut ille sit in Sione lapis munitiois: istud enim בֹּרֶךְ significat מִצְרָה, i. e. munitioem et firmitatem etc. Cf. Luc. II, 34. Iudaeis pharisaica doctrina imbutis, σκάνδαλον erat patria Christi, humilitas, mors, atque imprimis crucifixio. καὶ πᾶς — καταισχυθήσεται) Quicumque uero ei confisus fuerit, spe sua non frustrabitur. Ies. XXVIII, 16. pro לֹא יִחַי לֹא nonnulli legendum esse existimant לֹא יָבִישׁ. Sed שָׁחַח, cui plerumque festinandi potestas subiici solet, habet etiam timendi et erubescendi notionem, certe in cognata lingua arabica. Sensus huius loci est: Qui Christo non credunt, eos inpediri, ne uiam insistant, quae ad ueram iustitiam ducit. Qui uero ei credunt, eos nequiquam falli, sed quod cupiunt, adepturos. Καταισχυθήσεται est falli, ut Rom. V, 5.

CAP. X.

1. Ἡμῶν — σωτηρίαν) Equidem ex animo exopto et precor, ut Deus Israelitas salutis participes reddere uelit. Opto illis bona omnia, etiam aeterna. Ἐυδοκία, uoluntas, animus quam maxime beneuolus, desiderium. Pergit Apostolus exponere causas, cur tanta Iudaeorum multitudo a societate regni Messiani excludatur. Ne autem Iudaeo-Christiani crederent, ex odio haec a se dici, amorem suum in eos iterum profitetur.

2. μαρτυρῶ — ἔχουσιν) Testor enim iis, quod studium erga Deum habent. Sic Io. II, 17. ζῆλος τῆς δίκης σου. Cf. Act. XXII, 3. Gal. I, 14. Studium erga Deum, i. e. in leges Moisaicas; has enim non sine Dei ipsius contemptu a Christianis negligi existimabant. ἄλλ' ἔ κατ' ἐπίγνωσιν)

Sed

Sed non coniunctum cum uera Dei cognitione. Ἐπίγνωσις idem quod γνώσις. Vel κατὰ hic ut supra c. IX, II. facit periphrasin Adiectiui: *Zelus imprudens.* Errabant nimirum Iudaei, tum in legum Mosaicarum consilio, tum in bonorum operum suorum, quibus gloriabantur, dignitate et pretio rite constituendo.

3. ἀγνοῦντες — δικαιοσύνην) *Quum enim non rite intelligant, quae sit ea iustitia, quae Deo probetur, i. e. quum non intelligant modum consequendi fauoris diuini.* Ἀγνοεῖν non solum denotat ignorare, sed et non rite rem intelligere, ut Marc. IX, 32. καὶ τὴν ἰδίαν — σῆσαι) *Suamque propriam probitatem stabilire studeant, i. e. se iam satis pios esse putent propter rituum obseruationem.* Ἰσάνααι ἡδύνη, h. l. ualere facere, geltend machen. τῇ δικαιοσύνῃ τῆς Θεοῦ ἔχ' ὑπετάγησαν) Est hic forma passiuæ pro reciproca; Niphal, ut Hebraei loquuntur, pro Hithpaël. *Viam non ineunt, per quam beneuolentia diuina comparari possit, fidem scilicet. Non obsequuntur, non accommodant se doctrinae quae est tanquam regula et lex proposita.* Supra c. VI, 17.

4. τέλος γὰρ νόμου χριστός) Τέλος uarie explicatur. Secundum nonnullos est *finis*, ad quem quis contendit, quem attingere uult, ut sensus sit, Christum per legem Mosaicam obumbratum fuisse, et legem nunc cessare, quum Christus apparuit, Gal. III, 24. Alii explicant: *Quod lex non poterat, id Christus effecit, et praestitit.* Eleganter enim uaticinia dicuntur τέλος ἔχειν, quum implentur, Ioseph. Antiq. II, 5, 3. et IV, 6, 5. Facilior tamen ratio est, si dicas, populariter dictum esse, pro χριστός τέλος ἔφερε τῷ νόμῳ
i. e.

i. e. κατήργησε τὸν νόμον. Quicquid fit, semper erit sensus, non amplius opus esse lege Mosaica, eiusque obseruatione, quam Christus apparuit. εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πισεύοντι) *Vt iustus habeatur* (adeoque fauore Dei fruatur) *omnis in eum credens*. Hic est cardo totius huius disputationis, ostendere, non obseruatione legis Mosaicae, sed potius per fidem in Christum nos fieri Deo gratos acceptosque.

5. Μωσῆς γὰρ — νόμος) *Moses quidem ita describit felicitatem obseruatione legis comparandam*. Ἐράφειν h. l. est describere. Verba Mosis autem extant Leuit. XVIII, 5. ὅτι ὁ ποιήσας — αὐτοῖς) *Quicumque ea* (praecepta legis) *seruauerit, uiuet, i. e. felix erit per ea*. Videtur in his uerbis esse obiectio Iudaei, prouocantis ad Mosen ipsum. *Nonne uero ipse Moses dicit, obseruatione legis felices reddi homines?* Respondet Paulus u. 6-11. hoc esse quidem uerum, sed nunc ostendi faciliorem uiam ad salutem perueniendi. Quamdiu ualebat legum Mosaicarum auctoritas, utique iis diligenter obseruandis salutem consequentur homines; nunc uero, abrogatis his legibus per Christum *fides* requiritur. Bene tamen cohaerent omnia, si uerba haec Pauli esse dicamus, non aduerfarii.

6. ἡ δὲ ἐκ — λέγει) Facile apparet, Paulum haec uerba non ita afferre, quasi Moses de iustitia per fidem locutus sit; nam λέγει non Μωσῆς, sed ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη. Est igitur prosopopoeia, qua ea integritas et innocentia, quae per fidem in Christum comparatur, loquens introducitur. Sensus igitur est: de ea ratione ad innocentiam et ad fauorem Dei perueniendi, quam Euangelium commen-

commendet, maiori iure ualere, quod Moses de sua lege affirmauerit Deut. XXX, 11-14. μη εἰπης — καταγαγεῖν) *Noli cogitare, quis ascendet in coelum, ut nempe Christum deducat?* Sensus est: *Noli dubitare de descensu filii Dei in terras.* Sunt nempe haec uerba dubitantis de ueritate, quam Christiani profitentur, Christum descendisse e coelis. Solent, qui rem perquam difficilem uolunt significare, uti similitudine adscensus in coelum, et descensus ad inferos. *Baua Mezia* f. 94. I. Si quis dixerit mulieri, si ascenderis in firmamentum, aut descenderis in abyssum, eris mihi desponsata — haec conditio frustranea est. Ceterum Paulus non argumentatur e uerbis Moſis, sed phrasibus tantum nonnullis ad rem suam utitur. Admonet Moſes Israelitas, cognitionem legum diuinarum non esse acquiritu difficilem, ut ad eas tenendas opus fit peregrinatione in diſſitas terrarum regiones. Hoc etiam de ueritate, Christum de coelo descendisse, ualere, dicit Paulus. Τὴν εἰς uerte: *nimirum, nempe.*

7. τίς καταβήσεται — ἀναγαγεῖν;) *Quis descendet in orcum, ut nimirum Christum ex mortuis adducat?* Sunt uerba dubitantis de ueritate resurrectionis Christi ex mortuis; dicentis quasi: *ſi ipse meis oculis uidiffem Christum e mortuis in uitam redeuntem, tum crederem.* Pro uerbis εἰς τὴν ἄβυσσον; in Graeco LXX. interpretum est: εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης. Sed Paulus accommodate ad suam ſententiam uſus est uoce ἄβυσσος, quae hoc loco idem denotat quod **הַיָּם** *orcus*, fedes mortuorum, quae uulgo *coelo* opponi solet. De hac ueritate, Christum resurrexiffe ex mortuis, Paulus inquit, non opus esse nos laborare:

horare: rem iam in se esse certam, et firmissimis argumentis demonstratam, et multo esse facilius, iucundiusque fide in Christum adipisci Dei fauorem, quam obseruatione legis Mosaicae. Nam quae ad salutem nostram necessaria erant, Deus iam praestitit: ille Christum ex inferis eduxit, et in coelo collocauit. Sic olim interpretatus sum hunc locum. Nunc autem faciliorem modum putauerim, si τὸν χριστὸν in utroque comm. 6. 7. intelligamus *doctrinam Christi*, ut supra c. VIII, 10. et multis aliis locis. Tum sensus est: *Doctrina nostra de fide non est difficilis intellectu et creditu; cognitio eius non e coelo uel ex inferis accersenda est. Facile se commendat eius ueritas et certitudo cuius homini, praeiudiciis non occupato. Haec interpretatio plane conuenit cum u. 8.*

8. ἀλλὰ τί λέγει;) Sc. ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη. Affirmatiue nunc exprimitur sententia u. 6. 7. ἐγγύς σε τὸ ῥῆμά ἐστιν) Quod prope est, facile a nobis potest cognosci. Sensus igitur est: *Facilis est tibi doctrinae coelestis cognitio, uel certissimis argumentis adeo tibi confirmata, ut dubitare de eius ueritate non possis. ἐν τῷ — καρδίᾳ σου) i. e. ut eam et ore profiteri, et animo credere possis. Ἐν, hebr. ך praefixum pro. τῷ ἐστὶ — κηρύσσουμεν) nempe doctrina quae fidem postulat etc. ῥῆμα, doctrina; τῆς πίστεως, i. e. τῷ πιστευτέον ἐστὶ.*

9. ὅτι — σωθήσῃ) Ὁμολογεῖν ζῴματι prius posuit Apostolus quam πιστεύειν, quia in loco Mosáico, quem sequitur, ζῴματι prius, καρδίᾳ posterius erat. Bene obseruat Ven. Koppius, ex Parallelistini studio sic scripsisse Paulum, et sensum ita esse constituendum, quasi esset: ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ

τῷ σώματι σε, καὶ πίστεύσης ἐν τῇ καρδίᾳ σε, ὅτι Ἰησοῦς εἶσι κύριος, καὶ ὅτι Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. Resurrectionis Christi mentio fit, quia illa est firmissimum argumentum, quo constat, eum esse nostram redemptorem. Quare qui de hac recte sibi persuasum habuerit, non amplius sacrificia et alia opera legis tanquam summa consequendae salutis aeternae praesidia celebrabit, nec eorum obseruatione, ueluti meritis quibusdam suis gloriabitur.

10. καρδίᾳ — δικαιοσύνην) Ἐἰς h. l. denotat causam finalem. *Vt enim* fauoris diuini fiamus participes, *animo est credendum*. Ceterum εἰς δικαιοσύνην et εἰς σωτηρίαν in membro sequenti sunt mere synonyma, et locus sic est construendus: καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται καὶ σώματι ὁμολογεῖται εἰς δικαιοσύνην καὶ σωτηρίαν. Fidem uiuam esse intelligendam per se patet.

11. πᾶς) Cf. supra c. IX, 33. *Omnis*, siue Iudaeus prius fuerit, siue non. Quam uocem Iesaias non habet.

12. ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος πάντων) *Nam communis est Dominus et Deus omnium*, et gentilium et Iudaeorum. Κύριος hoc loco ualet יהוה, pro quo dixit Θεὸς supra III, 29. πλετῶν — αὐτὸν) *Abundans bonitate in omnes eum pie colentes*. Πλετῶν, sc. χάριτι, uel χρηστότητι. Ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεὸν est *Deum pie colere*, hebr. קָרַב יְהוָה אֱלֹהֵינוּ.

13. πᾶς γὰρ — σωθήσεται) Ioel III, 5. *Quicumque Deum pie coluerit, seruabitur*, siue natione sit Iudaeus, siue Graecus.

14. πῶς ἔν — ἐπίστευσαν;) *Quomodo uero eum colent, cui non dederint fidem?* etc. Infert Apostolus ex u. 13. recte Euangelium praedicari et Iudaeis et gentilibus. Deus enim omnibus suis piis cultoribus promisit salutem, siue natione sint Iudaei siue gentiles; ergo etiam omnibus, non habita generis ratione, offerenda est salus, quod fit praedicatione Euangelii. Eleganti forite utitur Apostolus, ab effectis ad causas progrediente, ad confirmandam sententiam, Ethnicis etiam praedicandam esse doctrinam Christi; quod Iudaei negabant. εἰ (pro ὅν, ex graecismo) ἢ κησαν, i. e. περὶ εἰ ἔδὸν ἤκησαν, ἔγνωσαν, quem nesciunt. Κηρύσσειν, i. e. διδάσκειν.

15. πῶς — ἀποσταλῶσι;) Exoptatissima igitur est res, quod doctores Euangelii ad cuiusque generis et conditionis homines mittuntur. καθὼς γέγραπται) Optime huc quadrant uerba Iesaiæ c. LII, 7. ὡς ὄρατοι — ἐρήνην) *Quam iucundi sunt nuncii pacis* uel felicitatis. De hebraismo in hac locutione cf. notata ad Act. V. 9.

16. ἀλλ' εἰ — εὐαγγελίῳ) In parenthesi legendus est hic uersus, uel ita, ut cum praecedente hoc modo cohaereat: Exoptatissimi sunt nuncii Euangelii (permultis sc.) *quamuis non omnes obsequantur* huic doctrinae; quod iam praedixit Iesaias. Ἐπήκησαν pro praesenti ὑπανέσσι. κύριε — ἡμῶν) Ies. LIII, 1. *Domine, quis fidem habet doctrinae nostrae?* Quasi diceret *pauci*. Ἡ ἀκοή, hebr. תשומע, est doctrina, quae auribus percipitur, uel potius publica institutio, quae, audientibus aliis, fieri solet.

17. ἄρα ἢ τίς ἐξ ἀνοήτων) Sc. γίνεται. Ergo ad fidem promouendam opus est institutione publica. ἢ δὲ — Θεῷ) Haec uero institutio esse non potest sine uerbo Dei, s. doctrina a Deo patefacta. Verba διὰ ῥήματος Θεῷ, posita sunt pro: διὰ κηρύγματος τῷ ῥήματος τῷ Θεῷ. Itaque Apostolus denuo muneris Apostolici necessitatem, et doctrinae christianae diuinam auctoritatem asserit contra Iudaeos, qui legi Mosaeicae soli diuinam tribuebant auctoritatem, spreto Euangelio.

18. ἀλλὰ λέγω, μὴ ἐκ ἡμεῶν;) Nunc autem quaero, annon audiuerint doctrinam Euangelii, ii nempe Iudaei, qui non obsequuntur? Hanc excusationem non ualere, statim subiungit uerbis e Ps. XIX, 5. desumptis: μενεγγε — ῥήματα αὐτῶν) Immo uero uox eorum (sc. praeconum Euangelii) in uniuersum orbem exiit, uerbaque eorum usque ad remotissimas regiones. Idem ualet de propagatione Euangelii ad omnes populos, quod Dauides Ps. XIX, 5. de propagatione cognitionis Dei naturalis per solem et sidera cecinit. Quemadmodum nempe astra totum terrarum orbem collustrant, eoque ipso ubique intelligi potest, esse Deum; sic etiam, quum Apostoli in illustrioribus urbibus fuerint, ibique et praedicauerint et miracula fecerint, inde fama rerum tantarum peruenit ad omnes terras alias, idque sufficit. Nam inde sequitur, Iudaeos et gentes potuisse doctrinam Christi cognoscere, si uoluissent. Pro δ φθόγγος αὐτῶν in hebraico textu est קוֹל linea eorum; LXX interpretes autem legisse קוֹל , multorum est sententia. Potuerunt tamen etiam קוֹל interpretari δ φθόγγος αὐτῶν, nam קוֹ denotat etiam neruum sonantem, fides sonoras.

19. ἀλλὰ λέγω, μὴ ἐκ ἔγνων Ἰσραήλ;) Porro quaero: num Israelitae non perspexerunt? Sc. a se ad gentes traductum iri doctrinam de Messia. Potuerant Iudaei obiiicere, se ne diuinando quidem assequi potuisse, si ipsi religionem Messiae recusarent, eandem ad gentes esse transituram. Huic rationi ita occurrit Paulus, ut idem diu a prophetis declaratum fuisse, rursus locis V. T. confirmet. *πρῶτος Μωσῆς λέγει*) Moses, qui Dauidem tempore antecedit, hoc dicit. Deut. XXXII, 21. *Πρῶτος* pro πρότερος, refertur ad praecedens testimonium ex Dauide. Semlerus: *prior*, sc. nobis Apostolis. *ἐγὼ — ἔθνει*) *Ego ad aemulationem prouocabo uos per Non-populum*, i. e. per populum, qui eo nomine non est dignus, quia nullas, aut malas habet leges. *ἐπὶ ἔθνει — ὑμᾶς*) *Per populum impium ad iram prouocabo uos.* ἔθνος ἀσύνετον, hebr. גוי נבל, *gens impia, profana.* Παραζηλώσει et παροργισῶ, hebr. יקנא et יצא, *prouocabo uos ad odium et inuidiam contra gentes, quibus antea non inuidebatis.* Paulus uerba Moſis non citat tanquam uaticinium de uocatione gentium, sed hoc tantum uult, diu praedictum esse, Israelitas non ita esse electos in populum Deo peculiariter proprium, ut aliis gentibus benefacere nolit; fore, ut alii interdum populi longe sint superiores Israelitis, idque iam aliquoties factum, nunc magis quam unquam antea fieri. Factum id erat praecipue in destructione regni Iudaici per Chaldaeos, quam non poterant non Iudaei aegerrime ferre, quippe qui omnes alias nationes longe deteriores iudicabant.

20. Ἥσαίτας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει) i. e. ἀποτολμῶν siue παρρησιάζων λέγει, *dicere audet*, ingenue profitetur, non me-

tuens furorem Iudaeorum, qui hoc tanquam pessimam calumniam in populum Dei dictam interpretari poterant. *εὐρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητῆσιν*) Haec et sequentia uerba defumta sunt ex Ies. LXV, 1. ordine inuerso, et agunt de reprobatione Iudaeorum, in quorum locum aliae gentes sint transiturae. *Cognoscor ab iis, qui me non curabant.* *Εὐρίσκειν τὸν Θεόν* est *Deum cognoscere et colere*, quemadmodum *μὴ ζητεῖν τὸν Θεόν*, Deum non colere, uel curare. *ἐμφανῆς — ἐπερωτῶσι*) *Innotui* (per reuelationem) *non consulentibus me.* *Ἐπερωτῶν*, hebr. **לנש** inprimis de oraculis expetendis dicitur. Potest tamen etiam synonymum esse *τῷ ζητεῖν*, *pie colere Deum.* Tum phrasis *ἐμφανῆς ἐγερόμην* explicanda est: *beneficiis eos excito ad me colendum, mibique obsequendum.*

21. *πρὸς — λέγει*) *De Israelitis uero dicit*, Ies. LXV, 2. *Πρὸς, de, aduersus.* Est oratio exprobrantis, et accusantis populum ob suam in impie agendo pertinaciam. *ἄλην — ἀντιλέγοντα*) *Perpetuo beneuolentiam meam offero populo non obedienti et refractario.* *Extendere manus ad aliquem*, est obuiis ulnis eum aduocare, hinc uero beneficia alicui offerre. *Ἄλην τὴν ἡμέραν, כּל הַיּוֹם* *perpetuo.* Hebraicum **סורר** LXX. interpretes duobus uerbis expresserunt *ἀπειθῶντα καὶ ἀντιλέγοντα*, populum non modo non obedientem, sed et contumaciter se opponentem iussis. Vox *ἀντιλέγειν* apud nostros non de uerbis tantum, sed et de rebus usurpatur. *Luc. II, 34. Act. XIII, 45.*

CAP. XI.

1. Λέγω — λαὸν αὐτοῦ) *Quaero igitur: num Deus populum suum repudiavit?* Posset aliquis hoc intelligere ita, ut putet, ex mea sententia uniuersum populum Iudaicum exclusum esse a beneuolentia diuina et beneficiis Messiae, quod absit! Μὴ γίνοιτο, haec non est mea sententia. Non uniuersam gentem Iudaicam exclusam esse a beneuolentia diuina, ostendit nunc Apostolus, partim propter Christianos e Iudaeis, ut eos de tristissima hac gentis suae conditione lugentes quodammodo erigeret, partim propter Ethnico-Christianos, ut iis Iudaeorum fato insolenter insultantibus omnem fastus superbiaeque materiam praecideret; utrosque uero ad pie adorandam Dei sapientiam et benignitatem excitaret atque compelleret. Ἀποθέρσθαι, *repellere, abii-cere*, deinde uero *negligere, auersari*, quod, quae auersamur, a conspectu nostro soleamus amouere. *Populus oppo-nitur certis quibusdam ciuibus.* καὶ γὰρ — Βενιαμὴν) Quasi dicat, si hoc dicerem, omnes omnino Israelitas Deo exosos, iam et ego sine ulla spe salutis essem, et frustra tanta perpeterer. Sum enim et ego non tantum ex Abrahamo ortus, sed et ex Israele, nempe per *Beniaminum*. Designate originem suam explicat, quo minus de ea dubitetur.

2. ἐκ ἀπόστατο — προέγνω) *Non reiciit Deus populum suum, quem inde a prisco patrum tempore amauit*, et uariis beneficiis exornauit. Προέγνω, ut c. VIII, 29. Potest tamen retineri notio usitata uerbi προγινώσκειν, *praenoscere*. Eos nempe non reiciendos decreuit, quos praenidit credituros esse in Christum. Declarat nempe Apostolus, se hic

non intelligere eum populum Dei, qui genus ducat ab Abrahamo, sed eum, qui fide et moribus imitetur Abrahamum. Hunc populum suum Deus non reiicit, sed perpetuo amat et amabit. Cf. c. IX, 6. (q. ἐν Ἡλίας) *In historia Eliae*, in illa parte libri Regum, qui, quod res Eliae contineret, ideo metonymice de eius nomine appellatur. ὡς — Ἰσραηλ) *Dum Israelitas apud Deum hoc modo accusat.* Sicut ἐντυγχάνειν ὑπὲρ τινος est *negotium alicuius commendare*, intercedere pro aliquo, ita ἐντυγχάνειν κατὰ τινος, est *aliquem accusare.* Participium λέγων quod addunt nonnulli, ab optimis codicibus abest. Quemadmodum olim, inquit, tempore Eliae, numerus Israelitarum, qui a Baalis cultu abstinissent, longe maior erat, quam ipse Propheta crederet, sic etiam nunc satis magnus numerus Iudaeorum feruatur, etiam si paucissimi feruari uideantur.

3. κύρις — ἀπέκτειναν) I Reg. XIX, 10. 14. Ahabus rex, impulsu reginae Isebelis, Sidonia stirpe oriundae multos prophetas interfici iusserat, I Reg. XVIII, 4. 13. καὶ τὰ — κατέσκαψαν) *Et altaria tua diruerunt.* Κατασκάπτειν, *suffodiendo euertere, diruere.* Altaria illa, quae euersa dicuntur, ea erant, quae pii, in decem tribubus in ueri Dei honorem sibi straxerant, ex quo permitti non erant ad templum ire, quo tempore lex de altaribus alibi struendis cessare uidebatur. ζητῶσι τὴν ψυχὴν μου) *Vitam mihi adimere student.* ὧν, ψυχῆ, uita.

4. ὁ χρηματισμὸς) *Monitum, s. oraculum diuinum.* Χρηματίζειν dicitur de omni ratione, qua Deus aliquid hominibus praeter ordinem significat, ut Matth. II, 12. τῇ Βάαλ) i. e. τῇ εἰκόνι τῆ Βάαλ. Existimat tamen *Abarbanel*

bael ad Ierem. XLIV. numen ipsum, quod uocatur *Baal*, utriusque sexus fuisse, solem nempe, מלך, et lunam, מלכת השמים, et illum a uiris, hanc a mulieribus esse cultam.

5. ἔτιως — γέγονεν) *Sic quoque nunc reliquiae, (i. e. pauci) seruantur per gratuitam Dei benignitatem.* Δεῖμα idem denotat, quod κατάλειμμα, supra IX, 27. *pars populi.* Ἐκλογὴ *libertas*, deinde uero *propensa uoluntas, benignitas*, uel quoduis Dei beneficium. Χάρις, unde fluit ἐκλογὴ, est Dei bonitas.

6. εἰ δὲ — ἔργων) *Sin autem ex beneficio (sc. Deus nunc seruat paucos, in Christum credituros) sequitur, id non fieri propter opera, s. ex merito.* ἔτι hic et mox postea abundat. ἐπεὶ — χάρις) *Alioquin beneficium non esset beneficium, sed officium, siue debitum, δφείλημα, c. IV, 4. Γίνεταί, pro ἐστὶ. εἰ δὲ ἐξ ἔργων, ἔκ ἔτι ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον ἔκ ἔτι ἐστὶν ἔργον)* Haec recte desunt in Manuscriptis optimis, nec non in multis Versionibus et Patribus. Ceterum parenthesi includendum est hoc comma; non enim ad uniuersi loci consilium, sed ad solam, quae praecesserat, χάριτος uocem pertinet.

7. τί ἔτι;) *Quid igitur ex haecenus dictis sequitur?* δ ἐπιζητεῖ — ἐπίτευχεν) *Quod maxima pars Israelitarum quaerit, id non consequitur.* Ἰσραῆλ h. l. sunt Iudaei, qui natione et ortu tantum sunt Israelitae, qui autem reiciunt Messiam. Hi quaerebant beneuolentiam diuinam, sed operibus suis, et propriis meritis, supra c. IX, 31. X, 3. proptereaque eam non consecuti sunt. Pro τὸτε plurimi

optimique codices habent τῆτο, quam lectionem Ven. Koppe probans, δ ad Ἰσραήλ refert, quasi esset: Ἰσραήλ δ ἐπιζητεῖ (i. e. τὸ ἐπιζητῆν, κἀπειρ ἐπιζητεῖ) τῆτο ἕκ ἐπίτευχεν, sunt Israelitae, qui magno studio affectant felicitatem in regno Messiae, et tamen non obtinent eam. ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτευχεν) Melior uero eorum pars consequitur, sc. beneuolentiam diuinam, et cum ea coniuncta beneficia diuina. Ἡ ἐκλογὴ, pro ἐκλεκτοῖ, quemadmodum περιτομὴν habuimus supra pro circumcisis. Ἐκλεκτὸν saepe est, quod in re quaque est eximium, selectum, ut Matth. XX, 16. δι δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν) Reliqui se excoecarunt, uel induruerunt, nempe praediciis suis. Πωρόω ducitur uel a πῶρος, callus, denotatque proprie obduξο callo durum reddo, uel a πωρός, coecus, ut Hesychius: ἐπωρώθησαν, ἐτυφλώθησαν, sensu eodem.

8. καθὼς γέγραπται) Deut. XXIX, 3. Ies. XXIX, 10. quae duo dicta commiscet Apostolus. Et nunc plurimos Iudaeos tales esse dicit, quales fuerint olim tempore Moysi et Iesaiæ. ἔδωκεν — κατανώξως) Fieri passus est Deus, ut stupore replerentur, ut omnem sensum boni et iusti amitterent, nec aures praeberent monitis. Istud ἔδωκε, quod e Deuteronomio est, per Hebraismum satis notum nihil aliud denotat, quam Deum hoc fieri passum esse. Πνεῦμα κατανώξως h. l. est animus sopore sepultus, i. e. omnino stupidus et hebes. Apud Iesaiam c. XXIX, 10. הוה תרדמה, quod LXX. uertunt πνεῦμα κατανώξως. Quanquam enim κατάνυξις graece compunctionem denotat, a κατανώσσω, pungo; Hellenistae tamen huic uocabulo soporis potestatem subiecerunt, quasi a κατανωσάζω dormito repetissent;

sent; quare etiam Pf. IV, 5. καταύσσειν ipsis est idem, quod καταυρᾶζειν, dormire. Est igitur *spiritus soporis* hebraico more *spiritus sapiens*, vel *animus sopore sepultus*, eine fühllose Seele. ὀφθαλμῶς — ἀκίειν) Deut. XXIX, 4. Ies. VI, 10. Est hebraica phrasis, pro: ὀφθαλμῶς τῆς ἀβλεψίας, i. e. ἔδεν βλέποντας, τυφλῶς, et ὅσα τῆ μὴ ἀκίειν, ἤγυν τῆς ἀκηκοίας, i. e. ἀνήκοα. Nec oculis nec auribus recte uti uolunt. Non desunt media salutis, sed respuunt ea scientes uolentesque. ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας) Addidit haec Paulus, quia istas Prophetarum querelas ad sua etiam tempora accommodari uoluit.

9. καὶ Δαβὶδ λέγει — σκάνδαλον) Pf. LXIX, 23. Commode transfert Apostolus ad uitam Christi haec uerba, quibus Poeta afflictus hostibus mala imprecatur. Sensus est: *Inter conuiuia laeta calamitas et miseria eueniat ipsis. Callidissima eorum consilia irrita fiant, et poenas luant iniuriae mihi infligtae.* Paulus, ut solent, qui memoriter aliquid citant, sensum bene expressit, et uerba pleraque, non tamen scrupulose. ἡ τράπεζα αὐτῶν, *conuiuium ipsorum.* Τράπεζα per meton. *cibus*, qui mensae imponitur, et *conuiuium ipsum*, s. *conuictus.* Secundum nonnullorum sententiam haec uerba intelligenda sunt de festo paschatos et sacrificio agni. Quum enim ad pascha celebrandum circa finem belli Iudaici, sub Tito, ingens Iudaeorum multitudo undique Hierosolyma conuenisset, mirandam prorsus atque omnino stupendam cladem experta est, qua poenas dedit Deo ob interfectum olim ipso paschatis tempore Messiam. Ioseph. B. I. VI, 9, 3. Sed hoc est nimis longe quaesitum. Ad Pauli consilium haec tantum

pertinebant: σκοτισθήτωσαν δι' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, cetera uero addita esse uidentur ab Apostolo, quia semel in locum hunc inciderat. Saltim his uerbis nihil aliud nisi hoc unum inest: *Vtinam miseri fiant inimici Messiae!* Hoc Paulus etiam de suae aetatis Iudaeis, inimicis Messiae, ualere dicit. Παγίς et Θύρα, *laqueus, captura*, sunt synonyma. *Laqueus* metaphoricè denotat periculum, insidias; nam laqueo insidiae fiunt bestiis et auibus. σκάνδαλον) ὤριον, quod *muscipulam* s. *decipulam* denotat, a LXX passim σκάνδαλον uertitur, ut Ios. XXIII, 13. Iud. VIII, 27. et 1 Sam. XVIII, 21.

IO. σκοτισθήτωσαν — βλέπειν) *Fac, ut nihil omnino cer-
nant*, i. e. incidant coecorum instar in mala ipsis parata; nam solet hoc dici de grauibz miseris, Lament. V, 17. καὶ τὸν — σύγκαινον) *Fac, ut tergum ipsorum semper incur-
uetur*, i. e. onera grauia ipsis impone. Idem ualet cur-
nare dorsum, quod *lassare*, grauibz impositis oneribus, deinde uero indicatur *seruitus*, qualis innumeris Iudaeorum euenit per Titum.

II. λέγω — πέσσει) *Dico uero: num ita lapsi sunt, ut pereundum sit ipsis (omnibus?) Num errare et delinquere eos passus est Deus eo consilio, ut sine spe salutis eos redderet miseros?* Negat hoc Apostolus, et docet, eo consilio hoc permissum esse a Deo, ut eo celerius ad gentes alias perferri possit doctrina Christi, et addit: fore aliquando tempus, quo reliqui, increduli adhuc, Iudaei ad religionem Iesu sint accessuri. ἔσθ) πίπτειν, per metaphoram *miserum fieri, perire*, h. l. ultimam perniciem denotat, sicut πτῆσθαι, *impingere, peccare*, et in specie contra Messiam peccare in-
credu-

credulitate. ἀλλὰ τῷ — παραζηλώσαι αὐτοῖς) *Sed potius ipsorum delicto occasio data est gentilibus consequendae salutis, ut per hos ad aemulationem excitarentur (Iudaei.)* Παράπτωμα h. l. ἀπειθεῖα, qua Iudaei plurimi Messiam reiecerunt. Hac incredulitate Iudaeorum data est occasio Apostolis annunciandi Euangelium gentibus, Act. XIII, 46. 47. Apparuit hac ratione, nullam iniuriam Iudaeis a Deo fieri, quod gentes uocaret ad ea, quae ipsi repudiauert, Contra, si Iudaeorum pars maxima in Christum credidisset, ea obtulisset, ne gentes, nisi circumcisiā et legi Moſis subditae, ad corpus ecclesiae reciperentur Act. XV, 1. XXI, 20. Nunc uero, multo minor pars quam essent Iudaei, legem dare ceteris non potuere. Sed nunc uicissim gentiles ad Christum conuersi παραζηλώσαι, i. e. ad aemulationem excitare poterant Iudaeos, ut et ipsi Messiam amplecterentur.

12. εἰ δὲ — κόσμῳ) Sc. ἐγένετο, i. e. εἰ διὰ παραπτώματος αὐτῶν ἐπλητίσθη (ἐσώθη) ὁ κόσμος. *Si uero delictum eorum, quo fidem Christo denegarunt, res saluberrima fuit gentibus.* Τὸ παράπτωμα, eodem sensu quo u. II. Πλῆτος per hebraismum h. l. est emolumentum, commodum, felicitas, res longe saluberrima, ut Hebr. XI, 26. Κόσμος homines, qui in mundo sunt, gentiles, oppositi Iudaeis. καὶ τὸ — εἰθῶν) *Si paucitas eorum emolumento fuit gentibus, uel: si eorum conditio deterior salutaris fuit gentibus.* Ἡττημα est uel paucitas, uel conditio deterior, clades. Huc referri quodammodo potest locus Ies. XXXI, 8. εἰ δὲ νεανίσκοι ἔσονται εἰς ἥττημα, i. e. uincuntur, prosternentur ab hostibus. Illa incredulitas multitudinis, et paucitas Iudaeorum

rum credentium facta est opulencia gentium, quia occasionem istam arripuit Deus gentes uocandi. *πάσῃ — αὐτῶν;*)

Quanto magis multitudo Iudaeorum credentium exemplo suo ac doctrina alios adhuc e gentibus ad fidem perducet? Hebraicum **לרבים** LXX non tantum *πλήρωμα* reddunt, sed interdum etiam *πληθὺς*, ut Gen. XLVIII, 19. Est igitur *πλήρωμα* h. l. *multitudo*. Dicitur est hoc Christianis e gentibus, ne iudaicam gentem spernerent.

13. *ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν*) *Vobis itaque affirmo e gentibus ad Christum conuersis.* Referenda haec sunt ad sequentia. *Ἐθνη* uocat eos, qui fuerant gentiles. *ἐφ' ἔσθον — δοξάζω*) *Quum ego sim gentilium Apostolus, honori quidem duco mihi administrationem muneris mei.* *Ἐφ' ἔσθον, quatenus, in quantum,* uel subaudito uocabulo *χρόνον, quamdiu,* Matth. IX, 15. *Ἐθνῶν ἀπόστολος,* ex Christi mandato Act. IX, 15. Gal. II, 7. Apostolum *gentium* se dicit Apostolus, non quod non et Synagogas, et quidem primo semper loco adierit, sed quod praecipue in ea loca se conferret, ubi plurimi essent gentiles. *Δοξάζειν τὴν διακονίαν, celebrare, laudare munus,* honorem sibi quaerere ex muneris administratione.

14. *εἰπὼς — σάρκα*) Sed facio id etiam eo fine, *ut hoc ipso gentem meam ad aemulationem excitem.* *Ἐιπὼς* pro *ἴνα* ut Rom. I, 10. Phil. III, 11. *Ἡ σὰρξ* h. l. per Hebraismum *gentem* denotat, ut **בשר** Ies. LVIII, 7. Exemplo suo monet Christianos ex gentibus, ut et ipsi optent, et quantum in ipsis sit, promoueant conuersionem Iudaeorum. Equidem, inquit, libenter gentibus Euangelium annuncio, et gaudeo de muneris mei successu, sed gentem
meam

meam adeo non despicio, ut potius salus eius mihi maxime fit curae cordique. καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν) *Et ad salutem aeternam* s. ad religionem christianam adducam. I Cor. VII, 16. IX, 22.

15. εἰ γὰρ — κέσμε) Sc. ἐστὶν s. ἐγένετο. *Quum enim contumacia eorum occasionem dederit, ut multi ex gentibus Deo reconciliarentur.* Ἐ, quum, Io. XIII, 32. Act. IV, 9. Ἀποβολή, *reiectio*, per metonymiam effectus pro causa, est *contumacia* Iudaeorum, propter quam a Deo reiecti sunt, idem quod παράπτωμα u. II. 12. et ἀτιμία, u. 20. Καταλλαγή *occasio reconciliationis*, sc. cum Deo. τίς ἢ — νεκρῶν;) *Nonne conuersio eorum futura esset quasi uita ex mortuis*, i. e. exoptatissima, et allatura gentibus etiam maxima commoda? *Resurrectio ex mortuis* metaphorice denotat magnam et laetam rerum conuersionem, maximam felicitatem. Ter. Hecyra V, 4. *Egone, qui ab orco mortuum me reducem in lucem feceris, finam sine munere a me abire?* Πρόσληψις contrarium est τῇ ἀποβολῇ, *receptio in Dei fauorem*, quam praecedere debet conuersio ad Christum.

16. Ostendit Apostolus etiam Iudaeis reliquis aditum patere ad gratiam Dei, si ad Christum conuertantur, et ad hanc rem illustrandam utitur nonnullis similitudinibus. εἰ δὲ ἢ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα) Sc. ἁγίον ἐστὶ. *Si primitiae sunt sanctae*, (Deo consecratae) *etiam massa est sancta*, i. e. humano usui permissa. Ἀπαρχή, *primitiae*, תְּרוּמָה quae offerebantur e fructibus terrae Israeliticae ad usum hominum iam praeparatis, quibus oblatis, omnes cibi e fructibus huius anni praeparati, erant sancti, i. e. sine peccato

peccato iis uesci licebat. Num. XV, 17-21. Cum primitiis comparat Apostolus eos, qui primi crediderunt in Christum, et fuerunt Iudaei; cum *massa* comparat reliquos Iudaeos, nondum conuersos. Sensus igitur est: *Quum multi Iudaei per fidem in Christum iam sint oblati uel consecrati Deo, etiam reliqua pars populi recte potest uocari ad regnum Christi.* Ven. KOPPIO ἀπαρχή, primitiae frugum, positae sunt pro frugibus ipsis, Φύραμα autem est *massa* ipsa, s. placenta ex primitiis frugum subacta, ut sensus sit: *Ex primitiis frugum non possunt panes uulgares, κοινὸν, subigi; sed quae inde componitur massa, est haec ipsa Deo sacra, quia primitiae sunt Deo sacrae.* Vellet nempe Apostolus dehortari Ethnico-Christianos a Iudaeorum, incredulorum etiam, contemptu, quia Iudaeis, utpote Abrahami posteris, externa quaedam dignitas natalium negari non possit. Ne sic quidem male. καὶ ἐι — κλάδοι) *Si stirps arboris sancta est, sunt etiam rami sancti.* Respicere uidetur Paulus ad legem Leuit. XIX, 23. 24. 25. quam uide. *Stirps* h. l. non est unus Abrahamus, uel Patriarchae, sed *uniuersa gens Iudaica*, quatenus olim fuerat populus Deo peculiaris s. *ecclesia Iudaica*. Sensus est: Si uniuersa gens recte potest uocari populus Dei, etiam singula eius membra nunc possunt per fidem in Christum consecrari Deo. KOPPE: *Populus ex parentibus sanctis stirpem ducens ipse est sanctus.*

17. ἐι — ἐξεκλάσθισαν) *Quamuis autem quidam rami defracti sunt.* Utitur uoce agricolarum, qui inutiles ramos defringunt; sic etiam Iudaei increduli tunc temporis a iuri-
bus

bus populi Dei exclusi sunt. Euphemismus est, quum dicit *quidam* pro longe plurimis. *σὺ δὲ — ἐν αὐτοῖς*) Tu autem, qui oleaster eras, stirpi istorum insitus es. Vnum aliquem gentilium alloquitur pro omnibus. *Ἐν αὐτοῖς*, i. e. positus es inter ramos illius arboris. Ethnici comparantur *surculis feris, miti arbori insitis*. *Ἀγριέλαιος*, s. ipsa olea agrestis, s. subintellecto *κλάδος oleae agrestis surculus*. *Ἐγκεντρίζειν* proprie est *stimulare*, diciturque de equis per calcaria stimulantibus; hinc ad *insitionem surculorum* nobiliorum accommodatur. Indicatur hac similitudine coniunctio gentilium cum uero populo Dei, ecclesia christiana nempe, quae ab initio non nisi ex Iudaeis constitit. *καὶ συκοεινῶν — ἐγένετο*) Et pinguedinis ex radice oliuae profluentis particeps factus es. Est Hendyadys, pro: *τῆς πίπτου τῆς βίτης τῆς ἐλαίας*: nam a radice succus ad ramos diffunditur, et proprie id conuenit oleae, Iud. IX, 9. Inducantur uero pinguedine radice praecipua Israelitarum bona, et imprimis promissa, quae Deus fecit Abrahamo. Sensus: *Vos gentes in societatem uenistis promissae olim Iudaeis tantum felicitatis.*

18. *μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων*) Noli despiciere ramos defractos, multo magis adhuc adhaerentes, i. e. absit, ut Iudaeos despiciatis uobisque inferiores existimetis. *σὺ — βίτα σέ*) Supple ante haec uerba: *Cogitare debes. Scire debes, quod non tu stirpem sustentas, s. alis, sed stirps te alit; i. e. uos gentiles cogitetis, salutem uobis oblatam a Iudaeis ad uos peruenisse, non autem uice uersa.*

19. εἶπεῖς ἔν) *Dicis igitur.* Verba ponit Christianorum quorundam ex gentibus, sicut ante Iudaeorum posuit. ἐξεκλάσθησαν — ἐγκεντρίσθω) Deus, Iudaeos abiiciendo, mihi locum fecit.

20. καλῶς) *Bene*, dixisti scilicet. Formula dictum approbantis, ut et εὔ, εὖγε, καλῶσγε. Τῇ ἀπιστίᾳ, pro τῆς ἀπιστίας ἕνεκα. τῇ πίστει ἕστηκας) i. e. per fidem diuino fauore frueris, I Cor. X, 12. Ἐστηκας, nempe ἐν τῇ ἐλαίᾳ. μὴ ὑψηλοφρόνει) *Ne superbias*, cf. infr. XII, 16. ἀλλὰ φοβῆ) *Sed modestus esto.* Nam φόβος hic opponitur superbiae, et significat *humilitatem, modestiam.*

21. εἰ γὰρ — ἐφείσαστο) i. e. Quum enim Deus non pepercit Iudaeis, qui propter genus ab Abrahamo et Patriarchis pertinerent ad populum Dei. μήπως ἔδὲ σὲ φείσεται) Al. φείσονται, in Coniunctiuo, quem ex regulis grammaticis μὴ requireret. *Nec tibi, ut uereor, parceret*, nempe si et tu a fide deficias.

22. Ἰδὲ ἔν — θεῶ) *Vide igitur, quanta sit in Deo benignitas et uero etiam seueritas.* Ἀποτομία, *seueritas, durities.* Sic Plutarchus de *educat. lib. ἀποτομίαν* opponit τῇ πραότητι, dicens: δεῖ τῆς πατέρας, τὴν τῶν ἐπιτιμημάτων ἀποτομίαν τῇ πραότητι μιγύσαι, *patres reprehensionum seueritatem mansuetudine temperare oportet.* Κρίσις ἀπότομος, *sententia, s. poena seuera* legitur Sap. VI, 5. εἰὼν ἐπιμείνης τῇ χρηστότητι) *Modo tu bonus manseris, s. in fide sis constans*; nam opponitur huic formulae ἐπιμένειν τῇ ἀπιστίᾳ, u. 23. Χρηστότης, ΠΙΩ, Rom. III,

III, 12. Ἐπιμένειν hic usurpatur sicut μένειν Io. XV, 9. 10. Secundum alios post χρηστότητι suppleri debet θεῶ, ut sensus sit: Si Dei bonitatem retineas, i. ea recte utaris, ut Act. XIII, 43. ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ) *Alioquin et tu excideris*, i. e. ex populo Dei excluderis. Ἐπει, *alioqui*, ut u. 6.

23. καὶ ἐκείνοι — ἐγκεντριθῆσονται) *Contra autem illi* (Iudaei,) *si fidem Christo pertinaciter denegare desierint, stirpi populi Dei rursus inferentur, uel potius inferi poterunt. Possunt gentiles iterum reici per incredulitatem, Iudaei uero iterum recipi per fidem.* δυνατὸς — αὐτῶς) *Δυνατὸς γὰρ ἐσιν, δυναταὶ γὰρ.* Nihil est praeter incredulitatem, quod Deum impediatur, eos rursus pro suis adsumere, et paterne tractare.

24. καλλιέλαιον) Vocem hanc finxit Paulus, ut melius eam opponeret ἀγριελαίφ. παρὰ φύσιν) *Contra naturam*, quae potius infitionem furculi generosi in stirpem siluestrem poscit. πῶς μᾶλλον) *Quanto facilius.* Facilior est artis effectus, ubi natura adiuuat. δι κατὰ φύσιν) Nempe κλάδοι, ex Abrahamo nati.

25. μυστήριον) est *res arcana*, quam homines, nisi Deo dante, scire nequeunt, ut I Cor. XV, 51. et dicitur etiam de hominum arcanis, Tob. XII, 6. Iudith II, 2. Affirmat nunc Apostolus ex auctoritate Dei, per quem ea edoctus fuerat, uere euenturum esse id, quod euenire posse supra u. 23. dixerat. ἵνα μὴ — φρόνιμοι) i. e. ne existimetis, uos esse ita prudentes, ut

uestro ingenio possitis, quae futura sunt, praenoscere; uel, ut Beza explicat, *ne intus insolescatis*, ut φρόνιμος non ad prudentiam, sed ad affectum referatur. ὅτι πώρωσις — γίγονεν) *Quosdam Israelitas se excoecasse*. De uoce πώρωσις cf. u. 7. Ἄπὸ μέρους, opponitur τῷ πᾶσι, u. 26. ἄχρις — εισέλθῃ) *Donec magna pars gentilium ad coetum Christi accesserit*. Πλήρωμα, *ingens multitudo*. Gen. XLVIII, 19. מִלִּיּוֹת־אֲלֹמִים uertitur πλήθος ἰθῶν. Hefychius: πλήρωμα, πλήθος. Ἐισέλθῃ sc. εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶ χριστοῦ. Deut. XXIII, 2. 4.

26. καὶ ἔτι πᾶσι Ἰσραὴλ σωθήσεται) *Tum uero plerique Israelitarum seruabuntur*. Καὶ ἔτι, pro καὶ τότε, καὶ ἔπειτα. Sic ap. Theophrast. Charact. c. 18. πᾶσι Ἰσραὴλ, cuius futura salus praenunciatur, opponitur τῷ μέρει, u. 25. i. e. *illi parti* populi Iudaici, quae primis christianorum sacrorum temporibus in rebellionem aduersus Christum perseuerauit. Itaque uel oppositionis πᾶσι Ἰσραὴλ non denotat paucos illos, qui subinde ad religionem christianam perducuntur, sed totam gentem. Notandum tamen est, de tota gente in genere, non de singulis hic differi; uel πᾶσι Ἰσραὴλ est *maximus Israelitarum numerus*, διὰ πλείονες, ut Genadius apud Oecumenium dicit. σωθήσεται i. e. *εισελεύσεται εἰς τὴν βασιλ. τ. χρ.* Alii explicant: *seruari poterit*; cui sententiae uero obstare uidentur uaticinia u. 26. 27. allata. Accedit, quod talem rem, quae per se patet, usque uenit, Apostolus non fuisset dicturus μυσήριον, u. 25. Restat igitur ut sermo sit de conuersione magnae partis Israelitarum quae eodem iure

μυσήριον dicenda sit, quo gentilium conuersio infra XVI, 25. et Eph. III, 4-6. Ob easdem et alias rationes πᾶς Ἰσραὴλ non potest accipi *improprie* de *Christianis* ex Iudaeis Ethnicisque collectis. Secundum *Wetstenii*, aliorumque sententiam, aut Paulus non euentum praedicit, sed consilium Dei indicat, aut potius loquitur de magna Iudaeorum turba, quae paulo post, euerfa re- publica et combusto templo, ad Christum accessit. Alii existimant, magnam Iudaeorum conuersionem adhuc esse. expectandam, quamuis obscurum sit, quomodo et quando haec res sit euentura. In qua opinione, quid sit mali aut periculosi, equidem non uideo. καθὼς γέγραπται) Ies. LIX, 20. 21. XXVII, 9. ἥξει ἐκ σιὼν ὁ βυβόμενος) *E Sione redemptor aderit.* ὁ βυβόμενος **Ἰσραήλ**, σωτήρ, *Messiae* nomen. Verbo ἥξει indicatur, nationem Iudai- cam Messiae beneficia tandem experturam esse; nam saepe Deus ad homines uenire dicitur, si auxilio suo ipsis praesto est. *E Sione*, i. e. *ex gente Dauidica*, cuius erat arx in monte Sione exstructa. Pro ἐκ σιὼν LXX, interpretes habent ἕνεκα σιὼν, hebr. לציון. Fortassis ex librariorum culpa ex ἕνεκα factum est ἐκ. καὶ — Ἰακώβ) *Et impietatem posterorum Iacobi tollet, s. delebit.* Hebraicus textus habet: ולשבי פשע ביעקב, *et re- uertentibus a peccato in Iacob.* LXX uero uel loco uerbi ולשבי legerunt וישיב, uel certe ita explicandum putarunt.

27. καὶ αὐτῇ — διαθήκη) *Et hoc est, quod ipsis promitto.* Ies. LIX, 21. ἢ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, *meum promissum*, sicut Phil. IV, 18. τὰ παρ' ὑμῶν, *uestra.*

ἔταν — αὐτῶν Ex Ies. XXVII, 9. Est autem *condonare peccata*, e miseria quavis, quae ex peccatis oritur, homines liberare.

28. κατὰ μὲν — ὑμᾶς) Quod attinet ad Euāgelium, quum illud et ipsi reiiciant, et uobis praedicari aegerrime ferant, sunt inimici Dei, ab eo merito reiecti, ut uos in eorum locum substituamini. Ἐχθροί, sc. Θεοῦ, *alieni a favore diuino*. Δι' ὑμᾶς, uobis (Ethnicis) *commodo et utilitati*. κατὰ δὲ — πατέρας) *Quatenus autem sunt electus Dei populus, cari sunt Deo maiorum causa*. Ἐκλογή h. l. est illud beneficium diuinum, quo Deus Israelitas sibi peculiarem suum populum elegit. Ἀγαπητοί, sc. Θεοῦ εἰσι. Διὰ τὸς πατέρας, maiorum causa, quos amabat Deus, quorumque causa etiam posteris se bene facturum esse promisit. Quum, inquit Apostolus, Iudaei sint populus in maioribus suis a Deo electus, eique inprimis carus, utique seruari possunt, atque adeo a Deo seruabuntur, si mores maiorum imitentur.

29. ἀμεταμέλητα — Θεῷ) *Non enim poenitet Deum donorum et beneficiorum suorum*. Κλήσις semper connotat clementiam et amorem, uti καλεῖν, et saepe potest explicari per *beneficia diuina*, 1 Cor. VII, 10. 2 Petr. V, 10. Sermo hic est de dono quodam absoluto, ut loqui solent, quum Deus promisit, et quidem propter patres, quorum hic iam praecessit mentio, se nunquam interneccione extincturum Iudaeos, sicut alios saepe populos extinxit Leuit. XXVI, 44. Ierem. XXX, 11. Deinde etiam promisit Deus, se nunquam toti isti populo praeccludere uelle uias, per quas ad respiscendum adduci possit.

possit. Aliter se res habet cum donis Dei conditionatis, in quibus Deo tribuitur poenitentia secundum nostrum loquendi modum, Ier. XVIII, 7. 8.

30. ὡςπερ — ἀπειθεία) Ἑμεῖς, sc. Christiani e gentibus. Ἦπειθήσατε τῷ Θεῷ, relicto uero Deo, secuti estis et coluistis idola. Νῦν δὲ ἠλεήθητε, nunc autem gratia diuina uocati (Christiani facti) estis. De uocatione ad religionem Christianam explicanda est h. l. uox ἐλεεῖν, qua utitur Apostolus eo consilio, ut declaret, omnia, a benignitate diuina pendere, nihil propriis hominum meritis esse tribuendum. Τῇ τῶτων ἀπειθείᾳ, i. e. διὰ τὴν τῶτων ἀπειθ. occasionem naḥti illorum (Iudaeorum) incredulitate.

31. ἔτι καὶ — ἐλεήθησιν) Sic et illi (Iudaei) nunc increduli sunt, ita tamen, ut beneficio quod uobis contigit, excitari possint, ad eandem felicitatem quaerendum. Sic uertenda sunt haec uerba, si post ἠπειθήσαν ponitur comma. Alii τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει iungunt superiori ἠπειθήσαν, et uertunt: uestrae saluti; quae res in salutem uestram cessit. Sed priorem rationem praefero. Ex eo igitur, quod Iudaei adhuc sunt increduli, haud sequitur eos aeternum iri reprobatum.

32. συνέκλεισε — ἀπειθείαν) Nam fieri passus est Deus, ut omnes increduli essent. Συγκλείειν τινα εὐδὲ τι est tradere aliquem alicui rei, ut hebraicum רִגְסָה cum כּ et ל̄ constructum; deinde uero est etiam aliquem permittere alicuius potestati, quemadmodum etiam παραδιδόναι interdum hoc sensu occurrit, quod LXX.

saepe pro רגליה ponunt, ut Deut. XXIII, 16. XXXII, 30. *ἵνα τὸς πάντας ἐλέησῃ*) Intelligendum hoc non τελικῶς, sed ἐμβατικῶς. Cuius tandem incredulitatis is erit exitus, ut benignitatem suam omnibus ostendat:

33. ὡς βάθος — θεῶ) *O immensam bonitatem, et sapientiam et cognitionem diuinam!* Βάθος tribuitur his proprietatibus diuinis ob immentiam magnitudinem, quare Hesychius τὰ βάθη exponit τὰ ἀχώρητα, τὰ ἀκατάληκτα. Eam etiam ob causam τὰ βάθη τῶ θεῶ uocantur consilia Dei (I Cor. II, 10.) quia nemo ea scire potest, nisi Deus detexerit. Πλεῖτος hic intelligenda abundantia, nempe bonitatis, quod nomen additur supra II, 4. Impenetrabilis est bonitas diuina in hac re, quod Deus olim gentium, deinde Iudaeorum contumaciam tam diu pertulit; impenetrabilis *sapientia*, quod gentes non uocauit, nisi post ostensam mundo Iudaeorum contumaciam; impenetrabilis *scientia* Dei quod gentiles quidem miraculis nunquam antea auditis, Iudaeos uero partim inuidia, partim summis calamitatibus ad se pertraxit. ὡς ἀνεκρέμνητα — ἰδοὶ αὐτῶ) Κριμματα uocat Dei decreta, מִצְוֹת Ps. LXXII, 1. aut uniuerse *Dei imperium, prouidentiae regimen*. Per *uias* autem, מַדְבָּרִים intelligit rationes illas, per quas decreta sua Deus ad exitum perducit. Sensus est: Neminem perferuari posse decretorum diuinorum causas et rationes; neminem peruestigare modum, quo Deus decreta sua exsequatur. Deum id, quod assequi uult, assequi optimo modo, eoque longe superante nostram diiudicandi et inueniendi facultatem.

34. τίς — ἐγένετο;) *Quis nouit mentem Dei? confilia diuina? aut quis confilium dedit sapientissimo? De sumta sunt haec ex Ies. XL, 13. 14. Reges terreni habent consiliarios, qui intima ipsorum nouerint. At Deus ad sua confilia homines non admittit. Non potest igitur eius prouidentia, nec ingenio humano penetrari, nec adiuuari consiliis humanis. Scimas quidem confilia Dei quaedam, sed a Deo patefacta, et ea ipsa exigua sunt pars consiliorum Dei.*

35. ἢ τίς — αὐτῷ) *Quis munera dedit Optimo Maximo, ut uicem reddere debeat? Multi existimant, respici his uerbis ad Iob. XLI, 3. Quasi dicat Apostolus: Si cui rationes diuinae dispensationis a me haectenus allatae non satisfaciunt, cogiter, de beneficiis distribuendis, non de meritis remunerandis hic agi, nec posse ab hominibus rationes perspicere, cur Deus hos homines aliis praeferat. Deus nemini hominum quicquam debet.*

36. ὅτι — πάντα) *Nam ipse omnia efficit uel decernit, omnia ad exitum perducit, et ad ipsum omnia spectant. Τὰ πάντα ἐξ αὐτοῦ, sc. ἐκ, ipse est auctor omnium rerum. Sunt omnia δι' αὐτοῦ, omnia per eum conseruantur et gubernantur. Omnia sunt εἰς αὐτόν, conferunt ad consilium Dei. Πάντα refertur ad omnia illa, quae in mundo fiunt, inprimis uero ad totam illam rem, de qua haectenus egerat Apostolus. Ab ipso omnes homines ad salutem uocantur, per ipsum bona accipiunt, idque ut ipsum honorent. Alii discrimen inter formulas ἐξ αὐτοῦ — δι' αὐτόν non anxie quaerendum, sed cumulatam particulas*

uehementiori animi affectui tribuendas esse existimant, ut sententia sit: *Ab ipso omnia pendent.* Sic *M. Antonin.* IV, 23. ὡς Φύσις, ἐκ οὗ πάντα ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα. (ὡτῶ — ἀμὴν) Quaecunque Deus agit, non a nobis diiudicanda, sed cum ueneratione et laude excipienda sunt. Similia epiphonemata habuimus bis supra I, 25. IX, 5.

CAP. XII.

1 Παρακαλῶ — θεῶ) Hortor igitur uos, fratres, propter insignia haec beneficia, quae benignitati diuinae debetis. Sequitur pars huius epistolae paraenetica, in qua hoc tanquam primum ponit Apostolas, obstrictos esse Christianos ad uitam tantis beneficiis diuinis dignam. Ὀικτιρισμός, רַחֲמִים, per meton. causae pro effectu, insignia illa beneficia, quae misericordiae Dei debemus. παρασῆσαι — τῷ θεῷ) *Vt uos ipsos Deo consecretis, tanquam uictimas uiuas eidemque sacras et acceptas.* Παρασῆσαι, בְּרִיבָה, alias προσφέρειν, quam uocem habes de holocaustis, Leuit. I, 2. et sequentibus. Et θυσία nomen generale κατ' ἐξοχήν dicitur de holocausto, ideoque הֹלֶוֶת uertitur θυσία, Exod. X, 25. XXIX, 42. aliisque locis; ζῶσα autem, quia non iam corpus mortuum, ut olim Iudaei, sed nos ipsos uiuos Deo offerre debemus. τὰ σώματα ὑμῶν, per Synecd. part. pro toto, uos ipsos, ut I Cor. VI, 15. qua phrasi h. l. utitur, quia de immolatione sermo est. *Sanctum* in lege dicitur, quicquid Deo oblatum est, quod uero sine uitio esse debebat, Leuit. I, 3. 10. quanto magis homines christiani a uitiis repurgati debent se dicare Deo? Hortatur itaque Apostolus Christianos, ut
totam

totam uitam consecrent Deo, eiusque uoluntati toto animo omnibusque uiribus obsequantur. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν)

Qui sit uester cultus diuinus mente et animo, (non solo corpore) praestitus. Λατρεία, **הקרבן** Leuitica erat δι' ἀλόγων, i. e. per pecudes; nostra debet esse λογικὴ, i. e. νοητὴ, πνευματικὴ. Opponitur ritibus et cerimoniais, etiam ab iis, quorum animus non purgatus erat, seruari solitis. **I Petr. II, 2.** Malach. **I, 11.** Non multum sentu differt *Koppii* explicatio, qua λατρεία est sacrificium ipsum, et λατρ. λογικὴ, (oppositum θυσία ζώων, ἀλόγων) sacrificium mente animoque offerendum, uerba autem τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν, sunt pro: ὑμᾶς αὐτοὺς ὡς λογικὴν λατρείαν, i. e. τὸν νῶν ὑμῶν, ὡσπερ λατρείαν, uosmet ipsos, uestram ipsorum mentem, ceu sacrificium.

2. καὶ μὴ — τῶν) *Nec conformate uos ad prauos mores gentilium.* Αἰῶν, **העולם**, seculum, uel potius homines huius seculi uel aetatis; praecipue uero gentiles a Iudaeis uocati sunt **העובדים**. Eph. **IV, 17.** *σοσχηματίζεσθαι, imitari alterum, siue serio id fiat, siue simulate.* **I Petr. I, 14.** ἀλλὰ — τῆς τοῦ ὑμῶν) *Sed aliam personam induite emendatione animi uestri.* Μεταμορφῶσθαι proprie est transfigurari, et usurpatur etiam de moribus. Seneca epist. 6. *Sentio non emendari me tantum, sed transfigurari.* Duo igitur requirit Apostolus, ut externos mores mutent, et animum emendent, quae animi emendatio mutationem externorum morum in melius praecedere debet. εἰς τὸ δοκιμάζειν — τῆς λειον) *Qui melior animi uestri sensus eo se declarabit, ut nihil agatis, quod an recte et honeste fieri possit, non antea exploraueritis.* Τὸ θείλημα θεοῦ, τὸ ἀγαθόν etc. pro Syno-

nymis accipi et ad τὸ referri possunt: *quid Deo probetur, quid rectum, honestum* etc. τὸ εὐάρεστον, sc. θεῷ, uel *honestum*. Τέλειον, i. e. ἀμωμον, *labe carens*, idem quod ἀγαθόν, Iac. I. 4. 17. Vulgo epitheta ἀγαθόν, εὐάρεστον etc. iunguntur τῷ: Θέλημα θεῷ. Tum τέλειον est perfectum, quod omnes suas partes habet.

3. λέγω — ἐν ὑμῖν) *Moneo enim quemlibet uestrum pro auctoritate muneris apostolici mihi demandati*. Λέγειν h. l. est *monere, iubere*. Ἡ χάρις h. l. munus apostolicum ex gratia Dei demandatum. Meton. causae pro effectu. Παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, i. e. ἐκάσῳ ὑμῶν. Commendat nunc Apostolus *singularum* uirtutum christianarum studium, imprimis *modestiae*, quae tum negligebatur praesertim ab iis, qui sapientia, uel muneris dignitate prae aliis excellere uidebantur. μὴ — φρονεῖν) *Ne quis superbiat, uel immodeste de se sentiat*. Paronomasia: ὑπερφρονεῖν, φρονεῖν, σωφρονεῖν. Illud peccat in excessu per superbiam; alterum est iustum de se et aliis iudicium; hoc uero significat modestiam. ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν) *Scd ut modeste de se sentiat*. Idem est, ac si dixisset: φρονεῖν σωφρόνως. Vetus Latina: *sapere ad sobrietatem*. ἐκάσῳ — πίσεως) Est hic transpositio, pro: ὡς ἐκάσῳ, qualia multa apud Paulum. *Quisque se gerat pro donis*, i. e. pro modo et ratione donorum, *quae a Deo accepit*. Πίσις h. l. denotat *dona*, cum fide coniuncta.

4. καθάπερ — πράξειν) Frequens est apud omnes scriptores comparatio corporis humani cum corpore sociali, quale est corpus reipublicae, ad quod similitudinem a corpore humano deduxit *Menenius Agrippa*, ea oratione, quam habet *Liuius* Lib. II. Tale est ecclesiae christianae corpus,

pus, cui similitudines ab humano corpore sumtas aptat Apostolus, non hic tantum, sed et I Cor. XII, 12. seqq. Eph. IV, 25. V, 30. Πράξιν dixit Paulus per meton. *functionem*, quod ministerium dixit *Menenius*, indicata iam oratione.

5. ἕτως — μέλη) *Sic uniuersa multitudo Christianorum unum quasi corpus efficit, alter autem alterius quasi membrum est. δι πολλοι, ἰ. πικεύοντες. Nos credentes, qui multi sumus. ἔν σῶμα ἐν Χριστῶ, corpus unum, Christo iunctum, σῶμα ἕ ἢ κεφαλή χριστός. Καθ' ἕίς, singuli, δ καθ' ἕνα ἕκαστος. Vt bene sit ecclesiae christianae, Paulus inquit, magna opus est uirium et facultatum uarietate, iunctoque omnium usu.*

6. ἔχοντες — διάφορα) *Vtimur uero beneficiis uel donis, pro ratione muneris nobis demandati uariis. Ἡ χάρις, munus, ut comm. 3. Nonnulli haec uerba ad proxime superiora δ δὲ καθ' εἰς ἀλλήλων μέλη referunt, ut sit ἔχοντες δὲ pro καίπερ ἔχοντες, quantacunque demum donorum munerumque uarietate inuicem differamus. ἔτε — πικεως) ἰ. ε. ἔτε προφητείαν ἔχει τις, ἐχέτω αὐτήν, ἰ. χάριθω αὐτῇ κατὰ τὴν ἀναλογίαν πικεως. Si quis facultate singulari docendi sit instructus, utatur ea pro portione doni accepti. De prophetis inter primos Christianos cf. Koppii Excurf. III. in Epist. ad Ephesios. Προφήτης, נָבִי in genere est, quisquis cum Deo singulari quadam ratione est coniunctus, cui Deus reuelat, quae antea ei parum cognita fuerant. Exinde uarias accipit significationes, ut denotet hominem, qui profert uaticinia, uel arcana aliorum hominum consilia reteggit, uel subito spiritus diuini impulsu ad docendum, cohortandum consolandumque affurgit, uel carmen diuinitus inspira-*

tum decantat. Hoc loco προφητεία uidetur esse donum eiusmodi, quo nonnulli Christiani, *singulari quodam Spiritus diuini impetu abrepti, docebant*. Nam προφητεία, ad quam referenda quae sequuntur, διδάσκειν et παρακαλεῖν, opponitur τῇ διακονίᾳ, ad quam referenda sunt τὸ μεταδιδόναι et προΐσασθαι. Facit nempe Apostolus duo Christianorum, qui χάρισμασιν fruebantur genera, *Prophetas et diaconos*. Ἀναλογία, *portio, rata portio*. Demosthenes pro Corona: κατὰ τήμην — κατὰ τὸν ἀναλογισμὸν — κατὰ τὴν αὐτὴν δὲ ἀναλογίαν. Πίστις iterum est *donum*, ut u. 3. Est igitur ἀναλογία τῆς πίστεως idem quod u. 3. μέτρον τῆς πίστεως. Varia Prophetarum erant officia, e. c. ut *docerent, cohortarentur, consolarentur* etc. Vnumquodque horum officiorum requirebat suum donum; quo quisque contentus esse, et suo se modulo metiri discere debeat.

7. εἶτε διακονίαν (sc. ἔχει τις) ἐν τῇ διακονίᾳ) Sc. μόνον. Διακονία h. l. est *cura eleemosynarum colligendarum, et in pauperes erogandarum*, quod munus uarias in se complectebatur functiones, e. c. rerum ecclesiasticarum, aegrotorum curam, pecuniarum in ecclesia collectarum distributionem. Vid. Act. VI, 1-7. εἶτε — διδασκαλίᾳ) Progreditur nunc Apostolus ad uarios *primum* τῆς προφητείας, deinde τῆς διακονίας gradus explicandos et enumerandos. Ὁι διδάσκοντες autem h. l. sunt ii qui antea uocati sunt Prophetae, qui *docebant*, non suo ingenio, sed singulari spiritus sancti impulsu incitati. In aliis locis e. g. Eph. IV, 11. *Doctores* a Prophetis distinguuntur, ubi διδάσκαλοι sunt, qui ea, quae ab Apostolis edocti essent, proferebant.

8. ἴτα — παρακλίσει) Παρακαλεῖν h. l. est, populum publice admonere, et hortari, ut Act. XIII, 15. 1 Cor. XIV, 31. ὁ μεταδίδως, ἐν ἀπόλητι) *Qui pauperibus dat, faciat id sincere, cum candore.* Quia de uariis muneribus in ecclesia sermo est, intelligenda haec uidentur de munere eorum, quibus eleemosynarum cura erat demandata, Act. VI, 1. Aliis de quoque Christiano, qui liberalitatem erga pauperes demonstrare uelit, loqui uidetur Apostolus. Quum autem ad uirtutes Christianorum communes u. demum 9. transeat, haec, et quae sequuntur ad διακονίαν potius u. 7. referenda sunt. ὁ προϊστάμενος, ἐν σκεδῇ) *Qui praest aliis, siue alios curat, et in clientela habet, faciat id diligenter.* Rom. XVI, 2. 1 Tim. III, 4. Alii tamen intelligunt ecclesiae antistites, qui alias πρεσβύτεροι dici solent, 1 Tim. V, 17. ὁ ἰλαῶν, ἐν ἰλαρότητι) *Is, cui aegrotorum et miserorum cura demandata est, libenter hoc munere fungatur.* Ἐλεεῖν, per meton. causae pro effectu miserorum curam gerere. Explicandum hoc uidetur de *Diaconis* illis primae ecclesiae, quibus cura aegrotorum, uiduarum, orborum, aliorumque afflictorum demandata erat. Sic ἰλαος Luc. X, 37. de curando aegroto s. saucio dicitur.

9. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος) Sc. ἔσω. Ἄνυπόκριτος, haud simulata. Ἡ ἀγάπη, amor erga omnes homines. Aliis est synonymum τῆς φιλαδελφίας. Sequuntur officia, quae omnibus Christianis sunt communia. ἀποσυγῶντες τὸ πονηρὸν) *Detestamini scelus et uitium omne.* Hesychius: ἀποσυγῶντες, μισῶντες. Theodoretus explicat: τὴν μὲν πονηρίαν ἄγαν μισεῖν, scelus ualde odisse. Euripides in Ione u. 488. τὸν δ' ἀπίδα ἀποσυγῶ βίον, orbam uero auersor uitam. καλλῶμενοι τῷ ἀγαθῷ)

ἀγαθῶ) *Summopere seſtaminĩ uirtutem.* Κολλᾶσθαι exprimit hebr. קָבַץ. Τὸ ἀγαθόν, *quæuis uirtus*, uel, ut alii uolunt, quod alteri eſt utile.

ΙΟ. τῆ φιλαδελφία εἰς ἀλλήλους Φιλῶργοι) Φιλαδελφία, *amorem quem Chriſtiani debemus*; nam omnes Chriſtiani ſunt fratres. Φιλῶργοι, *uehementi amandi affectu erga alios præditi.* Viſurpatur hæc uox proprie de iis, qui magno amore erga liberos uel alumnos afficiuntur. *Ariſtoteles H. A. IX.* δοκεῖ τὸ τῶν ἱππων γένος εἶναι φύσει Φιλῶργον. τῆ τιμῆ ἀλλήλους προηγούμενοι) *Honore uos inuicem præuenientes, ſ. præeuntes.* *TACITUS Agric. 6. Vixeruntque miranda concordia per mutuam caritatem, et inuicem ſe anteponeudo.*

ΙΙ. τῆ σκεδῆ μὴ δυνηροῖ) *Nolite in officiis explendis ſegnes eſſe.* Δῆλος δυνηρός Matth. XXV, 26. τῷ πνεύματι ζέοντες) *Animo feruentes eſtote*, i. e. ſummo animi ardore agite quod uobis incumbit. Πνεῦμα, aut νῦς, *animus*, aut πνεῦμα ἁγίου in animum hominis agens, ut Eph. V, 18. πληρῶσθε τῷ πνεύματι. τῷ κυρίῳ δουλεύοντες) In nonnullis codicibus, in latina uetere, apud Cyprianum καίρῳ legitur. Sed κυρίῳ habent graeci Codices fere omnes, Verſiones Syrae, Arr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. et multi Patres. *Domino ſeruire* omnia quidem officia complectitur: at hic non docet Paulus, *quid* ſit agendum, ſed *quomodo*, nempe ex animo, ſincere, aperte, candide, *tanquam Domino Ieſu Chriſto*, qui omnia uidet, qui renes et corda ſcrutatur, *ſeruiantes*, Io. IV, 24. Eph. VI, 5-8. ei, qui potens, qui diues, qui iuſtus, qui immortalis eſt. Alii: *Facite ueſtrum, ut Chriſti religio ſeruetur et præpogetur.* Si legas: τῷ καίρῳ δουλεύοντες, ſenſus erit: *ferre ea, quæ pro temporis ratione*

tione sunt ferenda, uel: diligenter utimini temporis opportunitate, eodem sensu. Cicero ad famil. IX, 17. *seruire temporis*. Lucan. in Pison. I, 143. *Temporibus seruire decet; qui tempora certis ponderibus pensauit, eum si bella uocabunt, miles erit; si pax, positus toga gesti et armis.*

12. τῇ ἐλπίδι χαίροντες) *Spe uitae aeternae gaudete.* Rom. V, 2. Phil. IV, 4.

13. ταῖς — κοινωνῶντες) *Succurrite inopiae Christianorum.* Χρεία passim de *indigentia* qualibet, ut Phil. IV, 19. *Hesychius: χρεῖται, ἔνδεια.* *Latina uetus: necessitates.* Κοινωνεῖν *Theodoretus* recte explicat μεταδῶναι χρημάτων. Tum temporis fame premebantur Christiani sub Claudio, Aëtor. XI, 28. et multi hospites Romam ueniebant, infra XV, 24. Hebr. XIII, 2. 1 Petr. IV, 3. Τὴν φιλοξενίαν autem commendat Apostolus, quia haec uirtus inprimis necessaria erat illo tempore, quo multi Christiani patria expulsi in peregrinis terris oberrare cogebantur.

14. εὐλογεῖτε — καταρᾶσθε) 'Ευλογεῖν, *bene precari*; καταρᾶσθαι, *male precari, deuouere.* Cf. Matth. V, 44. Latiori sensu autem illud est *bene uelle, hoc autem: odio habere.* Sensus: *Hostibus uestris praestate animum beneuolum, et ab omni uindictae cupiditate alienum.*

15. χαίρειν) Enallage Infin. pro Imper. Atticis etiam familiaris. *Gaudete de felicitate aliorum, et de malis eorundem dolete.* χαίροντες h. l. sunt, qui prospera utuntur fortuna, atque de ea laetantur, κλαίοντες, qui *aduersa*, atque propter eam tristitia afficiuntur.

16. τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονῶντες) *Eodem animo inter vos mutuo affecti estote.* Phil. III, 15. 16. Vult Apostolus, ut ita de fratre sentiamus, ut de nobis ipsis, et ita uelimus proximo, sicut nobis uolumus, ut in Euangelio Dominus dicit: *quae uultis, ut uobis faciant homines, et uos facite illis.* Hom. II. δ. 351. τὰ γὰρ φρονέεις, ἅτ' ἐγώπερ. Πι. v. 487. πάντες ἕνα φροσὶ θυμῷ ἔχοντες. Schol. ἔν καὶ τὸ αὐτὸ φρονῶντες. Non male *Erasmus: Idem alii de aliis sentientes, nemo putet alium se minorem; sed omnibus se accommodet, de omnibus ex aequo bene sentiat.* μη τὰ ὑψηλὰ φρονῶντες) *Nolite magnifice de uobis ipsis sentire. ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι*) *Imitamini humiles, uos similes geratis humilibus.* Nam συναπάγεσθαι est etiam imitari. Sensus est: Demittite animos uestros, atque eo loco uos esse existimate, quo sunt, qui tanquam humiles contemnuntur. Alii τοῖς ταπεινοῖς in neutro accipiunt, et συναπάγεσθαι τοῖς ταπεινοῖς positum existimant pro διώκειν τὴν ταπεινοφροσύνην. *Koppius* sensu maxime proprio accipit phrasin: *patri ut cum miseris sodalibus nostris in malorum societatem abripiamur.* Ταπεινός, hebr. 'נָז, qui est uili et misera conditione. In uerbo συναπάγεσθαι σύν referendum ad ταπεινοῖς, et ἀπάγεσθαι rari, sc. in ius, s. ad tormenta. μη γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς) *Nolite prudentiae opinione turgere, uestro iudicio sapere.* φρόνιμοι, i. e. σοφοί, Prou. III, 7.

17. προνοούμενοι — ἑνθρώπων) *Honeste uos gerite erga omnes homines.* Cf. Prou. III, 4. Προνοεῖσθαι, *studere, operam dare.* Iosephus, A. I, 2. 1. Ἄβελος ἀρετῆς προεὐδής, *Abelus uirtutis studiosus erat.*

18. εἰ δυνατόν — εἰρημένοντες) *Si fieri potest, quantum in uobis est, cum omnibus hominibus pacem colite.* Ἐιρημένειν μετά τινος, ita cum altero uiuere, ut nulla re eum laedas, sed quaeuis bona officia ei praestes.

19. δότε τόπον τῇ ὀργῇ) Sc. τῷ Θεῷ. *Vindictae diuinae locum date*, i. e. permittite uindictam, i. e. poenam Deo. Chrysoftomus: συγχώρησον τῷ Θεῷ ἐπεξελεῖν, permittite Deo puniendi facultatem et occasionem. Hanc explicationem sequentia postulant. Ὀργή, ultio diuina. Τόπον δίδουαι, *cedere*. Alii interpretantur: *Cedite iratis*, uel: *date facultatem uestrae irae detumescendi; differte iram*. Latina phrasif est: *spatium dare irae*. γέγραπται — κύριος) Deut. XXXII, 35. Ἐμοὶ hic ualet: *ad me pertinet. Ipse ego uindictam sumam, ipse ego remunerabor.*

20. εἰδὲν — πότιζε αὐτὸν) Duobus exemplis, quibus quaeuis alia beneficiorum genera comprehenduntur, commendatur beneuolentia erga inimicos. Non satis esse, Apostolus inquit, mala malis non compensare, sed adiuuandos etiam esse inimicos a nobis, si ope nostra indigeant. Φωμί-
ζειν, hebr. לִחְיֵה *alere, cibum suppeditare*. Pf. LXXX, 6. Sap. XVI, 20. Hesych. τρέφειν. τῆτο γὰρ — κεφαλὴν αὐτῷ) Prou. XXV, 22. *Id si feceris, dolorem ipsi iniicies maximum.* R. Leui filius Gerson ad 1. Prou. *Haec enim res male habebit eum, quasi carbones intulisses in caput eius, ad urendum eum; quia maxime eum pudebit, beneficium a te accepisse, loco mali, quo te affectit.* Alii: *Si alter illa tanta tua patientia et beneficentia non redierit ad mentem meliorem, grauis ei impendet poena.* Verum, si quid uideo, non necessè est, ut phrasin prouerbialiam,

(cuius sensus est: *facere ut quis atrocissimis doloribus excrucietur*) de poenis diuinis intelligamus. Ἐπὶ τ. κεφ. αὐτῶ, וְאֵת לֵב י. e. ἐπ' αὐτῶν.

21. μὴ νικῶ — τὸ κακῶν) *Ne uincaris iniuriis (tibi illatis) sed uince beneficiis malitiam* aliorum. Per τὸ κακῶν, *malum, damna, iniuriae*, quas ab hostibus patiuntur pii, per τὸ ἀγαθῶν uero *beneficia* intelliguntur, quae pii etiam hostibus suis praestant. *Vincerentur* pii, si iteratis hostium iniuriis fatigati, ad ulciscendas easdem rapi se paterentur. Τὸ κακῶν uero, siue *malitia* hostium, beneficiis uincitur, si illi diu oblectati iram et odiam deponere, et a malis inferendis desistere tandem coguntur. Seneca de ira, II, 32. *Non enim ut in beneficiis honestum est merita meritis reperfare, ita iniurias iniuriis: illic uinci turpe est, hic uincere.* Idem de beneficiis VII, 31. *Vincit malos peritax bonitas, nec quisquam tam duri infestique aduersus diligenda animi est, ut etiam ui tractus bonos non amet.*

CAP. XIII.

1. Πᾶσα — ὑποτάσσέσθω) *Quisque summis magistratibus obediat.* Ἐξουσίαι, *magistratus*, quos interdum Latini etiam uocant *potestates*. Plinius Paneg. 59. *Nam praeter id, quod est arduum, duas easque summas simul capere potestates* (nempè consulatum et principatum.) Ammianus Marcellinus, Lib. XXV, 4. *absque his, (fundis,) quos uelut iure uendidere praeteritae potestates.* Quum autem hic additum sit ὑπερεχέσασαις, intelligendi sunt *summi magistratus* in uniuersum, ac inprimis *Imperatores Romani*. Nam ὑπερέχειν dignitatis quandam praestantiam praee aliis indicat.

Igitur

Igitur ἀξίωσαι ὑπερέχουσαι idem quod apud Iosephum B. I. VII, 11, 1. δι' ἀρχόντες τοῖς ἀξιωμασι, *Principes, et magistratus summi, qui prae ceteris dignitate potestateque conspiciendi eminent.* Sap. VI, 5. δι' ὑπερέχοντες sunt *reges et proceres.* 1 Tim. II, 2. Sequitur paraenesis ad obsequium magistratibus quibusuis, etiam iniquis praestandum. Quam necessaria fuerit ista admonitio, discimus ex historia. Nam sub imperio Claudii et Neronis innumeri fuerunt ciuium, qui horum Imperatorum dominationem exosi, imperium eorum detrectare, resque nouas moliri conarentur. Inde factum est, ut Caligula morte uiolenta, Claudius ueneno, et Nero denique non feliciori fato, de medio tolleretur. Et iam antea Iudaei, Romae commorantes, ob tumultum concitatum sub imperio Claudii, ex urbe erant eiekti. Act. XVIII, 2. Sueton. in Claud. c. 25. Hanc doctrinam, Imperatoribus non esse praebendum obsequium, Iudaei sine dubio hauserunt e doctrina Pharisaeorum. Ioseph. A. XVIII, 2, 4. εἰ γὰρ — θεῷ) *Neque enim magistratus officium nisi a Deo est.* Ipsa magistratus institutio a Deo est. Non sine singulari quadam prouidentia diuina magistratuum dignitas orta est. ἀι δὲ ἔσται — ἐστίν) *Quare etiam qui nunc sunt magistratus, a Deo sunt constituti.* Nam Deus populos etiam a principibus improbis regi permittit, si uelit castigare peccatores.

2. ὡς — ἐνθέσηκεν) *Ἄντιτάσσεισθαι, per uim se opponere.* Διαταγή τοῦ θεοῦ, *institutum diuinum.* Beretchit R. Sect. 94. *Quicumque se opponit regi, idem est ac si se opponeret maiestati diuinæ.* ἑαυτοῖς κρίμα λήφονται) *Suam poenam ferent* Matth. XXIII, 14. Solent uerba de rebus bo-

nis ad malas transferri. 'Εαυτοῖς, *sua culpa*. Punientur autem tum a magistratibus, tum alia ratione a Deo ipso.

3. οἱ γὰρ — κακῶν) *Magistratus enim non sunt formidandi recte agentibus, sed delinquentibus.* Φόβος pro φοβεροῖς, eleganter. Sic Menander apud Stobaeum ferm. 71. dicit: ἐστὶ δὲ γυνὴ λέγουσα χρῆς· ὑπερβάλλων φόβος, *wulver verbis benigna maxime timenda est.* In sequentibus est metonymia effecti pro causa; nam opera ponuntur pro operantibus: ἀγαθῶν ἔργων, i. e. τῶν τ' ἀγαθῶν ἐργαζομένων. καὶ ἕξεις ἔταινον ἐξ' αὐτῆς) *Probabit te, tanquam civem bonum.* Saepe etiam ἔταινος et τιμὴ de praemio dicitur. Dicent: *Bonus est uir Caius Seius, tantum quod Christianus,* ut est apud Tertullianum. Quum haec scriberet Paulus, non saeuiebatur Romae in Christianos. Etiam Iudaei Romam redierant.

4. θεὸς γὰρ — ἀγαθῶν) *In tuum enim commodum constituti sunt magistratus a Deo.* εἰ γὰρ — φορεῖ) 'Οὐ γὰρ αἰκὴ est λιτότης, pro: *gravi de causa gladium gerit.* Romani Imperatores pugionem gerebant, quod ius uitae necisque civium interpretatur Tacitus Hist. III. Sueton. Vitell. 15. *assistenti consuli exsolutum a latere pugionem, uelut ius necis uitaeque civium reddebat.* ἔκδικος — πρᾶσσοντι) *Qui scelestos seuerè punire debet.* Ἐκδικος, pro particip. ἐκδικῶν. 'Εἰς ὀργήν, meton. in poenam, h. l. redundat.

5. διὰ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι) *Hinc patet obedientiae praestandae necessitas.* Διὰ τὴν ὀργήν, *poenae metu.* Διὰ τὴν συνείδησιν, *conscientiae causa,* quia Christus praecipit, Matth. XXII, 21.

6. διὰ — τελεῖτε) *Propter hoc enim etiam tributa soluitis.* Ὁ φόρος tributum denotat, quod personis s. fundis imponitur, et idem fere est, quod κήσος, ut Luc. XX, 22. coll. Matth. XXII, 17.

Λειτουργοὶ (uid. not. ad Luc. I, 23.) sunt *magistratus ipsi*, seruata propria significatione, qua λειτουργός est *minister publicus. Constituti a Deo, ut utilitati publicae consulant.*

εἰς αὐτὸ τῆτο προσκαρτεροῦντες) *Qui hoc ipsum assidue curant, s. curare debent, sc. ut se tanquam Dei ministros in curanda ciuium salute et felicitate gerant.* Tacitus³ Hist. IV, 74. *Nec quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt.*

7. τὰς ὀφειλάς) *Quaecunque ipsis debentur, non regibus tantum, sed et praesidibus, procuratoribus, publicanis et ministris regum.* τῶ τῶν φόρον, τὸν φόρον) i. e. τῶ προσηκουτι λαβεῖν τὸν φόρον, ἀπόδοτε τὸν φόρον. Cf. u. 6.

τὸ τέλος) *Veſtigal*, quod pro mercium transportatione soluitur. Strabo Lib. II. *ἐνάγκη γὰρ μειῶσθαι τὰ τέλη, φόρων ἐπιβαλλομένων, necesse enim est, ueſtigalia minui, si tributa imponuntur.* τὸν φόβον, τὴν τιμὴν) *Timorem* Hebraeorum more uocat obedientiam; *honoris* autem nomine intelligit reuerentiam, quam magistratui habere par est. Aliis τιμὴ sunt *officia erga aequales*, ut I Petr. III, 7.

8. μηδενὶ — ἀλλήλους) *Quod ceteros homines attinet, qui non sunt magistratus, nihil cuiquam debetis, quam mutuum amorem.* Est autem argute et eleganter dictum. Cetera debita soluuntur, nec manent; dilectionis debitum semper et soluitur, et manet. Alii ὀφείλετε in Imperatiuo explicant: *Exsoluite nos quolibet officio aliis debito, ex-*

cepta mutua benevolentia, qua nempe nunquam penitus exsolui potestis. δ γὰρ — πεπλήρωκε) *Nam qui alterum amat, id, quod in lege summum est, praestat.* Summa legis, quatenus officia erga homines praestanda praecipit, continetur praecepto de *amore*, uel mutua benevolentia, Matth. XXII, 39. 40. Gal. V, 14. Iac. II, 8.

9. τὸ γὰρ) Sc. εἰρημένου, ἢ γεγραμμένου. Vel δικτυκῶς ponitur, quemadmodum solet articulus generis neutrius. καὶ εἰ τις ἑτέρα ἐντολή) Nempe eiusdem naturae, id exigens, quod alter debemus alteri, puta honorare parentes, et alia, quae sunt in lege, sed extra Decalogum. ἀνακεφαλαῖονται) *Continetur*, ἢ comprehenditur hac ueluti summa. Comprehenduntur illa legis praecepta in isto Christi praecepto Matth. XIX, 19. ut pars in toto, multas etiam alias partes habente. Ἐν τῷ τῷ λόγῳ, ἢ. e. *in hac sententia, γνώμη*, uel etiam *in hoc praecepto*; nam sic Hebraei רבך eximie usurpant.

10. ἡ ἀγάπη — ἐργάζεται) *Dilectio*, ἢ. e. *is qui alterum diligit*, (abstractum pro concreto, δ ἀγαπῶν) *alteri nihil facit mali.* Si nihil mali, ergo nec matrimonium eius, nec uitam uiolabit, nec res furripiet. πλήρωμα ἢ νόμος ἡ ἀγάπη) *Ergo, qui alterum amat, id, quod in lege summum est, praestat.* Πλήρωμα νόμος ἢ. l. est illud legis praeceptum, quod cetera omnia in se comprehendit.

11. καὶ τῆτο) ἢ. e. *praesertim*, καὶ μάλιστα, καὶ τοσούτω μᾶλλον, *idque eo magis.* His uirtutibus, inquit, eo magis operam dare debetis, quo maior uobis data est oportu-

portunitas. *εἰδότες τὸν καιρὸν*) Considerantes, quale iam sit tempus, qualis opportunitas. *ὅτι ἄρα — ἐγερθῆναι*) *Tempus nimirum adesse a somno expergiscendi*, i. e. abiiciendi tarditatem in explendis pietatis christianae officiis. *νῦν γὰρ — ἐπισύσαμεν*) *Nunc enim pluribus salutaris doctrinae cognoscendae auxiliis utimur, quam eo tempore, quo primo fidem Christo dedimus.* Ἐγγύτερον h. l. usurpatur ut ἐγγὺς Rom. X, 8. Σωτηρία autem metonymice ipsam salutis cognitionem, siue Evangelium denotat. Πιστεύειν h. l. est fidem dare Christo. Verba enim talia interdum initium, interdum progressum, interdum exitum significant. Sensus igitur uerborum est: Decet nos eo magis tarditatem omnem in colendis pietatis christianae officiis deponere, quo maiora nunc quidem apud nos sunt salutaris cognitionis incrementa, postquam nempe tantum temporis praeterlapsum est, ex quo fidem Christo dedimus, διὰ χρόνον, ut ait Hebr. V. 12. Alii τὴν σωτηρίαν intelligunt omnem felicitatem in regno Messiae olim expectandam. Diceret igitur Apostolus, operam dandam esse uirtutibus, propter prope instantem Christi in terram reditum, atque cum eo uitae melioris felicioresque auspicia. Sed aptior sequentibus est prior explicatio.

12. ἡ νύξ — ἤγγικεν) *Nox nunc fere praeteriit, dies autem iam appropinquat.* Προκόπτειν est, maximam partem iam confecisse. Iosephus de B. I. IV. 4, 6. καὶ δὴ τῆς νυκτὸς προκοπτομένης, καὶ τὸ χειμῶνος ἐπακμάλλοντος, κοιμίζει μὲν τὰς ἐπὶ τῇ γῆ ὄρεας, enimvero, quum iam multa nox esset etc. Nox est tempus ignorantiae

tiae rerum diuinarum, quae non tantum apud gentiles erat, sed et Iudaeos inuaserat, Io. I, 5. Nunc autem Romanis ad Christum conuersis affulserat *lux doctrinae christianae*. Qui totum locum ad futura regni Messiae tempora referunt, uerbum ἤγγικον, seruata praeteriti significatione, uertunt: *propius iam accessit ad nos*. Idem νόκτα symbolum *uitae humanae flagitiis et calamitatibus funestae*, ἡμέραν uero symbolum *uitae uirtute et felicitate insignis*, qualis in regno Messiae expectari potest, interpretantur. Durius, si quid uideo. ἀποδυόμεθα ἐν τὰ ἔργα τῆ σκοτίας) i. e. *exuamus pristini temporis uitiositatem*. Τὰ ἔργα τῆ σκοτίας, opera, quae in tenebris peragi solent. Ouidius Amor, I, 6. 59. Nox et amor uinumque nihil moderabile suadent. Tacitus H. IV, 36. omnem pudorem nox ademerat. καὶ ἐνδυσόμεθα τὰ ἔπλα τῆ φωτός) i. e. *induamus christianae uirtutis ornamenta*. Τὰ ἔπλα, *instrumenta, arma, sed et uestes*. Proprie itaque sunt uestes, quibus interdum induimur; improprie autem eiusdem uitae institutum, quod decet homines luce Euangelii illustratos, τὰ ἔργα τῆ φωτός. *Theodoretus: ἔπλα φωτός τῶν ἀγαθῶν τῆ ἐνέργειαν*.

13. ὡς ἐν ἡμέρα, εὐσχημένως περιπατήσωμεν) *Vitam igitur honestam agamus, qualis lucem diurnam decet*. Σχημα saepe de uestibus adhibetur, de iis praesertim, quibus uti solebant, qui in theatris aut alibi aliorum repraesentabant personas. Plaut. Amphitr. in Prologo u. 116. Hinc petita translatio, ut εὐσχημόνως dicerentur, qui decentem quandam ueluti induebant personam, et morum studebant honestati, illustria imitantes exempla. μὴ κώμοις καὶ μέθαις)

μείθαις) *Non comissionibus et computationibus dediti.*
 Hesychius: κῶμος, τὰ ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ἄσματα. *Lucian.*
bis accusat. 16. et 17. μεθ' ἡμέραν, ἐκώμαζε διὰ τῆς
ἀγορᾶς μέσης, ψαλτρίαν ἔχων καὶ καταδόμενος
ἕωθεν εἰς ἑσπέραν, μεθύων ἀεὶ καὶ κραιπαλῶν, καὶ τὴν
κεφαλὴν τοῖς κεφάλοις διηνηθισμένος. In his comissionibus
 et discursionibus nocturnis mares foeminarum et hae ma-
 rium uestes et personam induere poterant, quod adeo fre-
 quens erat, ut id neglectum maioris impudentiae esse
 putaretur. Demosthenes de *fals. legat.* Cerybionem exse-
 crandum hominem uocat, ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς ἀνευ τῆς
 προσώπειου κωμάζει, qui in festis absque persona
 comissetur. Κῶμος grauius peccatum est quam μέθη.
 μὴ κίτοις καὶ ἀσελγείαις) *Non scortationibus et lasciuuis.*
 Hesychius: ἀσελγεία, πορνεία. Κοίτη, alias cubile,
 hic concubitum denotat. Sic Pindarus *Pyth. II. u. 38.*
 dicit: ἢ ἐτέρῳ λέχει δαμαλιζομένην, ἐννύχιοι παράγον κοῖται;
num illam in alio lecto lasciuientem nocturni peruerterunt
concubitus?

14. ἀλλ' ἐνδύσασθε — χριστὸν) *Sed imitamini Christum,*
 similes illi fieri studete. Sic apud *Dionys. Halic. Ant.*
L. XI. Appius et reliqui decemuirii uocantur ἕκῃτι μετριά-
ζοντες, ἀλλὰ τὸν Ταρκύνιον ἐκεῖνον ἐνδύμενοι non
amplius modum seruantes, sed Tarquinium illum induentes,
 i. e. imitantes. Petita est locutio ab illis, qui in thea-
 tris aut alibi aliorum personam induentes, eorum actiones
 imitari atque exprimere studebant. καὶ τῆς σαρκὸς —
 ἐπιθυμίας) *Et corporis curam agite sic, ut cupiditates*
non incendantur. Ex Hebraismo σὰρξ h. l. pro σῶμα

ponitur. Eandem sententiam Iosephus Ant. VIII, 13, 8. ex loquendi more Veterum Graecorum ita expressit: ἐπὶ τὴν τῆ σωματος πρόνοιαν τρέπεσθαι, ex quo loco etiam patet, τῇ προνοίᾳ σώματος indicari curam corpori habendam, quum quod ad habitum, tum quod ad uictum. Ἐἰς ἐπιθυμίας, i. e. usque ad cupiditates, s. libidines. Per cupiditates autem hic non tantum uitia animi, sed et ipsa facta externa intelliguntur, qualia u. 13. nominantur. 1 Petr. IV, 2. 3. 1 Io. II, 16. Videtur autem Paulus eo consilio curam corporis Romanis suis praecepisse, ne, ut multi inter Iudaeos faciebant, corpus ergastulum quoddam et animi impedimentum, atque adeo durius habendum omnique modo affligendum putarunt, quae peruersa opinio sectam Essenorum tenebat, de qua est apud Iosephum de B. I. II, 8.

CAP. XIV.

I. **V**t sequentia recte intelligamus, notanda sunt haec: Iudaei multi ad Christum conuersi, omni modo seruare uolebant, et aliis seruanda imponere praecepta Moſis, etiam ritualia, Act. XV. et uocatos ex gentibus ista praecepta non seruantes auersabantur. Contra uocati e gentibus, concilii datae per Christum libertatis, Iudaeos Iudaice uiuentes defugiebant, et ut imperitos spernebant, unde secuturum erat schisma, mire in ipsis initiis obstiturum Euangelii progressibus. Huic malo ut occurrat Paulus, mediam instituit uiam, et Iudaeos, qui in Christum crediderant, monet, ita sequantur suam opinionem, ut a damnandis aliis, aliter sentientibus, abſtineant; ex gentibus uero

nero uocatos, ne illos, quanquam Iudaice uiuentes, ut imperitos spernant. A uulgari aliorum sententia discedit Ven. KOPPE, et per *infirmos fide* intelligendos esse putat eos inter Christianos, qui seueriori Essenorum disciplinae addiēti, *carnibus* uel *omnino*, uel saltem *certis quibusdam diebus*, abstinendum putarent. Certum est, admodum frequentatam fuisse eo tempore abstinētiā a carnibus inter Iudaeos, Graecos et Romanos, quod etiam multis ueterum locis probat uir doctissimus. Et quum *Romae* etiam fuerint Iudaei, huic seueriori disciplinae addiēti, ut patet ex *Iosephi* loco, statim u. 2. a nobis commemorando, huius generis homines, si non unice hic intelligendi, includendi tamen esse uideri possent. Sed contra hanc sententiā recte monet MORUS, (in dissertat. theolog. et philolog. p. 220. *) qui monentur in hac re esse concordēs, eos fuisse homines, qui e paganis Iudaeisque in eundem coetum coierant; horum autem discordiū non pependisse e quaestione, an quis ex opinionibus philosophicis abstineret uno alteroque cibo; sed, an propter Mosaicam legem abstineret. Egregia etiam est eiusdem. Viri docti obseruatio: (lib. cit. p. 228. *) in N. T. libris ibi contra merum Iudaismum dici, ubi Iudaicae legis uis in decernendo delectu ciborum sublata dicitur, et ostenditur male agi, quod ea uis adhuc inculcetur Christianis; e contrario ibi contra opiniones Iudaismo additas, delectum illum commendantes, dici, ubi defensio huius delectus niti dicitur nugis et affectatione insignis sapientiae aut pietatis. Tota haec Viri egregii disputatio (*exemplum cogitandi de religione, nominatim de officiis, ex cap. XIV Epistolae Pauli ad Romanos depromptum,*) digna est lectu, et ad hanc rem illustran-

illustrandam multum facit. τὸν — προσλαμβάνεσθε) *Eum, qui infirmus est in fide, i. e. non satis accuratam cognitionem in quibusdam doctrinae capitibus consecutus est, benigne tractate* Πίσις h. l. non est fides saluifica, sed certa cognitio et persuasio in capitibus quibusdam doctrinae christianae. Theodoretus: τὸν ἀρθεύοντα δὲ τὸν ταῖς νομικαῖς παρατηρήσει δεδοσμένον καλεῖ. Προσλαμβάνεσθαι est *comiter, benigne tractare*, quemadmodum qui infirmus aut prostratus est, solet manibus aliorum porrectis subleuari; quo quidem sensu ἀντιλαμβάνεσθαι dicitur Luc. I, 54. μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν) i. e. *ne in ipsius sententiam curiose inquiratis, eamque seuerè damnetis.* Iac. II, 4. Διακρίνειν, *diiudicare*, Matth. XVI, 3. I Cor. VI, 5. Διαλογισμοί, *cogitationes*, Matth. XV, 19. aliisque locis. Nolite alios iniquius diiudicare, quasi malo animo id agant, quod agunt. Alii: καὶ μὴ διακρίνεσθε διὰ τὰς διαλογισμῶν, *nolite rixari propter opiniones*, uel: μὴ εἰς τὸ διακρίνεσθαι ὑμᾶς διαλογισμοῖς, pro: ἄνευ διακρίσεως καὶ διαλογισμῶν, (et uerbo διακρίνεσθαι et nomine διαλογισμοί *dubitando* significatione sumtis,) *nolite ullo modo dubitare, obne euch irgend ein Bedenken zu machen.*

2. ἴς — πάντα) *Sunt, qui credant, licere omnibus promiscue uesci.* Supple: ἕξεναι. Πάντα, i. e. omnis generis edulia, non *olera* tantum, ~~uerum~~ etiam *carnes*; Non amplius opus esse delectu ciborum, Mosis lege constituto. ἰ δὲ — ἐσθίει) *Infirmus autem i. e. exigua cognitione praeditus, oleribus uescitur.* Augustinus Exposit. ex Epist. ad Romanos 78. Quidam infirmiores uero abstinabant a carnibus et a uino, ne uel nescientes inciderent
in

in ea, quae idolis sacrificabantur. Omnis enim tunc immolantia caro in macello uenundabatur etc. Constat ex Iosepho (Vit. 3.) Romae isto tempore Iudaeos fuisse, qui pietatis causa non nisi frugibus uescerentur, propterea quod fruges et olera, etiam in terra gentilium per legem Iudaicam haud prohibita, tanquam cibum certissime mundum, unice sibi concessa crederent.

3. ὁ ἐσθίων — ἐξουθενῶ) *Qui uescitur*, nempe carnibus ex animalibus, netitis etiam in lege Moysis, *eum qui abstinet carnibus*, et oleribus contentus est, *non contemnat*, tanquam rudem et imperitum. καὶ ὁ — κρινέτω) Is uero, qui abstinet a carnibus non damnet eum, qui promiscuo uictu utitur, tanquam hominem improbum, atque poenis diuinis dignum. Κρινέτω, pro κατακρινέτω. ὁ Θεὸς γὰρ αὐτὸν προσελάβετο) *Nam Deus eum benigne excepit. Deus eiusmodi hominem*, utentem plane, aut non omnino utentem libertate christiana, tamen hoc *beneficio auxit*, ut eum adduceret admitteretque ad Christi coetum. Voluit ergo eum, religionis huius socium, reddere bonorum ei priorum participem. Huic consilio Dei et modo se gerendi erga illum hominem obsistit, qui talem Iudaeorum sinistre diiudicat, et culpae grauissimae coarguit: obsistit uero etiam Iudaeus, qui talem paganum, nihil se patriis Iudaeorum moribus adstringentem, uituperat et sceleris arguit.

4. οὐ — δικέτην;) *Quo tu iure audes seruum alienum damnare?* Non ad te, Iudaeae uel paganae, qui iniquius diiudicas alterum, pertinet iudicium de huiusmodi factis, sic cum religione coniunctis, sed ad solum Deum, ad quem unum omnis religio refertur. Vt ergo fas est in communi

uita feruum, in officiis titubantem, hero permittere: sic haud paullo magis decet, cultorem Dei (δῦλον Θεῷ) Deo permittere, qui unus aestimare debet, titubetne ille ipsius cultor, et quare; an recte praestet officium, et animo bono, et fedulo. Τῷ ἰδίῳ — εἴσαι αὐτόν) Siue (in talibus rebus) *certus animi recte agat, siue incertus erret, non semper incertus errabit. Potest enim Deus eum certiozem reddere*, atque ei sic ab errore cauere. Στήκειν h. l. dicitur, qui certus animi, persuasus de sua sententia, recte agit; πίπτειν, qui incertus errat. Eum igitur, qui incertus errat, non semper erraturum esse, dicit Apostolus, (σαθῆσεται.) *Deus enim, (addit) potest eum εἴσαι, certiozem reddere.* Dicere poterat aliquis: At ei, qui libertate christiana utitur uel non utitur, non est persuasum de quo debebat, si Christianus uere dici haberique uelit. Respondet Apostolus: Deus eum certiozem reddere potest. Hoc tempus exspecta. Noli praecipitare rem et festinare, ubi Deus lentius progreditur. Fer modo illum haesitantem leniter, qui de reliquo necessaria officia non negligit, sed summam rei in exercitio religionis curat. Imitare Deum, etiam in talibus μακρόθυμον.

5. ὅς μὲν — ἡμέραν) *Ille aestimat diem prae die, dies quosdam iuxta legem Moisaicam prae ceteris sacros existimat; praefert sabbata, pascha, pentecosten, festum tabernaculorum, interlunia diebus aliis. Κρίνει aestimat, ut 1 Cor. II, 2. Sic κρίνω πολεμίς pro hostibus habeo, apud Demosthenem. Ἡμέραν παρ' ἡμέραν, diem prae die, quomodo παρὰ a LXX. haud raro sumitur. ὅς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν) Sc. Ἰσὴν. Hic uero quemuis diem*

diem aestimat, quemuis diem pariter sanctum habet, i. e. pietatis officijs destinatum. *Koppius* arbitratur, etiam his 5to et 6to uersibus eandem de abstinentia a carnibus uescendo sententiam, tantum quodammodo immutatam esse quaerendam, hac ratione usus, quod post u. 6. toto capite huius quidem dierum delectus non amplius meminerit Apostolus, contra uero ad priorem de *carnium abstinentia* locum saepius redeat u. 14. 15. 17. 20. 21. 23. Equidem non uideo, cur Apostolus, *alia etiam admonitione interposita*, ad priorem locum redire non potuerit. Pro certo sumit Vir celeb. fuisse iam tum inter Christianos, qui, *uulgo* quidem uesci carnibus non dubitantes, *certis tamen diebus*, (uelut *feria quarta, sexta et die Sabbathi*) abstinentum iis esse arbitrarentur. An uero certis argumentis hoc confirmari possit, ualde dubito. Accedit quod Apostolus u. 6. ipse distinguat utrumque genus disceptationum, et de diebus, et de cibis. *ἵκασος — πληροφορεῖσθαι*) *Quisque sit certus et firmus in sua sententia*, ne scilicet aliquid contra conscientiam, uel dubia mente agat. De uerbo *πληροφορεῖσθαι* cf. supra c. IV, 21.

6. ὁ φρονῶν τὴν ἡμ. τ. κ. φρονεῖ) Qui studiose obseruat dies, et pro festis habet, facit id in honorem Dei. *τῷ κυρίῳ*, i. e. *in honorem Domini*. Obseruat dies festos pio animo, quod hoc in Iudaeis Deo placere existimet. *κυρίῳ ὁ φρονεῖ*) *In honorem Dei non obseruat*; nihil aliud in hoc, quam honorem Dei respicit, quia benouit, Deum gentilibus talia nunquam praecepisse. Ὁ ἰσθίων, sc. *τάτα*, non tantum olera, sed etiam carnes. καὶ

εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ) Gratias nempe agebant Deo Iudaei et Iudaizantes, quod legem dedisset, et discrimen ciborum instituisset; quod testantur precandi formulae, etiamnum apud Iudaeos usitatae. Κυρίῳ ἐσθίμεν, quando in ciborum usu cogitamus agnoscimusque Deum, eorum auctorem atque conferuatorem, eundemque laeto et grato animo celebramus. Vbi ergo uideris aliquem, inquit Apostolus, omnium rerum conditori Deo pro alimentis gratias agentem, non negabis ab eo Deum in uniuersum recte coli. Ergo is, qui uestitur cibo, quem tu tangere non sustines, non minus probus te erit, quam eo se duci patiatur, quo praeter naturae prouidentiaeque cogitationem, doctrina christiana uocat. His ita cogitandis lenitas ingenerari debebat Iudaeis erga paganos, in alimentorum usu liberiores. Talis enim nuperus paganus, nunc Christianus, κυρίῳ ἐσθίει, refert id, quod alimenta habet atque sumit, ad Dominum; εὐχαριστεῖ τῷ κυρίῳ, communi et necessario fungitur officio. Sed idem illud nuperos paganos Iudaeis, in hoc genere adstrictioribus, mitiores reddere debebat, quam Iudaei quoque, quamquam suo modo, ederent uiuerentque Deo, neque tamen, quod aliter sibi persuadere non potuerant, minus probi essent probatique Deo.

7. ἑδὲς γὰρ — ἀποθνήσκει) *Nemo enim nostrorum (qui Christiani sumus,) suo arbitrio uiuere morique potest; rationem nempe uitae redditurus est olim Deo. 'Εαυτῷ τῆν* est *arbitrio suo uiuere et genio suo indulgere, nach seinem eigenen Belieben und Gefallen leben.* Apud Euripidem in Ione u. 646. Ion Atticae imperare ob coniunctas molestias recusans, ad Patrem oraculo sibi datum dicit:

dicit: ἵνα δ' ἑμαυτῷ ζῆν, *sine me mihi uiuere.*
 Ouid. T. III, 4. 4. *Viue tibi, et longe magna nomina*
fuge. ἕδεις ἑαυτῷ ἀποθνήσκει, *nemo sibi moritur;* nemo post
 mortem a Deo pendere definit; non potest tum, quum mo-
 ritur, definire, quam post discessum ex hac uita sortem ha-
 bere uelit, aut quid illi prodesse debeat sic potissimum ui-
 xisse. Non spectantur h. l. *mors* et *uita*, qua sunt in
 spirando, mouendo, sentiendo, aut in fine horum omnium;
 non quaeritur, quis nos et quando uiuere morique iubeat.
 Nam ex doctrina de prouidentia diuina, initium et finem
 humanae uitae moderante, nihil magnopere concludi potest
 neque ad iudicium de libertate christiana in alimentorum
 usu, de qua tamen unice h. l. sermo est, neque ad eius
 defensionem, neque ad lenitatem in ferendis aliis, qui secus
 sentiunt et agunt. Spectatur igitur *uita*, qua officiis con-
 stat, eamque olim iudicium sequetur; *mors* uero, qua est
 initium conditionis post hanc uitam, praeniam accipientis in
 utramque partem.

8. Ἐάντε γὰρ — τῷ κυρίῳ ἐσμέν.) *Siue enim uiuamus,*
Domino subsumus, siue moriamur, Domino subsumus; nempe
siue uiuamus, siue moriamur, a Domino pendemus. Con-
 tinuatur id quod dictum est u. 7. et aliis uerbis repetitur.
Domino uiuere dicimur eo sensu, quo illi ita subesse dici-
 mur, et ab eo ita pendere, ut eius legem, consilia, instituta
 faciamus normam statuendi agendique. *Domino mori* dicimur
 eo sensu, quod nos mortuos ita iudicabit tractabitque, pro-
 uti normam illam uel tenuimus uel negleximus. Vt Dominus
 normam agendi definiuit, ita lex praemiorum ab eodem fi-
 nita est. Vtrumque ab illo pendet. Est igitur necessi-

tudo hominum cum Deo, quae pertinet ad omnem uitam, ad omnia genera factorum, in quibus locus est conscientiae sui, proposito, caussis consiliisque, per quae cum religione coniunguntur. Addit Apostolus :

9. Ἐἰς τὸτο — κυριεύσῃ) *In hunc enim finem etiam Christus mortuus est, et in uitam rediit, et nouam (coelestemque) uitam ingressus est, ut supremum dominium in mortuos pariter ac uiuos exerceret.* Verba καὶ ἀνέστη desunt in nonnullis Codicibus, Versionibus non paucis et Patribus, et a librariis ex 1 Theff. IV, 14. huc translata esse uidentur. Confirmatur quod u. 7. et 8. dictum erat, nos uiuos et mortuos Domino subesse. Deus nempe Christum constituit iudicem uiuorum et mortuorum, cui rationem redditori sumus. Act. XVII, 31. 2 Cor. V, 10. Haec omnia autem eo consilio dicuntur, ut appareat, iudicium de huiusmodi factis, quae delectum ciborum concernunt, non pertinere ad homines, sed ad Deum, ad quem unum omnis religio refertur, et quicquid in hoc genere fiat, id ita iudicandum esse, prouti hoc, quod fieri et omitti in non necessariis potest, ab eo, qui facit uel omittit, ad Deum referatur, coniungaturque cum necessariis officiis, ne haec damnum capiant. Vnde concluditur, uti iudicium ne nostrum quidem sit, sic lenitate erga alios opus esse. Quare sic pergit Apostolus :

10. σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου;) *Tu uero, Christiane, legis ritus obseruans, quo iure damnas fratrem tuum, eosdem ritus non obseruantem? cf. 1 Cor. IV, 5.*
 ἢ καὶ σὺ — ἀδελφόν σου;) *Aut quo tandem iure tu, Christiane, liberum te a ritibus credens, fratrem tuum, tanquam imperi-*

imperitium, *contemnendum putas*, quod ius illud a Christo datum, nondum satis intelligat? πάντες — χριστῷ) Quid occupas Christi officium? Illius est, de occultis iudicare. Solus nouit, quantum cognitionis quisque acceperit, quantum ab eo pro talenti sui modo exigi debeat. Tribunal Christo, ut iudici, attribuitur etiam 2 Cor. V, 10. et stare solent, quorum causa tractatur. Solent autem res diuinae ad humanarum modum explicari.

11. γίγραται γὰρ) Ies. XLV, 23. Quae hic de Iehoua dicuntur, eadem ad Christum transfert Apostolus. ζῶ — θεῷ) *Ita ego uiuo, inquit Dominus, me flexis genibus omnes uenerabuntur, omnesque uoce sua Deum dominum profitebuntur.* Verba textus hebraici et LXX. interpretum paulo aliter sonant, sed sensus ab Apostolo recte expressus est. Apparet ex his uerbis, non hominem quempiam, sed Deum solum nostrum summum esse Dominum, eique soli tandem reddendam esse a nobis rationem.

12. ἄρα — θεῷ) *Ergo quisque nostrum uitae suae rationem Deo reddet*, quippe omnium Domino, et iudici. Δώσει pro ἀποδώσει. Περὶ ἑαυτοῦ de semetipso, num scilicet recte senserit nec ne, in illis, quae Dei causa fecit, u. 6.

13. μηκέτι ἔν ἀλλήλοις κρίνομεν) *Non igitur amplius alter alterum damnemus.* Periculosum enim id in rebus dubiis, quia, quale de alio iudicium tuleris, tale de te feretur, Matth. VII, 1. ἀλλὰ τῷτο κρίνατε μᾶλλον) *Sed hoc potius aequum et iustum iudicate.* In uerbis κρίνομεν, κρίνατε, est Antanaclassis. Nam priori membro

κρίνειν est *inique iudicare de altero*; posteriori autem *statuere apud se.* τὸ μὴ — σκάνδαλον) *Ne offendiculum uel impedimentum aliquod fratribus obiciatis.* De uoce σκάνδαλον, uidi. notata ad Matth. V, 29. Aliam rationem affert Paulus, cur lenitate fit utendum in diiudicandis aliis, delectum ciborum probantibus uel improbantibus, et cur nemo suam de hac re sententiam aliis, ut necessariam omnibus, obtrudere debeat. Huiusmodi nempe iniquioribus iudiciis et agendi modis alios facile posse eo adduci, ut contraria suae persuasioni agant, et contra conscientiam peccent.

14. ὅτι — Ἰησοῦ) *Equidem scio et persuasus sum per doctrinam Iesu Christi (edoctus.)* Ἐν, *per*, ut saepissime. ὅτι ἕδὲν κοινὸν δι' ἑαυτῶ) *Nullius tibi usum illicitum esse per se, i. e. natura.* Κοινὸν, hebr. נָדָו, *impurum, cibus quo uesci est nefas.* Supponit autem, nullam esse de ea re gentibus legem datam; et ab Iudaeis ablatam iam ante ostenderat. εἰ μὴ — κοινὸν) *Si autem illicitum putaueris, et tamen uescaris, delinquis.* Quod Paulus dicit, cibos iis tantum impuros illicitosue esse, *qui eos tales censeant*, id non ita intelligendum est, ac si iudicium de facto licito aut illicito ab opinionis, temere aut speciose conceptae lubitu pendeat. Nempe ὁ λογιζόμενος βρώμα κοινὸν non est is, qui arbitratum suum sequitur, et opinionem suam pro norma habet, sed Iudaeus ullus aliquis, cui *propter suam legem patriamque religionem* adhuc persuasum est, uitanda esse quaedam ciborum genera; aut paganus, ad christianam religionem traductus, sed in hac parte *Iudaeis obtemperans*, nec uti libertate christiana sustinens. Huiusmodi igitur
Christia-

Christianus sequi debet tam diu sententiam suam de libertate adstrictiore, quam diu eam nondum potest abiicere, et contrariam tueri.

15. εἰ δὲ — λυπεῖται) *Quodsi uero alter per tuam uescendi licentiam tristitia afficiatur, i. e. si tuam libertatem ita defendas, ut ipsi imperitiam exprobres, qua exprobratione afficiatur tristitia. Alii: Si uero alter per tuam uescendi licentiam miser reddatur, nempe dum tuo exemplo incitatus uescitur ipse, ficque in peccandi aerumnas et miseriam delabitur. Λυπεῖται, i. e. σκανδαλίζεται. εἰ ἔτι — περιπατεῖς*) Non ita uiuis, ut lex de diligendo proximo poscit. Nam dilectio non tantum uult tolerari eos, qui nondum omnia peruidet, sed etiam illorum bono libertatem nostram circumcidi. μὴ — ἀτιθέμεν) Perdimus autem fratrem, si eum ad peccatum contra animi conscientiam committendum nostro exemplo seducimus.

16. μὴ — ἀγαθόν) *Cauete igitur, ne religio uestra calumniis aduersariorum exponatur. τὸ ἀγαθόν h. l. religionem christianam denotare uidetur, ἡ βασιλεία θεῶν, ut mox dicitur. Chrysostomus et Theodoretus τὸ ἀγαθόν h. l. interpretantur τὴν πίσιν. Alii libertatem Christianam intelligunt. Μὴ βλασφημείσθε, nempe apud eos, qui lites uestras mutuas audiunt. Facile enim religio uestra in contemptum et odium adduci possit.*

17. εἰ γὰρ — ἀγίω) *Nam in regno Dei (religione christiana) non spectatur cibus et potus, sed uirtus, et concordia, et ea mentis laetitia, quam Spiritui sancto (sensui animoque christiano) debemus. Ἡ βασιλεία τῶν θεῶν, coetus Dei, coetus Christianorum, religio, quae in eo exer-*

cetur et exerceri debet. Hic coetus, et religio quae in eo exercetur ἐκ ἐστίν βρώσις καὶ πόσις, non quaeritur, spectatur in eo cibus et potus. Similis phraſis est 1 Cor. IV, 20. Sensus est: Non quaeritur in religionis huius exercitio, quid quisque potissimum edat et bibat, et quibus alimentis abſtineat. Spectatur et postulatur potius in religionis huius exercitio δικαιοσύνη, uirtus, mentis uitaeque probitas; εἰρήνη, concordia, quae nihil disceptat super illis cibus, neque fecus agentes carpit aut recutat ferre, καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, et laetitia per Spiritum sanctum effecta. Quid sit πνεῦμα ἅγιον supra c. VIII. dictum est. Nempe per doctrinam christianam sic conformantur animi eorum, qui illa recte utuntur, ut ea sciant, sentiant, agant, unde laetitiae tranquillitatisque causſae quamplurimae suppeditentur; spectatur hoc, ut iis religio sit fons uberrimus constantis certaeque laetitiae.

18. ἐν τοῖς) *Per tales actus*, harum uirtutum exercitio. Δεξιῶν τῷ Χριστῷ, colens Christum eiusque doctrinae obsequium praestans. Eiusmodi homo, (in sequentibus dicit Apostolus,) Dei fauorem sibi polliceri poterit, et laudem ab hominibus piis. His ita quaerendis praestandisque colitur Christus, sentitur et uiuitur accommodate ad huius doctrinam, Dei que fauor et hominum approbatio tenetur; neque adeo, ubi haec exercitii summa fuerit, ibi quaeritur, quo quis potissimum genere alimentorum utatur.

19. ἄρα — ἀλλήλων) *Ergo seruandae concordiae et promouendae utilitatis mutuae studioſi ſumus.* Theodoretus

δικοδομὴν interpretatur ὡφελείαν: Προσήμε ἡμᾶς — τῆς

ἀλλήλων

ἀλλήλων ὠφελείας ἕνεκα πάντα ποιεῖν. Τὰ τῆς δικοδομῆς, quae faciunt ad communem utilitatem et felicitatem.

20. Μὴ ἕνεκεν — τῷ Θεῷ) *Noli propter cibum impedire opus Dei.* Τὸ ἔργον τῷ Θεῷ h. l. est diuinum consilium propagandae nunc religionis, omnibus gentibus communis, quod Deus post reditum Christi in uitam exsequi uoluerat, et ipso illo tempore exsequi coeperat. Cf. c. XV, 5-15. Hoc Dei consilium teneri non poterat, nisi dissepimento Moisaicae oeconomiae remoto. (Eph. II, 14.) Non igitur debebat huius oeconomiae necessitas ita urgeri, ut illi alteri consilio communis religionis propagandae obstaret. Hanc enim necessitatem qui acriter defendebat, is impediabat hoc opus Dei, i. e. efficiebat, ut haec religio non omnibus communis fieret, uel tardius, uel ad pauciores propagaretur, uel his ad quos peruenerat, non eos afferret fructus, quos et poterat et debebat. Vid. MORUS l. c. p. 221. f. Πάντα μὲν καθαρὰ) Πάντα sc. βρώματα. *omnes cibi sunt puri; usus eorum est licitus.* Quum nempe *natura* cibi spectatur, praeter eius uim sanitati noxiam, de qua tamen nunc plane non est sermo, nihil uel cogitando intelligi potest, quare uetitis illicitisque rebus accensendus sit, eiusque usus dici possit officio repugnare. Ἄλλὰ κακὸν — ἐσθίουσι) *Sed malus est (cibus) homini, qui eo cum offensione utitur.* Κακὸν, sc. τὸ βρῶμα. Διὰ προσκείμεματος, *cum offensione*, sc. conscientiae suae. Peccat, si contra, quam ei persuasum est, agat, quia nefas est, mente aliquid improbare, et tamen facere. Vid. infra u. 23.

21. καλὸν) *Melius est.* Positiuus pro Comparatiuo, ut Matth. XVIII, 8. 9. Quicquid potius nobis sustinendum

dum est, quam ut factō nostro non necessario fratrem in ruinam impellamus. μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σε προσκόπτει) *Supple: facere.* Et ἐν ᾧ ualet *per quod.* ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ) *Aut ad peccatum incitatur, aut dubius redditur.* Si importune instas, ut frater ex Iudaeis edat cibos lege Mosis uetitos, uel exemplo tuo moues, ut edat, agit ille contra dictamen conscientiae suae, et tu ipsum ad peccandum adigis, uel animum eius dubium reddis.

22. οὐ πῶς ἔχεις) i. e. εἰ οὐ πῶς ἔχεις. Πῶς hic est persuasio ea, per quam quis credit, licitum esse id, quod facit; assensus conscientiae. κατὰ σεαυτὸν ἔχει ἐνώπιον θεῶ) *Retine hanc persuasionem apud teipsum coram Deo,* i. e. tunc uteré, quum alium non habes testem, quem offendas. Caue, ne ea superbias in detrimentum aliorum, et quidem infirmiorum. μακάριος — δοκιμάζει) *Felix, qui seipsum non damnat, in ea re quam praefert,* i. e. quam agendam suscipit. Δοκιμάζειν et κρίνειν opponuntur, ut *probare et improbare, exprobrare sibi aliquid.*

23. ὁ δὲ διακρινόμενος, εἰδὼν φάσκει) *Qui autem haesitat, quum nescitur,* sc. cibis in lege Mosis uetitis, an nempe licitum sit iisdem nesci, uel minus. κατακρίνεται) i. e. ἀμαρτάνει, peccat et reus fit. ὅτι ἕκ ἐκ πῶς) Sc. hoc facit. Quia non cum firma persuasione nescitur, licitum esse quod facit. τῶν δὲ — ἀμαρτία ἐστίν) *Quicquid autem non fit certa animi persuasione, licitum id esse, uel conscientia adstipulante, peccatum*

tum est. Quisquis enim facit id, quod mente improbat, is uersatur in perpetuo, e sua quidem sententia, male agendi et contractae culpae sibi exprobrandae periculo. Hoc monitum Iudaeos, qui Christiani facti erant, spectat, ne aliorum exemplo id facerent, quod ipsi aut licitum non putabant, aut de quo certe ualde dubitabant. Post haec uerba sequuntur commata tria c. XVI, 25. 26. 27. in cod. Alexandrino, et in codicibus minutis litteris scriptis tantum non omnibus, in Lectionariis graecis, Syra Poster. Arab. polygl. Arm. Slaunonica; Codd. apud Ruffinum, Chryf. Theodoret. Damasc. Theophyl. Oecum. Theodul. Praeterea, reliqua usque ad finem Epistolae cuncta dissecuit Marcion. Nec satis certum, an in exemplari epistolae ad Romanos ea legerit Tertullianus. Videtur Paulus primum hic finire uoluisse epistolam, sed postea aliquanto plus, quam sperauerat, naetus temporis, alia quaedam adiecit. *Semlerus* existimat, ea, quae cap. XV. et XVI. hodie efficiunt, non nisi appendices esse, Epistolae huius lateribus a Paulo separata in schedula scriptas, non ut partem epistolae ad Romanos sed catalogum salutandorum per iter. Hanc schedam, etsi ad Corinthios propter argumenti indolem pertineret, tamen propterea, quod olim cum Epistola ad Romanos a Paulo missa esset, finiente Sec. II. quum ordo epistolarum omnium a Catholicis institueretur, eidem epistolae adiectam esse, ne interiret, quum ipsis commodiori loco nullo collocari posse uideretur. Cf. quae *Io. Chr. Frid. Schulz* ad *Bowyeri* Coniect. in N. T. p. 385. sqq. contra hanc sententiam monuit. Vid. etiam Ven. *Koppe* Excurs. II.

CAP. XV.

I. **Ο** Φείλομεν — βαράζειν) i. e. debemus autem nos, qui sumus prouerbiosiores in rerum diuinarum cognitione, rudiores patienter ferre, et ad eorum imbecillitatem nos accommodare. Arcētissime cohaeret hoc caput cum n. 22. capituli superioris, nec ab eo seiungi debebat. Proprie δὲ δυνατοὶ sunt *robusti*, qui bene ualent, et opponuntur τοῖς ἀσθενέσι, *aegrotis*, quod multis locis probat *Wetstenius*. Nunc si quis pedibus aeger est, non ideo contemnimus ipsum et uituperamus, sed gestamus potius et adiuuamus. Si quis morbo decumbit, etiam consulimus, ut a carnibus abstineat. Quid si animo aeger et infirmus sit? Annon tunc potius eius misereri et uicem eius dolere, eumque ferre iustum est? Sunt igitur δὲ δυνατοὶ *intelligentiores*, ἀδυνατοὶ uero *imperitiores*. καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν) *Nec nobis ipsis placere*, ita scilicet, ut fratres infirmiores contemnamus, et nos ipsos super eos efferamus. *Wir sollen uns nicht zu viel einbilden*. Iuuenal. X, 41. *Et, sibi consul ne placeat, curru seruus portatur eodem*. Petron. 26. *Rogo, inquam, numquid illa, quae me amat, tu es? Multum risit ancilla — et nolo, inquit, tibi tam ualde placeas.*

2. ἕκαστος — δικοδομήν) *Vnusquisque nostrum alteri gratificetur ita, ut eius commodum utilitatemque promoveat*. Ἀρεσκίτω, i. e. ζητείτω ἀρέσκειν. Ne autem quis putet, in rebus omnibus, etiam non honestis gratificandum esse proximo, addit Apostolus: εἰς τὸ ἀγαθόν, sc. ἀγαθόν. Ὀικοδομή, *utilitas*, ut alter melior euadat.

3. καὶ γὰρ — ἤρεσεν) i. e. Neque enim Christus suum honorem quaesuit, sed Patris. ἀλλὰ) *Supple: fecit,*

f. tole-

f. tolerauit. Verbis e Psalmo desumptis maluit quam suis exprimere sententiam: ὁ Χριστὸς ὀνειδισμῶς ἀνθρώπων ὑπέμεινε. καθὼς γέγραπται) Id, quod scriptum extat, sc. Pf. LXIX, 10. Haec nempe carminis ueteris sententia egregie quadrat in Christum. δι' ὀνειδισμοῦ — ἐπ' ἐμέ) *Conuitiis eorum, qui te conuitiuntur, obruor.* Dicit se obrui conuiciis hominum, non bonorum, sed Dei inimicorum et aduersariorum; opprobriis, quae ipse culpa sua non esset commeritus, sed quae omnia in Deum referantur, nec ob alia fiant quam ob ea, quae ipse ex Dei uoluntate et praecepto faciat. Monet Apostolus Christianos, ut ducem et caput Christum imitentur, et potius conuicia sustineant, quam contra conscientiam agant.

4. ὅσα γὰρ — προσηράφη) *Quae enim ante scripta sunt, (in V. T. libris) ad nostram institutionem ante scripta sunt, docendi nostri causa.* ἵνα — ἔχωμεν) *Vt spem retineamus, uel in fiducia nostra in Deum confirmemur, per patientiam ex consolatione Scripturarum fluentem.* διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν, est Hendyadis. διὰ τῆς ὑπομονῆς, uertere etiam possumus: *per constantiam* sc. eorum, quorum exempla laudantur. Cf. Hebr. XI, et XII. Iac. V, 7. sq. Ἡ παράκλησις τῶν γραφῶν, argumenta solatii quae in scripturis continentur.

5. ὁ δὲ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως) *Deus, patientiae et gaudii auctor.* Genitiuus causae efficientis. κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν) *Conuenienter doctrinae Iesu Christi.* Χριστὸς, per meton. h. l. est doctrina Christi, ut 2 Cor. XI, 4. Eph. IV, 20. Redit Paulus ad illa, quae c. XIV. exposuerat,

rat, nempe ad concordiae mutuaeque lenitatis commendationem.

6. *ἵνα συνοθυμαδὸν* — Ἰησοῦ χριστοῦ) i. e. Vt quum Deum laudatis, eique preces funditis, faciatis id non tantum uno ore, eodemque uerborum sono, sed et animo pleno mutuae dilectionis, sine contemptu, sine odio. Τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Deum, qui idem pater est Domini nostri Iesu Christi.* Alii: *Deum Domini nostri I. C. eundemque eius patrem,* ut Eph. I, 17. Io. XX, 17.

7. διὸ — ἀλλήλους) *Quare mutuo amore uos complectimini.* Cf. notata ad c. XIV, 1. ὡς καὶ — ὑμᾶς, *sicut etiam Christus uos* (Christianos e Iudaeis et gentibus) *in suam amicitiam recepit; auxit uos hoc beneficio,* ut uos adduceret admitteretque ad suum coetum. Ἐἰς δόξαν Θεοῦ, *ad honorem Dei.* Non ipse suis commodis suoque honori studuit, sed omnia fecit eo consilio, ut uoluntati Patris satisfaceret, atque ex eius uoluntate saluti hominum consuleret.

8. λέγω δὲ — πατέρων) *Hoc autem uolo, Iesum Christum inseruisse Iudaeis ad stabiliendam Dei ueracitatem, ut exhiberet bona Patribus promissa.* Utitur Paulus hoc argumento: Quia Christus et Iudaeis (u. 8.) et paganis (u. 9.) prodesse, atque ex ambobus unum coetum efficere uoluerit, debere alterum Christianorum alteri lenem esse, atque ita ei secundum exemplum Christi inseruire, neque uero eum infestare. Περιτομή, *circumcisus, Iudaei,* ut saepius in hac epistola. Διάκονος sc. θεοῦ *Dei minister, i. e. doctor,* ut 1 Cor. III, 5. VI, 4. aliisque locis. Et est breuis locutio,

cutio, pro: δίκαιος (θεῶ) ἀποσπασμένος πρὸς τὰς περιτετυμημένους. Matth. XV, 24. ὑπὲρ ἀληθείας θεῶ) *Pro ueracitate Dei*, ut nempe fides constet promissis, Abrahamo, Isaac et Iacob olim a Deo factis, ut statim sequitur. εἰς τὸ — πατέρων) *Vt impleretur promissio patribus facta.* Genitius πατέρων hic obiectum significat. Patribus enim, nempe Iudaeorum, facta erant ista promissa, non gentibus, quanquam et de gentibus uocandis uaticinia praecefferant.

9. τὰ δὲ ἔθνη — θεῶ) *Sed gentes etiam debere gratuitam Dei erga se misericordiam uenerari.* Subauditur et λέγω ex praecedentibus, et uerbum ἐφείλειον, *debere.* Similis ellipsis supra IV, 13. Quanquam, (Apostolus inquit,) Iesus Iudaeis tantum per se Euangelium annunciauit, gentiles tamen minime neglecti sunt, sed et ipsi Deo debent maximas agere gratias, pro tanto beneficio ipsis exhibito, ex nulla promissi obligatione. καθὼς γέγραπται) i. e. Sic ut uere impleatur, quod scriptum est. Gentes etiam participes fore beneficiorum Messiae, ex locis V. T. demonstrat Paulus. διὰ τούτο — ψαλῶ) *Quapropter celebrabo te cum gentibus, tuasque laudes canam,* Ps. XVIII, 50.

10. καὶ πάλιν λέγει) Sc. ἡ γραφή, Deut. XXXII, 43. εὐφρανθήτε — αὐτῷ) In dicto loco Deut. hebraice extat: הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ, *Laetamini gentes, populus eius, i. e. gentiles, qui et ipsi Dei populus estis.* Sed interpretes LXX. quos hic Paulus sequitur, bis legisse uidentur litteras עַמּוֹ, nempe hoc modo: הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ עַמּוֹ, uel. ut Kennicottus e cod. 146. affert, אֶת-עַמּוֹ.

11. καὶ πάλιν) Pf. CXVII, 1. Verba hic eadem, quae apud LXX, nisi quod ibi omittitur copula, quae et in Hebraeo non est, sed subauditur. Tribus his locis hoc tantum praedicatur, *Iehouam*, ut uerum Deum, gentibus etiam cognitum iri, nulla Messiae facta mentione. Sequens autem locus Messiam huius felicitatis gentibus promissae auctorem facit.

12. ἔσει ἡ βίβα τῆ Ἰσσαί) *Erit oriundus e stirpe Iesaeae*, Ies. XI, 10. Ἡ βίβα, *stirps*, metonymice, oriundus e stirpe. Apoc. XXII, 6. καὶ — ἐθῶν) Latina uetus: *Et qui exsurgat regere gentes*. Hebraicus textus habet: *Qui stat in signum populorum*. ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπύουσιν) Sic LXX. Hebraice: גוֹיִם יְרֵשׁוּ לְיְהוֹשֻׁעַ *eum consulent gentes*, i. e. a Messia, communi auctore salutis populorum omnium, non modo Iudaei, sed et gentiles oracula sibi expetent, s. salutis consequendae rationem doceri cupient, ideoque fiduciam in eo collocabunt.

13. ἰ δὲ Θεὸς τῆς ἐλπίδος) Deus huius spei, uel huius felicitatis, quam speramus, auctor. πάσης — τρεούειν) *Omni tranquillitate et concordia, ita tamen, ut communem fidem retineatis*. Neque enim Deus fidem probat cum detrimento fidei in Christum. χαρὰ, *hilaritas, animi tranquillitas*. Ἐρήνη, concordia, uel, ut alii malunt, uacuitas a malo, tranquillitas. Tum uero χαρὰ effiet ipsa, de eo, quod *Christianus fis, laetandi materies*. εἰς τὸ — ἀγίς) Vt ex illa tranquillitate et concordia spes uestra in Deum creiscat, ope spiritus sancti, religionis, qua Deus has uirtutes, hanc animi tranquillitatem in nobis efficit.

14. *πέπεισμαι* — ἀγαθωσύνης) *Ceterum spero, uos sponte uestra, sine meo monitu plenos fore benignitate.* Captatio benevolentiae, qualis etiam Hebr. VI, 9. extat. Ἀγαθωσύνη, *benignitas, uel uirtus, probitas uniuersa.* καὶ αὐτοὶ, *sponte uestra.* πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως) *Satis intelligentes esse uos plerosque libertatis christianae.* δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νεθετεῖν) *Al. legunt ἄλλους, alios, i. e. imperitiores instituere de ea libertate.*

15. *τολμηρότερον* — ἀπὸ μέρους) *Si ἀπὸ μέρους refertur ad τολμηρότερον, sensus erit: paulo liberius, ut hic accipit Syrus; nam ἀπὸ μέρους, et ἐκ μέρους diminuit aliquid de eo quod dicitur, ut infra 24. Sed potest etiam referri ad ἔγγραφα.* Tum dicere uult Apostolus, se *in nonnullis epistolae locis liberius scripssisse.* ὡς ἐπαναμνησκῶν ὑμᾶς, *ut uobis in mentem reuocarem ea, quae ipsi optime nostis.* Verba: διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, *ui muneris mihi a Deo demandati, iungenda sunt sequenti commati.*

16. εἰς τὸ — ἰθνη) *ut Christo seruiam in erudiendis et instituendis ad religionem ethnicis.* Utitur Apostolus formulis e re sacra Iudaeorum repetitis, ad exprimendam sui muneris dignitatem et grauitatem. Λειτουργός, *minister publicus, sacerdos.* λειτουργῶντα τὸ εὐαγγέλιον τῷ Θεῷ) *Deo ministrantem in tradenda Euangelii doctrina.* Non otheo sacerdotium Leviticum, sed Christianum. Verbum λειτουργεῖν sacrificiis proprium est, diciturque *de iis, qui sacris operantur, remque diuinam faciunt.* Igitur elegans metaphora inest in his Pauli uerbis. ἵνα γένηται — εὐπρόσδεκτος)

Perfiliit

Perfistit in similitudine uictimae. *Ut oblatio mea, (qua non pecudes offero, sed multos gentiles ad Deum conuersos,) Deo sit grata et accepta.* ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ) *Consecrata (Deo) per Spiritum sanctum, i. e. per institutionem in meliore illa et praestantiore religione, quae, quia Deum habet auctorem saepe πνεῦμα nominatur. Vid. cap. VIII. tot. Victimae Leuiticae Deo consecrabantur sale. Mea oblatio, Paulus inquit, qua multos paganos Deo consecrare soleo, fit per institutionem in illa religione praestantiore, cuius ego sum doctor et minister.*

17. ἔχω ἐν καύχησιν ἐν χ. I.) *Possum igitur gloriari de Christo, i. e. me de propaganda Christi doctrina bene meritum esse.* τὰ πρὸς τὸν Θεόν) sc. ὄντα uel ἀνήκοντα, *in rebus ad Deum eiusque gloriam pertinentibus.*

18. εἰ γὰρ τοιμήσω — ἔργῳ) *Non enim auderem dicere, aliquid per me esse gestum, quod tamen Christus non per me effecerit ad propagandam Euangelii doctrinam inter gentes uerbis et factis, i. e. nisi res se ita haberet, ut modo dixi, non id affirmarem, quamuis non tam ego, quam potius Christus per me haec omnia perfecerit.* ὧν, pro ἐκείνων, ἅ. Ἐἰς ὑπακοὴν ἔθνων, i. e. εἰς τὸ ὑπακούειν (πιστεύειν) τὰ ἔθνη τῷ εὐαγγελίῳ. Λόγῳ καὶ ἔργῳ uerbis, praedicatione Euangelii, et factis, miraculis nempe, ut statim clarius dicit. Construe haec uerba cum κατεργάσατο.

19. ἐν δυνάμει — πνεύματος Θεοῦ) uel, ut alii legunt, πνεύματος ἁγίου. *Nempe miraculis per potentiam diuinam a me effectis.* Declarat, quid sit ἔργῳ, u. 18. Πνεῦμα Θεοῦ,

θεῶ, uel πνεῦμα ἅγιον, uis et potentia illa diuina, qua Paulus miracula effecit, uel etiam spiritus sancti dona, quibus instructus Euangelium docuit. Nam docendi peritia inprimis ad πνεῦμα ἅγιον refertur. Io. XIV, 26. I Cor. XII, 8. Declarat, quid sit λόγῳ u. 18. ὡς με — τῷ Χριστῷ) Ita ut ab Hierosolymis et adiacentibus regionibus usque in Illyricum cum felici successu locuerim Euangelium. Κίκλῳ hic aduerbialiter ponitur pro circum. Intelligit Phoenicem, Syriam et Arabiam. Πληρῶν, perfecte, prospero successu docere, hebr. גָּמַר, unde etiam גִּמְרָה doctrina Talmudica. Illyricum, regio intra Pannoniam et Epirum iuxta tergum Adriatici maris procurrens. Eius urbs extrema, Lissus, Hierosolymis distat 26 gradibus, i. e. circiter 350 milliaribus germanicis.

20. ἔγω δὲ φιλοτιμώμενον εὐαγγελίσσθαι) Vt sic magno studio conatus fuerim doctrinam euangelicam tradere. φιλοτιμώμενον cohaeret cum uoce με, u. 19. Verbum φιλοτιμώμενος, compositum ex φίλος et τιμή, significat facere aliquid honoris causa. Iam uero, quae honoris et ambitionis causa fiunt, studiose solent agi, quoniam, ut Poeta ait, magnum gloria calcar habet. Est igitur φιλοτιμώμενος εὐαγγελίσσθαι, qui magno studio doctrinam euangelicam tradit. Cf. 2 Cor. V, 9. ἔχ ὅτε ὀνομάσθῃ Χριστός) ἔχ, non tam, ἀλλὰ, quam potius, u. 21. Non tam locis iis, in quibus Christus iam coleretur, quam aliis locis, ubi nomen eius adhuc ignotum esset. Nam quod hic dicit, non absolute, sed comparatiue est accipiendum. Reperiebat sane Paulus iam in locis quibusdam, ubi is munere suo fungebatur, μαθητάς, ut Ephesi, Act. XIX, 1. Imo et Romae, ubi iam ab

aliis fundata erat ecclesia, ipsum non pudebat τὸ εὐαγγελί-
σασθαι, c. I. 15. 16. Ὀνομάζεσθαι Graecis dicitur, qui
includus est, cuius magnum est nomen et ὀνομάζειν τὸ ὀνο-
μα κυρίου 2 Tim. II, 19. denotat *Christum colere.* ἵνα
μὴ — δικοδομῶ). Quasi diceret: Non id tantum egi, quod
facilius erat, nempe ut ibi praedicarem Euangelium, ubi
iam per alios erat annuntiatum, sed et difficiliora in me
suscipere haud dubitavi. Similitudine autem fundamenti et
alibi hac in re utitur, I Cor. III, 10. Eph. II, 20.

21. ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται) Sc. feci. Et ego mea ex
parte implere studui, quod scriptum extat Ies. LII, 15.

22. διὰ καὶ — ὑμᾶς) Saepe, quum scilicet uellem ad
uos venire, inhibitus fui, nempe quia alio trahebat me
cura populorum, ad quos nondum, ut iam ad Roma-
nos, Euangelii notitia peruenerat. Hesychius: ἐνεκοπτέ-
μην, ἐνεποδιζόμενον.

23. νυνὶ δὲ — τότοις) *Nunc autem, non amplius op-*
portunitatem habens in his regionibus, sc. iaciendi funda-
menta. Phrasis τόπον ἔχειν h. l. de occasione et oppor-
tunitate, s. loco opportuno cum fructu sufficienti in regio-
nibus illis permanendi intelligenda est, ut Hebr. XII, 17.
et apud Iosephum aliquoties. Alii subaudiunt: ὅπερ ἐκ ὀνο-
μάσθη χριστός, et τόπον intelligunt locum, celebriorem nempe
urbem, unde doctrina Apostoli in uicos minores paullatim
transferri poterat. Glossar. regio, κλίμα. Philo de Mundo
p. 623. 36. μεγάλᾳ κλίματα τῆς δικυμένης. Geographi ueteres
quicquid terrae inter aequatorem et Polum Arcticum inter-
iacet

iacet in septem climata per circulos aequatori parallelos distinxerunt.

24. *ὡς εἶν — σπανίαν*) Et si Apostolus huius uoti non statim compos factus sit, ideoque pluribus uiris doctis in Hispaniam nunquam peruenisse uideatur, non defuerunt tamen inter Veteres, qui Apostolum post transactum prioris captiuitatis Romanae biennium in Hispaniam abiisse afferrent, ut Theodoretus ad Phil. I, 25. et 2 Tim. IV, 17. Quum autem nullum huius itineris certum uestigium in quouam ueteri monumento appareat, et hic ipse noster locus, quem Patres nonnulli pro hac sententia afferunt, *consilium* tantum itineris faciendi commemoret, uere perfectum esse hoc Apostoli iter in Hispaniam, merito dubitatur. *ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς, ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς*) Defunt uerba *ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς*, et illud *γὰρ* in Codicibus optimis, nec non in multis Versf. et Patr. Legendum itaque: *ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, spero obiter inuisere uos*. Non opus esse uidebatur Apostolo, ut diu ibi commoraretur, quia religionem christianam Romae iam satis propagatam et confirmatam existimabat. C. I, 8. *καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ*) *A uobis illuc* (in Hispaniam) *deduci*. Sic quoque 1 Cor. XVI, 6. et 2 Cor. I, 16. In more erat eiusmodi *comitatus*. Act. XV, 3. XVII, 13. 15. etc. Neque hoc tantum indicatur uerbo *προπέμπειν*, sed et *beneficia in hospites conferre* denotat, 3 Io. 6. Tit. III, 13. Phil. IV, 16. 17. *εἶν — ἐμπλησθῶ*) *Postquam uobis prius ex parte exsatiatus ero*. *Ἐμπλησθῆναι* notat, *expleri, exsatiari, frui aliquo, noluptatem, gaudium et fructum ex aliquo percipere*. Apostolus *exsatiare* se uolebat

fidelium Romanorum aspectu et praesentia, c. I, 12, Aelian. H. An. L. V, c. 21. de pavonibus pennarum splendorem ostentantibus dicit: *εἷ γὰρ ἐμπλησθῆναι τῆς θείας τῶν παρρησῶτα, spectatorem enim conspectu suo expleri facile patitur.* Maximus Tyr. Differt. 41. *Ut coelum aspiciat, καὶ ἐμπλησθῆ λαμπρῆ φωτὸς, puraque luce penitus fruatur.*

25. διακονῶν τοῖς ἀγίοις) *Collectam pecuniam deportaturus et distributurus Christianis.* De uerbo διακονεῖν cf. Aët. VI, 2.

26. εὐδόκησαν — ἀχαῖα) *Placuit enim Macedoniae et Achaiae, i. e. ecclesiis quae sunt in Macedonia et Achaia.* Tacite Romanos ad pares liberalitates inuitat. κοινωνίαν — ἱερουσαλήμ) *Pecuniam conferre ad usus pauperum Christianorum, qui sunt Hierosolymis.* Κοινωνίαν εἶνα ποιήσασθαι, Latine ueteres reddunt: *Collationem aliquam facere, eine Collecte machen.* Κοινωνία hoc sensu usurpari coepit, ex quo Christiani ditiores in usum coetus uniuersi bona sua omnia contulerant, Aët. II, 42. 44. 46.

27. εὐδόκησαν — εἰσιν) *Placuit ipsis, inquam, sed et debent iis multa.* Est in his uerbis ἀναφορὰ, simul cum ἐπαυροθῶσαι. *Proprie debet, a quo in iure aliquid exigi potest; improprie, ut hic, quem honesta aliqua ratio ad agendum impellit.* εἰ γὰρ — λειτηργῆσαι αὐτοῖς) *Quum enim beneficiorum diuinorum Euangelii, quae proprie ad eos (Iudaeos) pertinebant, participes facti sint gentiles, aequum sane*

sane est, ut illos beneficiis temporalibus adiuent. Κοινωνεῖν τινί, *in societatem rei uenire.* τὰ πνευματικά, sc. χαρίσματα, beneficia Euangelii, quae proprie ad Iudaeos pertinebant, quippe quibus Messias proxime erat promissus. Σαρκεὶ καὶ uocat quae ad hanc uitam sustentandam pertinent. Λειτουργῆσαι hic est **לָעוֹד**, *inseruire*, nempe alicuius necessitatibus.

28. τὸτο ἔν ἐπιτελέσας) *Quo sacro officio postquam defunctus fuero.* Verbum ἐπιτελεῖν imprimis de caerimoniis sacris usurpari solet, Hebr. IX, 6. καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τούτου) *Istumque muneris mei inter gentiles fructum deposuero.* Σφραγίζειν, *obsignare*, metonymice est *tuto deponere*; nam obsignari solent, quae deponuntur. Sic 2 Reg. XXII, 4. σφράγισον τὸ ἀργύριον. Porro καρπὸς fructum muneris Apostolici apud gentiles gesti denotat, nempe eiusmodi beneficia, quae ipso facto doceant, quid Paulus institutione sua apud gentiles consecutus sit. εἰ ὑμῶν) i. e. *per urbem uestram*, sicut: *eamus ad me*, i. e. domum meam.

29. ἐν πληρώματι — χριστῷ) *Cum beneficiis summis Euangelii Christi.* Πλήρωμα, per Hebraismum, *abundantia*, s. *copia maxima.* Ἐυλογία est *omne id, quod liberaliter in nos confertur.* Ἐν πληρώματι εὐλογίας igitur est pro ἐν πολλῇ εὐλογίᾳ. Sperat Apostolus se multum profuturum esse Romanis argendo et confirmando eorum scientiam religionis, exhortando, monendo, consolando etc. Conf. supra c. I, II.

30. διὰ τῆς ἀγάπης τ. τυ.) Per illam dilectionem, quam in nobis effecit Spiritus sanctus, nempe per doctrinam Christi, uel etiam per amorem sanctum, natum e doctrina Christi. συναγωνίσασθαι — θεῶν) *Vt una mecum in precibus pro me ad Deum faciendis magnum studium adhibeatis.* Ἀγωνίζεσθαι dicitur pro: *magno studio et contentione aliquid facere.* Cf. Luc. XIII, 24. Bene de precibus id dicitur, quandoquidem et Latinis usitata est forma: *precibus contendere.*

31. ἵνα μυσθῶ — Ἰουδαίῳ) Vt eorum manus euadam. Praeuidet enim periculum ex eorum faeuitia, Aët. XXI, 11. De euentu cf. Aët. XXI, 27. sqq. XXII, 22 - 24. XXIII, etc. ἵνα ἡ διακονία — ἀγίοις) Vt nempe iudaei, qui in Christum crediderunt, uocatos ex gentibus sincere ament, conspecta hac ipsorum in se beneficentia. Aët. XXI, 17.

32. ἐν χαρᾷ) Laetus tam bono operis successu. διὰ θελήματος θεῶν) Hanc conditionem addidit in eadem causa, Rom. I, 10. Neque tamen aliter nisi captiuus Romam uenit. Aët. XXIII, 11. XXVIII, 14. συναναπαύσσωμαι ὑμῶν) *Vna uobiscum animi uoluptatem capiam.* Συναναπαύεσθαι est *solatium dare et accipere.* Supra c. I, 12. συμπαρακληθῆναι dixerat.

33. θεός τῆς εἰρήνης) Deus omnium horum beneficiorum auctor; cui haec omnia debemus. Ἐιρήνη, οὐκ ἔστι, omne bonum. μετὰ πάντων ὑμῶν) Vobis adfit, faueat, opituletur.

CAP. XVI.

I. Σ υνίσημι — ἐν Κενχρεαῖς) Videtur haec *Phoebe* fuisse in consortio eorum, quibus, coniunctim iter Romam facientibus, Paulus has litteras perferendas tradiderat. Τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν *ob religionis societatem nobis coniunctissimam. ἕσται διάκονον, i. e. ἥτις ἦν μέχρι τῆ νῦν διάκονος, quae haecenus erat ministra.* Veteres uocarunt etiam *Diaconissas* tales mulieres. Officium earum in eo erat positum, ut mulieres baptizandas fontibus sacris mergerent, catechumenas docerent, aegrotas uel afflictas uiserent et curarent, aliisque pluribus rebus operam darent, quas recenset *Binghamus* in *Orig. Eccles. II, 22.* Fuerat autem *Phoebe* *Diaconissa* τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κενχρεαῖς. De *Cenchreis* locus extat apud *Apulej. I, 10.* „*Cenchreas* peruado, quod oppidum adeunt quidem nobilissimae coloniae Corinthiensium, alluitur autem Aegeo et Saronico mari, ubi *portus* etiam, tutissimum nauium receptaculum, magnoque frequentatur populo., Coetus Christianus in hac urbe pertinuisse uidetur ad ecclesiam Corinthiacam, ceu matrem.

2. ἵνα αὐτὴν — ἀγίων) *Vt eam ob Christum, (cui fideliter inferuit) hospitio excipiatis, sicut Christianos decet. ἵνα παρασῆτε αὐτῇ) Vt eam adiuuetis.* Metaphora elegantissima, petita a militibus, qui in acie sibi adstant, mutuoque sunt auxilio, unde παρασάται dicuntur, quo sensu est apud *Iosephum, de B. I. II, 12. 7.* Ἐν ᾧ — πράγματι) *in quacumque re indiguerit ope uestra. Πράγμα, res, negotium quoduis.* Qui causam forensē coram Caesare agendam intelligunt, statuunt id sine idonea ratione. καὶ γὰρ αὐτῇ — ἐμῇ) *Nam et ipsa patrona multorum,*

meique ipsius extitit. Glossar. patronus, προσάτης, πάτρων, τρεῖς δ ἐλευθερώσας. Sic Athenis dicebantur peregrinorum defensores. *Suidas:* δι τῶν μετοίκων Ἀθήνησι προσσηκότες, προσάται ἐκαλεῦντο, ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἐκάστῳ τῶν μετοίκων πολίτην τινα Ἀθηναῖον νέμειν προσάτην. *Theodoretus ad nostrum locum:* προσασίαν δὲ, ὡς ὄμαι, τὴν φιλοξενίαν καὶ κηδεμονίαν καλεῖ — *hospitalitatem, et curam, quam eius causa suscepit.*

3. Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν) Omnino legendum Πρίσκαν, non Πρίσκελλαν, quia priorem illam lectionem habent Codd. 6. uncialibus, et plurimi minusculis litteris scripti, cum nonnullis Verff. et Patr. Sed *Prisca* eadem est, quae in Aëtis *Priscilla* dicitur. Sic Liulla, Secundilla, Tertulla, pro Liuia, Secunda, Tertia. τὴς συνεργῆς — Ἰησοῦ) Cf. Aët. XVIII, 2. 24-26. I Cor. XVI, 19. etc.

4. οἵτινες — ὑπέθικαν) *Qui uitam mihi cum praesentissimo uitae suae periculo seruauerunt.* Est prouerbialis locutio τράχηλον ὑποτιθέναι, quomodo dare ceruices et praebere ceruices apud Ciceronem et Iuuenalem. Sic et *caput obiiicere periculis* frequens locutio. Fortassis Corinthi apud Gallionem Proconsulem pro Paulo se interposuerunt, Aët. XVIII, 12-17. uel Ephesi Aët. XIX, 30. 35. coll. XVIII, 18. 19.

5. καὶ τὴν — ἐκκλησίαν) *Et coetum, qui in eorum aedibus conuenire solet.* Nam in aedibus priuatis tum Christiani ad cultum diuinum conuenire solebant. Ἐται-

νετδν — τῆς Ἀσίας εἰς χρισδν) *Epacnetum, primum in Asia Christianum.* Alii legunt τῆς Ἀχαΐας, sed praeferenda uidetur lectio τῆς Ἀσίας, quam et optimi Codd. et Verff. nonnullae ac Patres habent. Nam ἀπαρχὴ *Achaiae non Epacnetus, sed Stephanus, 1 Cor. XVI, 15. Primitiae uocantur, qui in quaque gente primi crediderunt, similitudine ducta ab illis oblationibus, quae תרומת Hebraeis, ἀπαρχαὶ Hellenistis.*

7. καὶ Ἰουίαν) Quae uidetur fuisse uxor Andronici. Aliis *Iunias* est nomen uiri, pro Iunius. Τῆς συγγενεῖς μὲν, generis propinquitate mihi coniūκτος, nempe Iudaeo-Christianos. Συγγενεῖς enim h. l. uidentur esse populares, non cognati. καὶ συναίχμαλώτες μὲν) Quamquam Acta Apostolorum de hac captiuitate nihil habent, certum tamen est, Paulum, antequam hanc ad Romanos Epistolam scriberet, aliquoties in carceres coniectum esse. 2 Cor. XI, 23. οἵτινες — Ἀποστόλοις) *Qui etiam ceteris Apostolis bene sunt cogniti. γενέσασιν ἐν χριστῷ) Christiani fuerunt. Ἐν χριστῷ εἶναι, in Christum credere.*

8. τὸν ἀγαπητόν μου ἐν κυρίῳ) *Qui est amicus meus, isque Christianus.* Formulae ἐν κυρίῳ, ἐν χριστῷ habent uim definiendi, i. e. indicandi quo sensu, quaque cum cautione accipiatur uerbum cui adiungantur.

9. τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν χριστῷ) *Commilitonem nostrum, nempe in Christi doctrina propaganda, s. commilitonem christianum.* Vid. u. 8.

10. τὸν δοκιμὸν ἐν χριστῷ) i. e. probatum Christianum; qui magnis experimentis apparuit esse bona fide Christianus. τὰς ἐκ τῶν ἀριστοβέλης) sc. δικιακῶν οὐτάς, *dome-
sticos* uel familiares Aristobuli, qui tunc iam mortuus fuisse uidetur.

11. τὰς οὐτάς ἐν κυρίῳ) *Qui sunt Christiani.* Ergo non omnes Narcissi familiares erant Christiani. Erat quidam *Narcissus* Claudii libertus, cuius fit mentio apud *Sueton.* in *Claud.* 28. *Tacit.* A. XII, 57.

12. τὰς κοτιώσας ἐν κυρίῳ) *Quae bene merentur de Christianis.*

13. καὶ τὴν — ἐμῶ) Rufi matrem natura, Pauli affectu, quomodo Maria uirgo mater Ioannis Apostoli. *Terent.* *Adelph.* I, 2, 46. *Natura tu illi pater es, consiliis ego.*

14. Ἐρμῆν) Putant Origenes, et eum secuti Veteres, hunc esse, qui graece scripsit librum *Pastoris*, quem habemus latine, et fragmenta quaedam apud *Irenaeum* et *Clementem*. Sed notissimum fuisse inter Graecos Romanosque nomen, patet ex *Grut. Inscript.* Vid. indicem.

16. ἀπαλάσσει — ἀγίῳ) Exosculatio ista post peractas preces publicas, ante celebrationem sacrae coenae usitata erat. *Iustinus M.* *Apol.* II ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν ἐυχῶν. *Constitut.* *Apost.* Lib. II. c. 57. εἶτα καὶ ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους δι' ἄνδρες, καὶ ἀλλήλας δι' γυναῖκες, τὸ ἐν κυρίῳ φίλημα. Ostendebant eo modo Christiani,

stiani, se omnes inter se pares esse. Nam apud Persas et alios Orientis populos pares os inter se iungebant, superiores dabant manum osculandam inferioribus. ἀσπάζονται — — χριστῷ) Quærent interpretes, quomodo *omnium* ecclesiarum nomine salutem scribere Paulus potuerit? Erasmus: Quoniam cognouit omnium erga Romanos studium, omnium nomine salutatur. Sed per se intelligitur, Paulum salutare Romanos earum ecclesiarum nomine, quas in itinere uisere sibi contigerat. Salutem dicere iis, qui nobis non nisi ex fama noti sunt, solenne esse omnes sciunt.

17. ἀδελφοί) *Christiani*. Non tantum presbyteri, quibus tradebatur epistola, sed et reliqui Christiani, quibus omnibus commune et *fratrum* nomen, hic intelligi possunt. σκοπεῖν — ποιήντας) *Vt caueatis uobis ab hominibus rixas et schismata contra doctrinam qua imbuti estis, excitantibus*, quales multi Pseudapostoli passim hætenus extiterant. τὰ σκάνδαλα, uel *prauae opinioniones*, uel flagitia et scelera. καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν, declinate familiarem huiusmodi hominum conuictum. Cf. 2 Theff. III, 6. Tit. III, 10.

18. ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ) Phil. III, 18. 19. Nimirum isti homines duo spectabant: *primum* ut semet et alios Christianos liberarent a cruce; nam Iudæis ab antiquo permiffa erat per Imperium Romanum suae religionis libertas, non item Christianis: *deinde* ea ratione Iudaeorum sibi amicitiam et inde utilitates parabant. διὰ τῆς χρησολογίας) *Blandis uerbis*. Iul. Capitolinus in Pertinace. 13. Omnes, qui libere conferebant, male Pertinacem

nacem loquebantur, *chrestologum* eum appellantes, qui bene loqueretur et male faceret. *A. Victor*, Epit. 34. blandus magis quam beneficus, unde eum Graeco nomine *χρησολόγον* appellauere. *καὶ εὐλογίας*) *Et honestis sermonibus; per assentationem.* *ἐξατατάσσει τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων*) *Ἀκακος* fere conuenit cum nominis *ἀκλῆς* significatione, et dicitur de homine ingenuae simplicitatis, qui nec ipse fraudibus utitur, nec aliis inesse suspicatur.

19. *ἡ γὰρ — ἀφίκετο*) *Nam uestra obedientia* Euangelio Christi praestita, *ad omnes peruenit*, i. e. omnibus innotuit. Sic apud Hippocratem in epist. sect. 8. Democritus ad Hippocratem dicit: *πολύτα ἐσ τὸ κλέος τῆς ἐν ἰητρικῇ σοφίης πεφοίτηκεν καὶ εἰς ἡμέας ἀφίκεται, magna laus tuae in arte medica sapientiae emanauit, et ad nos peruenit.* Debetis igitur uestrae ipsorum famae et existimationi porro consulere. *τὸ ἐφ' ὑμῶν*) *Illud τὸ abundant, ut Rom. XII, 18. IX, 5.* *Θέλω — κακῶν*) Ita prudentes, ut non fallamini, ita bonos, ut non fallatis. *Matth. X, 16.* *σοφός, sapiens, prudens* in rebus diuinis et humanis. *Ἀκέραιος, simplex, insons, ab omni astutia et fraude alienus.*

20. *ὁ δὲ Θεὸς — ἐν τάχει*) *Deus, pacis uel salutis auctor subiiciet Satanam pedibus uestris, eumque confringet,* uī sua priuabit; i. e. eripiet uos malis, quibus religionis hostes uos nunc afficiunt. Verbo *συντρίβειν* utitur Apostolus, memor fortassis loci *Gen. III, 15.* Est etiam *συντρίβειν* concise dictum, pro *ὑποτίθεναι τοῖς ποσὶ, καὶ συντρίβειν.*

Σατανᾶς hic denotat praecipue Satanae, omnium malorum auctoris instrumenta, e. c. prauos doctores, qui coetus Christianorum corrumpebant. Hos, inquit Paulus, Deus breui ita deprimet, ut nocere uobis amplius non possint. Idque euentus comprobauit, teste *Eusebio*, Hist. Eccl. III, 29. Potest etiam συντρέχει sumi *optatiue*: *Compescat* Deus eos, qui diffensionem serunt et offendicula, u. 17. ἡ χάρις — ἡμῶν) *In hoc*, quod dixi, *Christus uobis faueat, et opituletur*. Hic iterum finire proposuerat Paulus, sed tempore dato, pauca adiicit et ipse et scriba eius, ut solet subter epistolas fieri.

21. Τιμόθεος) Is tunc cum Paulo Corinthum uenerat. Aët. XX, 4. Λύκιος) Hunc *Lucam* esse nonnulli existimant, qui isto tempore cum Paulo fuit, Aët. XX, 5. Secundum alios est *Lucius Cyrenaeus*, cuius fit mentio Aët. XIII, 1. Omnia incerta.

22. ἐγὼ Τεῖτιος, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν) nempe dictatam a Paulo. Paulus itaque hanc epistolam non scripsit propria manu, sed, ut saepe, scriba est usus, et salutandi tantum formulam manu propria addidit, 2 Thess. III, 17. 1 Cor. XVI, 21. Col. IV, 18. Ἐν κυρίῳ, refer ad ἀσπάζομαι, *salutem uobis impertio animo uere Christiano*.

23. Γαῖος — ὄλης) Hunc postea fuisse episcopum ecclesiae Thessalonicensis ait ex traditione *Origenes*. Latini scribebant Caius, pronuntiabant Gaius. Is Caius totius ecclesiae hospes nominari uidetur, quia conuentus Christianorum

norum habiti sunt in illius aedibus. ἰ δικονόμος τῆς πύλωνος) *Administrator, dispensator pecuniarum publicarum.* Fuerunt hi uiri magnae dignitatis et auctoritatis in urbibus; unde apud Iosephum δικονόμοι et ἄρχοντες coniunguntur, Ant. XI, 6. 12.

24. ἡ χάρις — ἀμὴν) Eadem uerba, quae supra u. 20. nisi quod ibi abest πάντων. Sed Paulus eandem sententiam rursus scripsit sua manu, ut moris ipsi erat. Desunt tamen in nonnullis Codd. et Versionibus.

25. Clausulam hanc exhiberi in nonnullis ad finem cap. XIV, supra ad u. 23. dicti capituli monuimus. τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς σφραῖσαι) *Ei uero, qui potest uos confirmare, uel constantes reddere, sc. in fide et religione.* Quum desit uerbum, ad quod Datus referatur, uulgo haec uerba cum δέξα u. 27. construunt, et ἄϛ pleonastice additum per anacoluthon orationis dicunt. κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου) *Per Euangelium meum, i. e. per doctrinam, quam ego doceo.* Κατὰ, per, ut 1 Cor. XII, 8. coll. 10. 11. καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ χριστοῦ) *Imo per eam doctrinam, quam praedicauit ipse Christus.* Κήρυγμα, idem quod εὐαγγέλιον. Crescit oratio. Potest etiam simpliciter uerti: *doctrina christiana, institutio in religione Christi.* Ἰησοῦς χριστός, doctrina Christi. κατὰ ἀποκάλυψιν — σεσημημένον) *Per promulgationem arcanae illius doctrinae quae inde ab antiquissimis temporibus abscondita fuit.* Μυστήριον est res quaelibet arcana, hominibus antea ignota, hic autem doctrina christiana, quae quoad magnam partem antea ignota fuerat, Eph. I, 9. Col. I, 26.

I, 26. Aliquid de his ueritatibus dixerunt Prophetæ, ut iam sequetur, sed id ipsum nunquam intellectum est, nisi ex euentu. Χρόνοις ἀιώνιοις, *longissimo tempore*, ut ἀπὸ τῶν ἀίωνων Col. I, 26.

26. φανερωθέντος δὲ ἰϋν) *Manifestata autem est nunc*, tempore N. T. quod Veteri opponitur. διὰ τε γραφῶν προφητικῶν) Pro κατὰ γραφὰς προφητικὰς, *accommodate ad Prophetarum oracula*. 2 Petr. I, 20. Κατ' ἐπιταγὴν τῆ αἰωνίᾳ Θεῷ, refer ad φανερωθέντος, quæ doctrina nunc manifestatur, et publice traditur, iubente aeterno Deo. εἰς ὑπακοὴν — γνωρισθέντος, *qui (aeternus Deus) nunc omnibus gentibus innotuit, eo quidem consilio, ut religioni obsequantur*. Potest etiam γνωρισθέντος referri ad μυστήριον u. 25. ut Paulus dicat, incognitum antea Dei illud consilium nunc innotescere, detegi et exponi per Apostolos omnibus omnium nationum hominibus, i. e. sine discrimine gentibus et Iudæis. Ἐἰς πάντα τὰ ἔθνη, i. e. πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, *omnibus gentibus*. Ἐἰς ὑπακοὴν πίστεως, pro εἰς τὸ ὑπακούειν πῇ πίστει, uel εἰς τὸ πιστεύειν. Cf. c. I, 5. μόνῳ σοφῷ Θεῷ) *Soli, inquam, sapienti Deo*. Sic enim hyberbaton optime illustratur, addito uerbo *inquam*. *Solus sapiens* Deus dicitur, quia solus auctor est omnis sapientiae, *sapientissimus*. I Tim. I, 7. διὰ I. χ. ᾠ — ἀίωνας) Illud ᾠ in uersione recte omititur; est enim Hebraismus, quum nenipe expresso antecedente relatiuum abundat. Διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ iungo sequentibus pro τέτρω διὰ I, χ. δέκα, etc. *is sensu uere christiano celebretur* etc. Πρὸς Ῥωμαίους — ἐκκλησίας) Haec aut prorsus, aut ex parte desunt in codibus antiquioribus. De loco tamen,

tamen, *Corinthi* nempe scriptam esse epistolam, consentiunt Origenes, Theodoretus, Euthalius. Colligitur etiam ex ipsa epistola, eam *Corinthi* esse scriptam; nam *Caius*, hospes Pauli u. 23. *Corinthi* degebat, I Cor. I, II. 14. et *Erastus* erat oeconomus urbis, unde scripta est, i. e. *Corinthi*, 2 Tim. IV, 20.

FINIS TOMI III.



92 67